# HISTORIA

## ACADEMIAE SCIENTIARUM

PAZMANIAE ARCHI-EPISCOPALIS

AC

## M. THERESIANAE REGIAE

LITERARIA.

---

TIRNAVIENSIS ANNO ALTERUM, PESTANAE SEMI-SECULARI

SCRIPSIT

GEORGIUS FEJÉR

BIBLIOTHECARIUS.

A KOLOZSVÁRI EGYETEM ... KÖNYVTÁRA

28 JUN 2004

52.228

BUDAE,

TYPIS REGIAE SCIENTIARUM UNIVERSITATIS HUNGARICAE. 1835.

Habe ich wohl Ursache mich zu befürchten, dass gegenwärtiger Versuch einer Geschichte unserer vaterländischen Universität als überflüssig, und unnütz angesehen werden dürfte? — Ich glaube nein. Vielmehr wird sich ein jeder mit mir wundern, dass diese Universität — noch keinen Schriftsteller gehabt — da fast keine hohe Schule in und ausserhalb Deutschland — sogar kein beträchtliches Gymnasium ist, welches seinen Geschichtschreiber nicht anweisen könnte.“

VOIGT *Geschichte der Prager Universität.*

EXCELLENTISSIMO, ILLUSTRISSIMO

DOMINO COMITI

# ANTONIO CZIRÁKY

DE EADEM AC DIENESFALVA,

INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS A. MAGNAE CRUCIS, AURATO ITEM EQUITI, IUDICI CURIAE REGIAE, SACRAE, AC REGIO-APOSTOL. MAIESTATIS CAMERARIO, ACTUALI INTIMO STATUS, ET AD EXC. CONSILIUM REGIUM LOCUMTENENTIALE HUNGARICUM CONSILIARIO, AD EXCELSAM TABULAM SEPTEMVIRALEM CO-IUDICI, INCL. COMITATUS ALBENSIS SUPREMO COMITI. ET REGIAE SCIENTIARUM UNIVERSITATIS PESTANAE PRAESIDI EXIMIO, GRATIOSISSIMO.

Quam meae conscius mediocritatis, Praeses Excellentissime, a publici, quod nactus sum muneris initio, legem mihi dixi, quamve per tempus omne, quo literis navo operam, constantissime servavi, utne vel docendo, vel scribendo unquam migrarem fines professionis meae, utili ac vero unice destinatae; Eius novum editurus specimen, circumspiciendum diu non habui, in cuius potissimum Patroni fidem ac tutelam foetum novellum, imbecillumque, qua par est obseruantia, dederem atque commendarem.

Egregia quippe benevolentia, quam mihi gratia prorsus singulari, liberaliterque indultam per annos complures conservas illibatam, et in Universitatem Hungaricam, e cuius membris sum, in dies reddis auctiorem; suo sibi iure, hocque optimo ac maximo, Publicum a me grati apud posteros animi monimentum postulare videbantur.

Haud me fugit equidem, Virorum Illustrissime, quam huius studiorum generis tentamina illo, ad quod Maiestatis Augustissimae gratia Te evexit, fastigio parum digna sint; quamque Excellens illa animi Tui magnitudo — virtutum potissima — qua commoda nonnisi Regis ac Regni affectas, indefessisque sectaris stu-

diis huiusmodi sacrificiorum libamina, sive thure sive lacte fiant, minime desideret.

Confido attamen, Te virum tantum, cui totus Astraeae, cum Pallade Musarum, adsurgit Chorus, qua erga clientes Tuos laeta uteris animi frontisque serenitate, tenues hosce meorum in Historia studiorum conatus, quos Amplissimo Nomini Tuo, ex veteri forma, do, dico, atque dedico, haud alia, quam muneris, cui annos decem praesum, ornandi causa editos, aequi bonique consulturum.

Deus Te, Vir summe, Iuris ac Iustitiae Sanctissime, Athenaei Hungarici eximie Praeses, obrepente gravi aetate, tot benemeritorum palmis luxuriante, diu salvum et incolumem, Patriae, Iurisprudentiae, bonisque literis Genium velut tutelarem, benigne servet, tandemque multorum annorum accesione cumulatum, ac vitae, gloriaeque plenum serio in coelum redire iubeat. Pestini Nonis Iunii M. DCCC. XXXIV.

Devotissimus

AUCTOR.

# Ad Lectorem.

Universitatum Historiae non ad rei literariae solum, sed ad Nationum quoque ipsarum, queis destinatae sunt, notitiam conferunt plurimum. Illis ceu partibus Historia componitur literaria, nationalisque character, indoles, cultura explicantur. Academia, quam Tirnaviae Petri Pazmanii, Cardinalis et Strigon. Archiepiscopi, fundaverat pietas, sua, etsi tenuia, seculo primo, non etiam altero, fixit vestigia; Regiae, a Maria Theresia Augusta restauratae, progressus a primis initiis concinnandi, atque accurate continuandi (Ratio. Educ. §. 15. Nro 9.) conscripti necdum sunt. Quo factum, quod nostrates, qui sua scriptis commendarant merita, et Chr. Got. Jöechero in lexico literario universali, et Wilh. Heinsio in Catalogo Scriptorum generali, etc. omnes sint ignorati; quin et viri illustres, quorum Resp. haec literaria aucta est beneficiis, oblivioni propemodum traditi. Anno Tirnaviensis alterum — Pestanae semi seculari, 183$\frac{4}{5}$ imminente, monitus agrum hunc desertum subsecivis ab edendo Codice Diplomatico horis colendum sumsi; Historiam utriusque Literariam — non Acta non Annales — scripsi. Documenta res momenti maioris illustratura e fontibus authenticis protuli. Tentamen nostrum alii locupletent, ornent, perficiantque proventu ampliori. Pestini. Pridie Idibus Iunii. Anno M. DCCC. XXXIV.

AUCTOR.

## Conspectus totius operis:

I. Studia generalia Hungariae primaeva:
Veszprimii, Quinqueecclesiis, BudaeVeteri, Posonii, et in Castro Budensi.
II. Studium generale Pazmaniano-Archiepiscopale Tirnaviae A. 1654 — 1774.
Eius fundatio, vicissitudines, norma, Docentes, ac horum producta literaria.
III. Accademia Scientiarum M. Theresiano-Regia Tirnaviae - Budae 1774 — 1784.
Eius fundatio, systema, inauguratio, Doctores, ac monumenta ingeniorum praeclara.
IV. Vniversitas Scientiarum Pestana A. 1784 — 1834.
Eiusdem translocatio, reformatio, status personalis, ac literarius hodiernum usque diem.
V. Accedunt Documenta.

# ACADEMIAE
# SCIENTIARUM PAZMANIANAE
## AC
## REGIAE HUNGARICAE,
# HISTORIA LITERARIA.

§. 1. Collegia Scientiarum Artiumque studiosa, Academia praesertim Parisina, quae seculo decimo ineunte effloruerat, duodecimo inclaruit, fama ac celebritate Hungarorum quoque mentes et animos perstrinxere. Illam Scholas in Ven. Capitulo Vesprimiensi aemulatas fuisse, Ladislai III. vulgo Chuni, R. H. litterae de anno 1276 prodiderant: „Notitiae pateat universorum, inquit, quod in Vesprimiensi Civitate a tempore, quo in Hungaria (fides coepit) Catholica, Dei dono, liberarum artium studia, per quae mandata Divina manifestius declarantur, *prout Parisiis* in Francia, doctrinae Docentium praeeminentia, et copiosa discentium frequentia prae ceteris Regni Hungariae Ecclesiis fama florida, crebrescente celebritate, hactenus corruscarunt, et cultus iustitiae ad regni iura conservanda inibi obtinuit principatum.“ Cod. Dipl. Tom. V. Vol. II. p. 347. Document. Nro. I. Ast scholae hae mox adminiculorum egentia, quam tributi de Sió-Fok portio, regio munere iis attributa levare haud potuit, temporumque calamitate fuerant collapsae.

§. 2. Studia Regni generalia regium exposcunt Patronatum ac praesidium. Repererant illud in excelso Regis Ludovici M. felicitati nationis Hungarae totis viribus intenti, animo. Is Universitatum Pragensis A. 1548. ac Vindobonensis A. 1365. fundatarum, ut videtur, exemplis excitus, Scientiarum Academiam in amplissimorum Regnorum suorum meditullio Quinque-Ecclesiis constabilivit A. 1366. quam Urbanus V. PP. A. 1367. non solum Regni et Civitatis, sed etiam regionum circumiacentium incolarum commodum et profectum paternis anhelans affectibus, confirmavit ita, ut in illa studium perpetuis vigeat temporibus, tam in iuris Canonici et Civilis, quam alia qualibet licita, praeterquam in theologica, facultate, solitisque ornavit

privilegiis. Dotem regiam Praesulum Quinque-Ecclesiensium, quos Pontifex Cancellarios eiusdem dixit, liberalis auxit, ad invidiam usque, in literas pietas. Vide Praef. Codicis Diplomatici Tomi IX. Vol. V. Doc. N. II.

§. 3. Gloriae, si coniecturae locus, aemulatione, aut theologicae facultatis, quae defuit, supplendae gratia, Sigismundus R. H. novam condidit Universitatem Vetero-Budae A. 1388. a Bonifacio IX. PP. confirmatam, cuius Cancellarius foret Praepositus V. Budensis; huius Sigilli epigraphen exhibuit Carolus Péterfi S. I. Concil. Eccl. Hung. P. I. p. 288. „*Sigillum Studii Budensis;*“ meminit Melchior Inchoffer S. I. Annal. Eccl. Hung. p. 328. Budensis sane, non *Sundensis*, quod nomen errore scriptoris, sculptorisque exteri, sortitum fuit: Ulrichi Reichenthal, das Concilium, so zu Constanz gehalten ist worden Jahr 1413. Martini item Schrott: Wappenbuch des hohen Geistlichen und weltlichen Standes, und der Universitäten und Hohen Schulen, Augsburg. Diploma fundationale, uti et bulla confirmatoria eiusdem desideratur. Ultra annum 1437 Sigismundi emortualem floruisse, nullum est argumentum. Vestigium v. Doc. N. III.

§. 4. Laetiores pollicebatur fortunas Academia Istropolitana, quam Ioannes Vitézius, Archi-Praesul Strigoniensis, in Sedis suae loco molitus, agente Mathia Corvino R. H. Posonii fixit. Bulla illam edita ornavit Paulus II. R. P. A. 1465. XIV. Kal. Iunii. Vid. Diplomata N. IV. Praelegebantur in ea artes liberales, Disciplinae Philosophicae, Mathesis; in Theologia vero Sacrorum librorum expositio, Magistri Sententiarum explanatio; Bacalaurei artium liberalium creati etc. Georgius de Schonberg, Praepositus Posoniensis ei praefuit. V. Xisti Schier Augustiniani: Memoria Academiae Istropolitanae seu Posoniensis, eiusque nonnullorum Professorum ex documentis coaevis confecta; edita secundo Viennae 1774. Ast post mortem Ioannis, laudati Archi-Episcopi Strigoniensis, a Rege Mathia fuerat destituta A. 1472. VI. Idus Aug. ut Schombergius A. 1486. defunctus Cancellarii titulum nonnisi suo intulerit tumulo.

§. 5. Ne Hungari oras petere cogerentur exteras Scientiarum aquirendarum gratia, idem Mathias Rex, grandis litterarum Maecenas, quod anno iam 1467. animo agitavit, anno 1477. perfecit; studium generale in Castro Budensi, sua sede, in Coenobio Ordinis Praedicatorum ad S. Nicolaum collocavit; ubi cuncti generis disciplinas Philosophiae, Theologiae, sanctaeque Scripturae ubertim possit, quisquis cupit, haurire. Evocatis undique celeberrimis Doctoribus aurum annue affluenter constituit, Scholaribus vero per diem et noctem oportuna abunde largitus. Ex Petri Nigri, aliter Schwarz, Ord. Dominicani ad Mathiam R. H. epistola. Subsidio *incompara-*



UNIVERSITAS LITERARUM
MARIA THERESIANA REGIA
BUDAE.

[illegible]

[illegible]



AEDES EDUCATIONI CLERI IUNIORIS
IMPERANTE IOSEPHO AUG. SACRA
POSONII.



C. Sevenstl. del.

Stahlstich von L. Zechmeyer in Wien

UNIVERSITAS LITERARUM
FRANCISCO. I. AUG. REGIA
PESTINI.

*bilem*, quam struxit, Bibliothecam esse voluit. Ast hanc quoque clades ad Mohács fatalis, ac Buda per Turcas capta, cum aede Dominicanorum in stabulum conversa, A. 1541. lugubri sorte in tumulum praecipitavit. V. Epistolam Brassicani Nro V. Item Schier Buda Sacra sub priscis Regibus. p. 57.

§. 6. Ludoviceae, quae celebritatem annos 184. tuita, aemulas supervixit, urbs Quinque Ecclesiensis, per Turcas a. 1547. itidem oppressa, excidio fuit. Musae, sedibus extorres, partim in Capitulis ac Claustris, quae superabant, nactae sunt asylum; aut in Gymnasia, in urbibus, quibus licuit, erecta commigrarunt. Indoluit orphanarum sorti Nicolaus Olahus, Sacrorum Strigonii Antistes, vir aevi sui maximus, vehementer. Ut Scientiarum in Hungaria Academia resurgeret, apud Ferdinandum I. R. literis pie deditum, nihil non egit; sed nonnisi ut Tirnaviae, quae Metropolitam, ac Capitulum, Strigonio propulsos, hospitio fovit, Gymnasium sit fundatum, ac Sociis Iesu, Vienna evocatis, concreditum, (anno 1561. IX. Kal. Maii) votorum proin ex parte damnatus.

§. 7. Partem votorum alteram Petrus Pazmanus, Scientia pietateque in Patriam priori compar, Iesuitis opera Cardinalis a Forgách Tirnaviam A. 1615. revocatis, fundis et aere liberaliter auctis, pro immortali nominis gloria explevit. Vir inexhaustae liberalitatis, satis non habens, Seminarium Viennae Cleri iunioris A. 1623. erexisse, Seminarium S. Regis Stephani, a Nicolao Olaho Tirnaviae conditum, suis adhuc cum cunis colluctans, ad Széplakiensem Abbatiam Praepositura etiam Felhévizensi a Ferdinando II. R. H. impetrata, confovisse; Cremniczenses auri reliquias, Pisetum dictas, Archiepiscoporum Strigoniensium aerario Veterum Regum pietate addictas, ex parte destinasse; florenos 60. et 40. mille, quibus difficili rerum suarum et Ecclesiae statu parsum fuit, in fundum ac dotem studii generalis restaurandi, digna Regibus munificentia, infudit. Anno vero 1634 Ordinis sociorum ortus seculari, „ut latius etiam ipsius ad posteros pertineret industria, quod Mathiam Corvinum tentasse legimus, sed conficere non potuisse, Gymnasium, in quo facultates disciplinaeque omnes traderentur, magnificentissime fundavit, quo tanto praesidio instructa Hungarica Religio, suis iam viribus niti posset, Hispaniaeque, suum Ximenium, et Complutensem Academiam iactanti, Petro Pazmano obiecto, non concessura videatur“ perfecit. Ioan. Rho apud Fr. Kazy Hist. Univ. Tirnav. S. I.

§. 8. Vernante anno 1635. Mensis Maii XII. munificentissimus Maecenas Universitatis edidit fundationales, praescribens: „Tenebitur autem Societas Tirnaviae hoc ipso praesenti anno MDCXXXV unum Cursum Philosophicum inchoare, successivis vero consequenter annis, tres Philosophici

cursus, una cum Ethica et Mathematica habeantur, cum duobus Scholasticae Theologiae Professoribus; insuper unus S. Scripturae interpres, casuum alter, tertius controversiarum, sic, ut et linguae sanctae Professor hac in Universitate sit; promotionesque ad gradus Academicos, more alibi consveto, peragantur. Successoribus autem nostris Archiepiscopis Strigoniensibus nullum ius in hanc Universitatem, per nos erectam, concedi volumus, praeter illud, quod iure communi concessum est Ordinariis locorum; eisdem tamen successoribus, ac sede vacante capitulo Strigoniensi, authoritatem damus, ut obligationes hisce litteris specificatas, et a P. P. Societatis Iesu acceptatas, diligenter adimpleri, et observari facere possint, et teneantur; salva tamen in omnibus Professorum quiete, salvo item lectionum cursu et modo Societatis." Fundationales auctoritate Regia firmavit Ferdinandus II. V. Diplomata Nro VI.

## SECULUM ACADEMIAE TIRNAVIENSIS I.

*Ab anno* 1635 — 1735.

§. 9. Adulto iam anno die XIII Novembris caput extulit Universitas Tirnaviensis. Auspicato die illo Senatus Academicus suo cultu rituque, praeeunte Pedello Universitatis, Sceptro Academico toto argenteo, atque auro illuso, aestimatione quingentorum florenorum, instructo, sequentibus suas in Classes divisis Academicis, ex aedibus Archiepiscopalibus successit, atque inde Eminentissimum Fundatorem, Sacra purpura ornatum, in Comitatu praecipuorum Hungariae Procerum, ad D. Nicolai aedem deduxit. Hic invocato per solenne carmen Numine, ad aras Eminentissimus Cardinalis operatus est, — Re Divina, plaudente, per intervalla „choro musico, rite peracta, Magnificum Universitatis Rectorem, R. P. Georgium Dobronoki, a throno suo, conceptis verbis appellans, et consiliorum suorum rationes paucis relegens, fundationis et confirmationis Caesareae, regiaeque Diploma promit, et in manus memorati Rectoris tradit. Tum P. Thomas Jászberénius, Theologiae moralis Professor, et Facultatis Philosophicae Decanus, accommodatam ad rem praesentem orationem ad circumfusam multitudinem habuit, nec quidquam reliquum fuit, quam ut Deo, bonorum omnium authori, debitae gratiae redderentur, et hae quidem Ambrosiano carmine persolutae sunt, quod ipse Eminentissimus Fundator elata voce, ac pietate admirabili praeivit; cunctisque, qui aderant, dulces gaudii lachrymas poene excussit."

§. 10. Votiua haec solennitas, quos collegerat, erant: cum Eminentissimo Fundatore, Comes Nicolaus Eszterházi, Regni Hungariae Palatinus,

Ioannes Telegdius Archiepiscopus Colocensis, Georgius Lippai, Episcopus Veszprimiensis, Regni Cancellarius, Comes Adamus Battyán, partium ultra Danubium sitarum Generalis, Comes Stephanus Eszterházi, Pro-Regis filius, Comes Gabriel Erdödi, S. C. R. Maiestatis Cubicularius, Comes Michaël Thurzó, Georgius Iakusichius, Episcopus Sirmiensis, et Praepositus Posoniensis, Ioannes Püski Abbas de Szkalka, Stephanus Bosnyakius Canonicus Strigoniensis, Benedictus Kisdi, Praepositus S. Georgii, L. B. Daniel Eszterházi, L. B. Ludovicus Nyári, L. B. Adamus Forgách, Capitaneus, ut vocant, Széchényiensis, L. B. Ludovicus Csáki, Capitaneus Papensis, L. B. Franciscus Veselini, Capitaneus Fülekiensis, Emericus Bercsényí, Camerae Regiae Posoniensis Consiliarius, Ioannes Török, eiusdem Camerae Consiliarius, Ioannes Kéri, Capitaneus Gyarmathensis, et quidam alii e Senatu Tirnaviensi. Quibus accessere ex antiquissima ac celeberrima Universitate Viennensi Clarissimi e Societate viri, ad eandem solemnitatem multa humanitate invitati: R. P. Lamormaini, Domus Professae Praepositus, S. C. Regiaeque Maiestatis Confessarius, et Theologus, R. P. Christ. Zieglerius Electoris Moguntini Confessarius, R. P. Ambrosius Penalosa, Serenissimae Reginae Hispaniae Concionator, R. P. Gualterus Paulus, Belga Duacensis, S. S. Theologiae Professor, R. P. Vitalis Pelliceroli, Theologiae Professor et Philosophiae Decanus, R. P. Andreas Kilberger Collegii Posoniensis Rector. Porro proximo die Novembris decimo quarto, P. Martinus Palkovics, Logicae Professor, eleganti, de rationali Philosophia, oratione, praelectionibus Academicis prolusit, et ardorem discendi, in animis Auditorum iam accensum, amplius inflammavit. — Atque haec sunt fausta illa Tirnaviensis Universitatis initia, Pazmanianae pietatis ac munificentiae aeterna monumenta, secundis tum quidem acclamationibus, subinde etiam literis ad posterorum memoriam celebrata. Kazy l. c. p. 88. seqq.

§. 11. Altero a condita Universitate anno (A. 1636) aucto P. Gosztonyi Senatu Philosophico, qui P. Martino Palkovics cum Auditoribus suis ad amoeniora Philosophiae naturalis viridaria translato, in spinas Logicas, et caliginem ingentem animo, ad singularia felicius penetranda lucem affusuram successit, auctus pariter Academicorum numerus, atque intra millesimum, et nongentesimum constitit. Numero par alacritas et discendi ardor, quem Eminentissimus Fundator egregie ventilavit, dum et sacram purpuram Scholasticis pulveribus saepius intulit, et partes adversarii, seu cum Christophorus Kalchschmidt, S. I. Religiosus, primus omnium in hac Academia, Theses Logicas tueretur, seu cum alii subinde in arenam descenderent, ut raro exemplo, ita grato omnibus spectaculo, sustinuit. Interea prima Philo-

sophiae Laurea biennio, amaro sudore rigata, maturuit, et quatuor supra viginti ex arcano Philosophiae domicilio in theatrum exeuntes, manum eis operamque accommodante P. Martino Palkovics, ritu Academico Tirnaviae ad eum diem non modo usitato, sed omnino inusitato ornavit. Munificentia Ioannis Telegdi, Archiepiscopi Colocensis, de re litteraria ante alios meritis praemia, acuendae aemulationi oportuna, decrevit. Ibid. pag. 91 — 2.

§. 12. A. 1637. Collegii aeque, ac frequentissimi Athenaei Tirnaviensis, spatiis dilatatis, Basilica S. Ioannis Evang. Sumtibus Nicolai Eszterházi, Regni Palatini (qui relictis Religionis causa bonis aviticis, Ursula Dersfia, Francisci Magóczi vidua, xenii loco semet offerente, coniugio sibi iuncta 1611, deinde vero Christina Nyária, Emerici Turzonis relicta, secundis sibi nuptiis copulata, amplissimas consecutus est fortunas) exaedificari coepta, et maiestate, arte, decore tota Hungaria celeberrima, octingenta millium florenorum impensis ad fastigium deducta, solenniterque dedicata; horis pomeridianis ventilatae theses physicae, quas idcirco commemoro, quod Emericum Losi mox A. Episcopum Strigoniensem, et Georgium Lippai, Agriensem Praesulem, adversarios, omni exceptione maiores, habere meruerunt. Data extremum victoribus munificentia Fundatoris praemia. Ceterum annus hic duas praecipuas Academiae Tirnaviensis columnas, Ferdinandum II. Romanorum Imperatorem, ac Hungariae Regem, ex vero Apostolicum, et Petrum Pazmanum, S. R. E. Cardinalem, Archiepiscopum Strigoniensem, et Regni Hungariae Primatem, ingenti omnium, ad quos iactura pertinebat, luctu subruit. Cecidit magnus ille religione, pietate, fortitudine, ac constantia Princeps, qui et orbem terrarum, in se coniuratum, impavidus excepit, et unus in triumphum duxit omnes, XV. vel ut alii volunt, XIV. Februarii fatali necessitati succubuit. Alter, iniecta eiusdem necessitatis manu, XIV. Calend. April. in urnam coniectus est. Vidit exstinctum Hungaria, et fato Praesulis, cuius spiritu vixerat, ingemuit. Illud temperando luctui fuit, quod Emericus Losi, Litterarum peraeque Maecenas, summam Patriae mitram suffragio virtutum sit adeptus.

§. 13. Insigni taliter munita praesidio Universitas Tirnaviensis ad Polemicam, et eam, quae de sacris legibus est, Theologiam anno 1638 principem illam, cui scientiae aliae subserviunt, et quam speculativam dicimus Theologiam, eatenus intra vota existentem adiecit. Prima hac in arte Magistri, P. Mathias Bastiansich, et P. Franciscus Pizzoni, in pugnacem subtilitatem egregie exercitati, utraque eruditione penitus imbuti, e dignitate Reginae, et voto omnium mysteria eiusdem tractaturi, venerunt. — Absolutae Universitatis auspiciis, primaeque disputationi Theologicae cum frequenti

Praesulum corona Emericus Archiepiscopus aderat. — Ex Philosophia ad communem ex secundis Universitatis progressibus laetitiam cumulus accessit, quum P. Stephanus Gosztoni, unum supra viginti probatae virtutis et eruditionis Philosophiae Auditores prima laurea ornavit; P. vero Martinus Palkovics ex tricenis et amplius, stadium Philosophicum decurrentibus, undenos facultatis suae elementa graviter assecutos, quin et ingenii felicitate altius provectos, Philosophi numeros omnes absolventes, in aula Academica suprema A A. L L. et Philosophiae laurea coronavit. Musae humaniores pariter functae officio, quum, praesertim Posonii, Augustissimae Imperatrici, Mariae Annae, Ferdinandi III. lectissimae coniugi, assurgentes, diei illius celebritatem, quo sacrum Hungariae diadema Reginae impositum est, appensis in aula longa serie emblematis. p. 95.

§. 14. Annus 1640. universae societatis confirmatae secularis, non minus exercuit Musas severiores iuxta, ac mansvetiores. — Aula Academica fervebat disputationibus, florebat honoribus, a Philosophia suis Alumnis decretis, secundis exultationibus, tunc praeprimis, quum Illustrissimus Comes Ferdinandus Pálfi studium Philosophicum feliciter emensus, theses philosophicas aeri sub eleganti emblemate incisas, defendendas suscepit, et magna ingenii ac eruditionis commendatione, magno Illustrissimi Genitoris sui gaudio et voluptate, quam lachryimae ubertim manantes satis prodidere, propugnavit. Sacra D. Ignatii Lojolae Socii diversis adornarunt poëmatibus. p. 96.

§. 15. A. 1641. Emericus Losius, Regni Primas, Iuris patrii studium fundat (Samuel Timon Epitome chronol. p. 510.) Georgius vero Lippai, Agriensis Praesul, Iuris etiam Caesarei, ac Pontificii studium constituit (Id. ibid. p. 512.) Vid. Dipl. nro. VII. Tres Societatis Sacerdotes, Andreas Helesvéni, Franciscus Topos, Mathias Jazgai, universam Theologiam in aula Academica primi in Universitate Tirnaviensi propugnant. Fr. Ferdinandus Vinkler, Ord. S. Pauli, primi Eremitae, professus, theses Logicas, honoribus Illustrissimi A. Praesulis inscriptas tuetur. Illustrissimus Adolescens Comes Nicolaus Pálfi assertiones logicas, adversarii partes obeunte Illustrissimo Comite Adamo Forgách, Viro claris honoribus conspicuo, defendendas suscipit. Praesulem Losium, ut infula primum, ita pietate in Academiam nulli secundum, P. Michaël Tani, Sacrarum literarum Prof. laudatione funebri, reliqua Musarum studia literarum encomiis, prosequuntur.

§. 16. A. 1642. Georgius Lippai sacram per Hungariam Rempublicam summus Antistes a Ferdinando III. procurare iussus, Praesul bono publico natus, Archiepiscopalibus insignitus XV. Kal. Ianuarii ad Museum Theologicum se demisit, P. Franciscum Lipai, et P. Thomam Grasser, a P. Marti-

no Palkovics, Cancellario, A A. L L. et Philosophiae Doctores creatos, suisque insignibus auctos, spectavit; Oratores Philosophos geminum Problema: An virtus ipsa sibi pulcherrimum et amplissimum praemium, honorari adhuc debeat? An item rosa vere, vel autumno nata pretiosior sit? discutientes, magna voluptate audivit. P. Michaëlem Tani quoque, Sacrarum Literarum interpretem, disceptantem pro ea, qua valebat, eruditione ac eloquentia: utrum columna ignea et rubea eadem fuerit in substantia? sustulit (pag. 100 ibid.) Anno eodem graves Universitati Tirnaviensi per Magistratum urbanum illatae iniuriae, quas Rex Ferdinandus recognoscendas ad arbitrium Palatini Nicolai Eszterházii reiecit; concordia non nisi serius, auctoritate Regis accedente, conciliata. Fr. Kazi Hist. Leop. lib. V. p. 24. 42. 46. 61—64.

§. 17. Annus quoque 1643. felix iniit Universitati Tirnaviensi accessione Auditorum Olomucensium, quos furor belli Svecici ex Athenaeo suo ac patria exturbatos, nostris adiunxit. Primos honores theologicos ad maturitatem perductos P. Ioannes Wejer, antea Olomucii, modo Tirnaviae SS. Theologiae Professor, quaternis AA. LL. et Philosophiae Magistris primus in Universitate dispensavit.—Ast turbatus decurrit: Svecis, iterata victoria truculentis, aliisque sectariis Georgium Rakoczium in foederis societatem diversis artibus solicitantibus, occupantibusque, A. 1644. Georgio Principe, propitia Svecorum fortuna abrepto, armisque efferatis Posonio ac Tirnaviae minitante, Tirnavienses Musae, postquam Typographiam Archiepiscopalem Pazmanianam, Posonio translatam, in sinum recepissent, (Timon. l. c. pag. 513.) adulto nondum vere, consilio ac voluntate Archiepiscopi ac Proregis, clauso Athenaeo, dispersae; collectae repetitim, belli tumultibus perculsae identidem sunt.

Ampliori haec sermone, ut oeconomia studiorum generalium Tirnaviensium inclarescat magis, prosequenda videbantur; liceat deinceps rem complecti paucioribus.

§. 18. Anno 1652. exeunte, post diuturnas tempestates, Academia Tirnaviensis refloruit, ac collegio Cleri iunioris, dicto rubrorum, agente Georgio Lippai, Synodo Tirnaviae A. 1648. celebrata, erecto, aucta quoque fuit Theologia, quam vocant scholasticam, et Institutionibus canonicis, ad Facultatem Theologicam suis numeris absolvendam.

Anno 1656. Eandem contagio secundum comitia Posonii celebrata, Tirnaviam subin propagata, praecipite iam aestate, dispersit, nec nisi annus sequens III. nonas Ianuarii collegit. Ferdinandus R. H. edicto sanxit, ut in omnibus ac singulis Universitatibus Artium Magistri, Laurea item seu philosophica seu theologica ornandi Virgini Deiparae labis illius, ad ceteros Adae posteros devolutae, haereditate experti vota nuncuparent, nullam unquam vel

umbram criminis in Mariana apparuisse anima, pie credituros se polliceantur, hancque praerogativam Virgini vindicaturos se spondeant. V. nro. VIII. — Sacramentum hoc Universitas Tirnaviensis primum anno 1657 dixit, ad aram faciente Archiepiscopo Georgio Kazy p. 125 — 6. Pacem eiusdem, anno altero necdum circumacto, vis omnis, tempestasque belli e Transilvania in Hungariam conversa, denuo intercepit. Academica Inventus facto, pro more, doctrinae periculo, ad suos commigrare, Prefessores, alii quidem in Germaniam, alii in Poloniam, in remotiora a periculo loca, se recipere, ac studia sua Graecii, Leobii, Judenbergi in Styria, Clagenfurti in Carinthia, Monachii in Bavaria, Cracoviae ac Posnaniae in Polonia prosequi.

§. 19. Nuncio pacis revocata a. 1665 Universitas hac quoque vice nova cepit incrementa. Nam et Philosophia naturalis et moralis, et Theologia utraque addita. Accessit non ultimum Academiae decus, officina libraria, tenuissimis hac aetate initiis nata, subin liberalitate Cardinalis Leopoldi a Kollonicz ad fastigium deducta. Iuri patrio praelegendo aes 15,000 flor. a Georgio Lippai ultima voluntate legatum. Lachrymas, quas A. 1666, dies tertia, Georgio fatalis expresserat, Georgius alter Szelepcsényius, literarum non minus fautor, abstersit. Praesulis huius industriae debet Academia, quod F a c u l t a s J u r i d i c a, munificentia duorum Archiepiscoporum Emerici Losii, ac Georgii Lippai non minus 30. millibus nummum florenorum fundata, A. 1667. caput etulerit; visa primum in Cathedrali S. Nicolai Ecclesia, ubi in frequentissimo consessu, quem prima Regni Capita, Archiepiscopus, Palatinus, tum V. Canonicorum Collegium, Senatus Academicus, nobilitarunt, D. Ioann. Adam. Textor (Takács) primus Juris Civilis Professor assurrexerat, legumque Civilium laudes ac commoda multa vi est prosecutus. In academica dein D. Ioannis Bapt. Basilica P. Ferdinandus Preischaff in SS. Canones commentaturus, sacras leges diserta ac erudita oratione commendavit. P. 134 — 5.

§. 20. Statum Universitatis Pazmanianae laudatus Scriptor ad a. 1667. sic percenset: „Inde haec Academia complectitur Personas, discentibus exclusis, ultra vicenas; M a g n i f i c u m videlicet Rectorem, C a n c e l l a r i u m, I u d i c e m, eius C o n s i l i a r i o s, A d v o c a t u m, D e c a n o s, M a g i s t r o s q u e quatuor Facultatibus comprehensos. Summa rerum penes R e c t o r e m est, qui e gravioribus Societatis Iesu viris a Praeposito Generali diligitur, praeestque Universitati simul, ac Societatis Collegio, neque ab inita praefectura laboribus docendi alios distinetur. C a n c e l l a r i u s proximus a Rectore est, eique inter cetera incumbit, ut rite, atque ex ordine disciplinae omnes a Magistris tradantur, et scholasticae exercitatio-

nes instituantur, intendere. Iudici auctoritas, iurisque dicendi potestas ab Rege confertur. Legi solet e Proceribus, Nobilibusve lautioribus. Iuris cumprimis peritus sit oportet; ab eo enim cum Consiliariis, peraeque doctis, graviores lites componuntur, deque vita ac morte pronunciatur; quippe Academicis alius, quam Academicus, dum literis dant operam, non est Magistratus, neque per quemquam, nisi per hunc Iudicem, dicentibus causam declaratur ius, et supplicia decernuntur. Collegia Magistrorum, singulares disciplinas explicantium, appellamus Facultates, quas inter princeps est Theologorum, ab hac altera Iuris Consultorum, succedit Philosophorum, et artes profitentium. Singulis suus praeest Decanus; in prima illa censentur, qui methodica ratione divina pertractant mysteria, dicti vulgo Professores Theologiae speculativae, iique duo, totidem, quid in vita humana fas nefasque sit, explicantes, quibus nomen est a disciplina, quam tractant, Theologiae moralis, aut practicae Professorum. Adde interpretem sacrarum literarum, et alium, qui controversas de Religione quaestiones excutit. Atque hi sex Facultatem istam constituunt, ac Decano eo plerumque gaudent, qui citius Theologiam speculativam profiteri binos illos inter exorsus est. Altera Iuris peritorum destinatos explicando Iuri Pontificio, ac Imperatorio communi singulos, Patriae geminos, theoriae alterum, alterum Praxi comprehendit. Is, qui ius Pontificium explicat, alternis annis huius Facultatis Decanum agit. Logicam, Physicam, Mathesim, et Ethicam singuli ex mente Aristotelis interpetantur, atque adeo quini Philosophiae Doctores tertiam efficiunt, quibus Decanus plerumque e Facultate Theologorum datur. Cum Moecenas alendis Medicae Magistris hodieque desideretur, unicus, qui Canonicorum, et Societatis Iesu Collegio, ad curandos aegros operam locat, inter Philosophos connumeratur. Sacram linguam unus, unus item Eloquentiae, unus Poeticae praeceptiones explanat. In ternos trium Grammatices classium expositio dividitur. Literarum elementa duo interdum docent, interdum unus. Ab infima Grammatices classe ad Rhetoricam usque Graecae praeterea Literae adiunguntur. Atque ex his Artium coalescit Facultas, cui praeest Decanus linguarum.

§. 21. Porro Decanis Theologiae, Iurisprudentiae ac Philosophiae fas et ius est, auditores earum benemeritos, post multiplicia experimenta laureis incingere titulisque Magistrorum ornare authoritate Pontificia, Caesarea Regiaque; licentiam tamen ante Magisterium impertiri Cancellario convenit. Quod si civilis, Patriique Iuris Interpretes, Iudicem, eius consiliarios, Advocatum, ac Medicum demas, omnes, qui facultates has implent, sunt de Societate Iesu omnes, praeter Magistros Artium, Sacer-

dotio insignes. Quamquam nihil prohibeat, ad docendas quoque Artes Sacerdotes adhiberi, quin non raro unus et alter adhibentur. Iam vero prolixum foret, cum privatas, tum publicas Academicorum exercitationes, earumque apparatus persequi, paucis quaedam delibasse suffecerit: praeter quotidianas lectiones, earumque repetitiones, in Philosophia iuxta ac Theologia, quinquies per annum disputationes, quas menstruas vocant, mane et a meridie habentur. Is, qui Logicos imbuit, post institutiones Dialecticas, proëmium Logicae, thesibus impressis, discutiendum proponit. In principio Physicae, qui primam Philosophiae lauream ambiunt, postquam a quatuor viris eorum scientia in examen perducta, albis calculis probata est, in Baccalaureos evadunt. Confecto triennio, Candidati pro suprema Magisterii laurea rursus ad examen horae unius singuli evocantur, in quo probati complures eorum positiones universae Philosophiae palam in aula academica propugnant, ac demum Magisterium eius indipiscuntur. In Theologia, qui tertio anno navant operam, unam partem summae D. Thomae, si in privato tentamine Facultati satisfecerint, impressis assertionibus defendunt, atque Baccalaurei alternis annis renunciantur. Universam vero Theologiam sub finem anni quarti, qui ad id idonei reperiuntur, quod nullo non anno in compluribus accidit, horis matutinis aeque ac pomeridianis, palam in Aula pariter Academica, propugnant. Melioribus ex his decernitur duarum horarum examen, e quatuor quaestionibus Summae S. Thomae, in quas fortuito, inspectante Theologica facultate, incurrerint, atque ut ad id se se comparent, unicus dies permittitur. Si tum suam quoque doctrinam approbaverint, pro suprema Theologiae laurea adprobati Candidati renunciantur, indepturi eandem, et Theologiae Magistri creandi statim, ac dies seu in nostra, seu in alia Catholica Universitate istiusmodi solennitati constituetur. Quippe cum praeclarissimi duntaxat, adeoque pauci creantur Doctores Theologiae, creandis tempus nullum uspiam est fixum. Ut nihil dicam de Iurisperitorum nostrorum laudatissimis conatibus, quibus non satis est frequentia Auditorum suorum cogere collegia, nisi et in publico, excusis prelo lucubrationibus suis, palamque propugnatis specimen excellentis Iurisperitiae identidem edant. Ad extremum neque mansuetioribus Scholis suae desunt crebrae exercitationes solennes. Rhetores iuxta ac Poëtae apparatius quinquies declamant, totidemque vicibus promulgantur victorum in arena nomina, eo ordine, quo quisque alterum soluta, ligataque oratione, ac respondendi promtitudine, ad interrogata Praeceptorum excelluit. Caeterae inferiores classes ad minus per annum semel drama exhibent, in quo ad actionem, perorandumque institutio-

nem suam nobili, frequentique auditorio palam faciunt. Haec referre visum est.“ pag. 135. seqq.

§. 22. Lege methodoque hac, quantum per motus Wesselényianos, Tökölianos, ac Francisci Rákoczii secundi, luem item epidemicam, Musas identidem propulsantes, licuit, anni usque 1611. transacti in eadem Academia Tirnaviensi sunt: Augusto Principe Magnates, laureas scientiarum meritos, aureo torque, aliosque aliis donis ornante; Archiepiscopo, Episcopis, Proceribus contentiones litterarias applausu suo foventibus. Georgii Szelepcsényi, Archiepiscopi Strigoniensis munificentia, et in Patriam charitate, surrexit A. 1687. Clero iuxta, ac nobili adolescenti insigne Seminarium, Magnae Dei Parenti dicatum, in quo florem suum Hungaria saepe deposuit, ac subinde fructus uberrimos accepit. Silebant plures annos Iuris utriusque Doctores inopia stipendii, quod a morte Pro-Regis Veselénii, fortunis eius omnibus Fisco addictis, penitus intercidit, utque in suum reponeretur locum, nemo magnopere curavit. Subinde Regis benevolentia, societatisque Tirnaviensis industria factum, ut cathedras vacuas Juris consulti iterum implerent. Munificentia Celsissimi Principis Pauli Eszterházi, florenorum mille impendio, magnificum posuit theatrum A. 1692. ornatum comicum, multo aere Venetiis comparatum A. 1696. addidit; praemiis in arena litteraria victoribus constitutis. Vid. Nro. IX. Sub finem Seculi XVII. Facultas Iuridica D. Tutelarem suum, S. Ivonem, solenni ritu colere coepit. Anno 1703. in eadem Academia supra mille ducentos censi sunt Alumni, inter quos, quod aliis etiam annis fere commune, Comites sex, L. Barones duodecim, Nobiles, quos perillustres dicimus, trecentis plures; e quibus laurea digni admodum octoginta inventi sunt. Anno 1708. VII. Maii, perduellis Rákoczius Sociis, voluntate confoederatorum, duobus de triginta, qui res Universitatis, ac Collegii curarent, pepercit.

§. 23. Res Universitatis adversitate temporum deiectae, pace post tristem Josephi primi R. H. occasum, Anno 1711. pacta, opera C. Joannis Palfii Marescalli confecta, erectae, et A. 1712. qui Carolo VI. in Regem Hungariae coronato solennis fuit, amplius excitatae; Theologia, qui universam disputarunt, multos; Philosophia plures, in publicum eduxit: Facultas Iuridica Laureatorum numero illustrior apparuit nunquam antea. Musae mansuetiores, ne sibi deesse viderentur, ut adhuc rebus fecerant secundis, et saepius in scenis indolem exercuerunt, et Carolo III. coronam Hungariae prosa et metro adumbratam, inter solennia inaugurationis obtulerunt. Id omni deinceps quoque occasione diligenter frequentatum. Annis 1714 — 16. 19. munificentia Ianiana, pietate Kollonicsiana, liberalitate D. Helenae Amadeae, Stephani Comitis Koharii, Ladislai de Korlatkö etc. nova accesserant Universitati

beneficia, in aedes, vetustate iam hiantes, restaurandas, ornandasque inpensa. Concludit denique Historiam, Universitatis Pazmanianae seculum primum: „Vidimus supremis his annis, exesse iussis ad vannum magis et furnum natis, quam Palladis mysteriis, undique excitum ad principem hanc in Hungaria Academiam ingeniorum delectum, gestientem se probare maioribus, et ab horum oculis strenuitatem sumentem. Atque hinc exempla magna, et frequentissima, in omni circo paria molientium, innocenter invidentium, et ad integram laudem aspirantium. Adhibiti, pro more, honestissimi currentibus stimuli, minorum quidem gentium Academicis, quotannis auro illusa in theatro praemia, quibus anno 1730. accessit pretium, a gravissimorum authoritate testium, Posonio (supremorum Regni Dicasteriorum sede) confluentium, ad videndam Academicorum contentionem; Philosophorum industriam Augusta munificentia Caesarea exacuit, quum Illust. ac RR. D. C. Francsiscum Barkóczi de Szala Coll. Gen. C. R. Ung. Alumnum, AA. etiam LL. et Philosophiae Magistrum universam Philosophiam, cum Ungaria suis cum Regibus compendio data, ad caesareas aras appendentem, per Exc. ac RR. D. Gabrielem Erdődy Agriensem Antistitem torque aureo donavit.

§. 24. Patrum Patriae cura in hanc literarum Academiam Anno primum 1723. versa fuerat: sancitum quippe diaetaliter Articulo 70. §pho 4. fuit · „Ut in Academiis non tantum Philosophicum, Theologicum et Iuridicum etiam studium exactius, separatim, et statutis horis pure pro earumdem Scientiarum studiosis, sed et alia quaevis in exteris Universitatibus publice doceri consueta, et Statui quoque publico et militari deservientia studia tractentur, et per idoneos Professores tradantur; ubi Status et Ordines modum et formam, et media, quibus id commode fieri possit, Suae Maiestati Sacratissimae demisse submiserint; pro Regia Benignitate sua, huic quoque demisso Statuum voto clementer annuet; et ConsiliumSuum Regium Locumtenentiale eatenus quoque sufficienter instruet.“ A. 1729. Juridicum et laudatissimorum Magistrorum solertia, et summum aetate nostra, honestissimae artis pretium, ac praemium eo provexit, ut identidem ferveret nunc patrium, nunc civile, et hoc quidem frequentius, in arena ventilaret. Theologiam Deus, coelum, animae, pretia infinita animarunt, atque sic extulerunt, ut solo tempore infra sit, in exemplum famigeratis etiam, aliis ante ire possit. — Foecunda parens Hungariae dedit viros, virtute non minus, quam eruditione praestantes, futurique post se seculi industriam provocavit.“ l. c. p. 185 — 6.

§. 24. Rem Universitatis Hungaricae seculo primo moderati sunt:

A. 1635. R. P. Georgius Dobronoki, Rector. Thomas Jászberéni, Theologiae moralis Professor, ac Facultatis Philosophicae Decanus. Martinus Palkovics, Logices Professor.

A KOLOZSVÁRI EGYETEM
NŐI KLINIKÁJÁNAK
KÖNYVTÁRA

A. 1636. R. P. Georgius Forró Rector. Martinus Palkovics Metaphysicae Professor et Decanus Philosophiae. Stephanus Gosztonyi, Logices Professor.

A. 1637. Iidem.

A. 1638. Iidem. Tum: Matthias Bastiansich, Theologiae spec. Professor. Franciscus Pizzoni, Controversiarum Professor.

A. 1641. R. P. Petrus Bellecius, Univ. Rector. Martinus Palkovics, Cancellarius. Franciscus Lipai, Philosophiae Professor. Thomas Grasser, Philosophiae Professor. Michael Tani, S. Literarum Interpres.

A. 1643. Iidem. Ioannes Wejer, Theologiae Professor.

A. 1647. P. Eustachius Stanaperger, Cancellarius.

A. 1649. R. P. Stephanus Keresztes, Rector hoc iam munere functus.

A. 1652—3. R. P. Martinus Palkovics, Rector. Franciscus Topos, S. Theologiae Decanus. Franciscus Lipai, Philosophiae Professor.

A. 1658. Franciscus Lanczmán, Philosophiae Professor.

A. 1667—8. R. P. Martinus Juranics, Rector. Ferdinandus Preyschaff, SS. Canonum Professor. Ioannes Adam. Takács, (alias Textor) primus Iuris civilis Professor.

A. 1672—5. R. P. Ladislaus Sennyei, Rector. Michael Gribóczi, Theologiae Professor. Ladislaus Vid, Theologiae Professor. Franciscus Viszocsányi, Eloquentiae Professor.

A. 1674. R. P. Franciscus Topos, SS. Theol. et Phil. Doctor, Cancellarius Universitatis A. Episcopalis: Promotionum ad gradus Philosophicos Tom. III. ab An. 1674.: R.P. Carolus Manngen, AA. LL. et Phil. D. Prof. Philosophiae. Stephanus Körtösi, AA. LL. et Ph. D. Prof. Ethices.

A. 1675. R. P. Martinus Cseles, Physices Professor. Franciscus Topos, qui supra. R. P. Sigismundus Madocsanyi, Ph. D. R. P. Stephanus Pethö, Phil. Professor.

A. 1676. R. P. Franciscus Meleghy, Physices et Math. Professor. Martinus Cseles, Prof. Phil. et Doctor Theol.

A. 1677. R. D. Michael Griboczy, Cancell. R. D. Ioannes Pakai, Theol. Prof. R. P. Carolus Schretter, Physices Prof.

A. 1678. Cancel. Idem Griboczy. R. P. Miller, SS. Theol. ac Phil. Doctor. R. P. Gabriel Szily, Prof. Phil. R. P. Carolus Schretter, Phil. Prof. Ord. Sen.

A. 1679. R. P. Szent-Iványi, SS. Theol. Doct. ac Prof. R. P. Franciscus Meleghy, Prof. Phil. R. P. Stephanus Szaikovicz, SS. Th. Doctor Cancellar. SS. Scripturae Prof. Ordin. R. P. Gabriel Szily, AA. LL. et Ph. Doct. Phil. Prof. Ord. Sen. R. P. Thomas Sygray, Prof. Eth. Ord.

A. 1680. R. P. Martinus Szent-Iványi, qui supra. R. P. Ioannes Nexinger, Prof. Phil. R. P. Stephanus Szajkovics, Cancell. R. P. Franciscus Meleghy, qui supra Sen. R. P. Franciscus Hauer, AA. LL. et Ph. Doct. Prof. Ethices. R. P. Andreas Szluka, Professor Philosophiae.

A. 1681. R. P. Casparus Szarka, SS. Theol. Doctor et Cancell. R. P. Ioannes Nexinger, qui supra. R. P. Martinus Szent-Iványi, Decanus qui supra. R. P. Stephanus Renyes, AA. LL. ac Ph. D. Ethices Professor.

A. 1682. R. P. Martinus Cseles, S. Th. Doct. Prof. Decan. R. P. Franciscus Hauer, Prof. Phil. R. P. Casparus Szarka, qui supra. R. P. Andreas Szluka, AA. LL. et Ph. Doct. Prf. emeritus Sen.

A. 1683. R. P. Martinus Cseles, qui supra. R. P. Stephanus Renyes, qui supra.

A. 1684. R. P. Franciscus Bánky, Rector. R. P. Ladislaus Vid, Professor Theologiae.

A. 1685. R. P. Ladislaus Vid, Rector.

A. 1686. R. P. Ladislaus Sennyei, Rector. R. P. Chrysostomus Weczker, AA. LL. et Ph. Doct. S. Canon. Prof. R. P. Henricus Berzeviczi, Phil. Prof.

A. 1687. R. P. Martinus Szent-Iványi, Canc. et Rector. R. P. Chrys. Weczker, Phil. Decanus. R. P. Henricus Berzeviczi, Prof. Sen. R. P. Adamus Andreanszky, Eth. Prof. Ord.

A. 1688. R. P. Andreas Szluka, Can. Prof. Ord. Decan. R. P. Ioannes Pahy, Prof. Phil. Ord. R. P. Martinns Szent-Iványi, Cancel. qui supra. R. P. Ioannes Zanger, Phil. Doct. ac Prof. Ord. R. P. Georgius Berzeviczy, Logices Professor.

A. 1689. R. P. Michael Griboczi, Rector. Martinus Szent-Iványi, Theologiae Prof. Stephanus Landovics, Eloquentiae Prof. R. P. Franciscus Meleghy, Phil. Decan. Cas. et Controv. Prof. R. P. Georgius Berzeviczy, Phil. Prof.

A. 1690. R. P. Franciscus Meleghy, Decan. Phil. SS. Liter. Interpr. R. P. Gabriel Kapy, Ph. Doct. ac Prof.

A. 1791. R. P. Martinus Szent-Iványi, Rector. R. P. Ambrosius Sembler, SS. Theol. Doct. et Prof. Ord. Facult. Theol. Decanus. R. P. Iacobus Lupperger, Ph. Dr. et Prof. Ord. R. P. Ladislaus Sennyei, AA. LL. Phil. et Theol. Dr. Sacror. Canon. Profes. Ord. Cancellarius. R. P. Gabriel Kapi, Prof. Phil. Ord. Sen. R. P. Henricus Berzeviczy, Math. Prof.

A. 1692. R. P. Georgius Berzevicy, Ph. Doct. ac Prof. Ord. R. P. Ioannes Pathatich, AA. LL. et Theol. Doct. Theol. Prof. Ord. Phil. Decanus. Leopoldus Rachensperger, Theol. Prof. R. P. Petrus Bernardi, AA. LL. Phil. ac Theol. Doc. SS. Canon. Prof. Cancellar. R. P. Iacobus Lupperger, Phil. Doct. ac Prof. Sen.

A. 1693. R. P. Ioannes Pathatich, AA. LL. et Phil. ac Theol. Doctor, eiusdem Prof. Ord. Facult. Phil. Dec. Leopoldus Rachensperger, Theol. Prof. R. P. Ioannes B. Venner, AA. LL. et Ph. Dr. Phil. Prof. Ord. R. P. Petrus Bernardi, qui supra. R. P. Georgius Berzeviczy, qui supra. R. P. Franciscus Székely, Professor Logices.

A. 1694. R. P. Ambrosius Sembler, qui supra Facult. Ph. Decanus. R. P. Franciscus Székelyi, Prof. Phil. R. P. Ioannes B. Venner, qui supra.

A. 1695. Ioannes Patatich, qui supra. R. P. Michael Hoffman, Physices Prof. R. P. Martinus Szent-Iványi, qui supra Cancell. R. P. Franciscus Székelyi, qui supra.

A. 1697. Martinus Szent-Iványi, qui supra. R. P. Michael Hoffman, Idem qui supra. R. P. Nicolaus Gusics, Phil. Doct. et Prof. Ord. R. P. Petrus Kiss, Ph. ac Theol. Doct. Theol. Mor. Prof. Facult. Phil. Decanus. R. P. Carolus Enders, AA. LL. Ph. Doct. ac Phil. Prof. Sen.

A. 1698. R. Petrus Kiss, qui supra nec non Theol. Mor. Prof. Ord. Fac. Theol. Decanus. R. P. Gothardus Gelb, AA. LL. Ph. Dr. ac Prof. eiusdem Ordin.

A. 1699. R. P. Petrus Kiss, idem qui supra Prof. Canonum. R. P. Leopoldus Rackensperger, Phil. Prof. Ord. R. P. Martinus Szent-Iványi, qui supra. R. P. Gotthardus Gelb, qui supra.

A. 1700. R. P. Ioannes Dubovsyky, AA. LL. et Ph. Dr. SS. Canonum Prof. Ord. Fac. Theol. Dec. R. P. Andreas Madocsányi, Ph. Dr. et Prof. Ord. R. P. Martinus Szent-Iványi, qui supra. R. P. Leopoldus Rackensperger, AA. LL. et Ph. Doct. et Professor Sen.

A. 1701. R. P. Ioannes Dubovszky, idem. R. P. Gabriel Szerdahelyi, Doct. ac Prof. Philos.

A. 1702. R. P. Simon Karehne, AA. LL. Phil. ac Theol. Doct. Cancellarius. R. P. Ladislaus Podhorányi, AA. L. et Ph. Dr. Sacrorum Canonum ac Math. Professor Ord. R. P. Gabriel Szerdahelyi, qui supra Sen. R. P. Gregorius Péchi, Ethices Professor emeritus.

A. 1725. R. P. Iacobus Wenner, Rector. Antonius Mindszenti, Professor Cas. Decanus Lingv. Carolus Tosch, Professor Mathematicae. Franciscus Csernovics, Professor Methaphys. Franciscus Gross, Professor Cas. Ioannes Corneli, Professor Controv. Ioannes Bapt. Kazy, Professor Theologiae. Ioannes Mayr, Prof. Ethices. Ioannes Bapt. Praeschern, Profes. et Decanus Theologiae. Laurentius Tapolcháni, Cancell. Paulus Kolosvári, Prof. Phys. Petrus Schez, Profess. Logices. Weichhardus Lewenberg, Prof. Canonum. Wolfgangus Bosiani, Profes. S. Script. Decanus Philos. Emericus Tolvaj, Profes. Rhetorices. Carolus Péterfy Profes. Poëseos.

A. 1726. R. P. Georgius Rajcsáni, Rector. Antonius Holczeisen, Prof. Can. Decan. Iuris. Antonius Mindszenti, Prof. Cas. Emericus Tolvaj, Profess. Ethices. Franciscus Breckenfeld, Prof. Controv. et Math. Franc. Xav. Roys, Prof. Scripturae. Ioannes Bapt. Kazi, Prof. Theol. Joannes Bapt. Praeshern, Profes. et Decan. Theolog. Ioannes Riberics, Prof. Decan. Lingv. Ioannes Bapt. Mayr, Prof. Casuum. Iosephus Fruewirth, Profes. Logices. Laurentius Tapolcsányi, Cancell. Paulus Kolosvári, Prof. Metaphys. Petrus Schez, Prof. Phys. Wolffgangus Mordax, Dec. Cas. Carolus Péterfi, Prof. Rhetor. Antonius Beneken, Prof. Poëseos.

A. 1727. R. P. Georgius Raicsáni, Rector. Andreas Horváth. Dec. Casuum. Antonius Holczeisen, Prof. Canonum. Emericus Görgei, Prof. S. Script. Decan. Phil. Emericus Tolvaj, Prof. Logic. Franciscus Preckenfeld, Prof. Controv. Franciscus Zdellar, Prof. Theol. Gabriel Graff, Prof. Math. Ioannes B. Kazi, Prof. et Decan. Theol. Ioannes Bapt. Mayr, Prof. Cas. Iosephus Fruewirth, Prof. Phys. Ladislaus Turóczi, Prof. Cas. Laurentius Tapolcsányi, Cancell. Bibliothecarius. Martinus Kerekes, Prof. Ethices. Petrus Schez, Prof. Metaphysicae.

A. 1729. R. P. Laurentius Tapolcháni, Rector. Adamus Fenz, Rep. Canon. Antonius Holczeisen, Prof. Repet. Canon. Decan. Cas. Emericus Görgei, Prof. S. Scripturae, Dec. Phil. Emericus Tolvaj, Prof. Metaphys. Franciscus Dolfin, Rep. Can. Franciscus Gottwaldt, Prof. Cas. Franciscus Kazi, Prof. Ethic. Georgius Rajcsáni, Cancell. Biblioth. Ioannes Bapt. Kazi, Prof. Theol. Dec. eiusdem. Ioannes Rajcsáni, Prof. Can. Ioannes Szegedi, Rep. Can. et Soc. Biblioth. Iosephus Fruewirth, Prof. Contr. Dec. Ling. Ioannes Socher, Repet. Canon. Ladislaus Pécsi, Prof. Math. Martinus Kerekes, Prof. Phys. Mauritius Marchesi, Prof. Theol. Paulus Benyovszki, Prof. Logic. Sigismundus Liechtenberg, Prof. Cas. Iosephus Koller, Profes. Rhet. Stephanus Világhi, Prof. Poëseos.

A. 1731. R. P. Franciscus Kecskés, Rector. Antonius Mindszenti, Prof. S. Script. Dec. Phil. Franciscus Kazi, Prof. Phys. Franciscus Némethi, Prof. Cas. Decan. Ling. Fridericus Donati, Prof. Cas. Georgius Scoda, Prof. Canon. Dec. Cas. Ioannes Bapt. Kazi, Prof. Theol. Dec. eiusdem. Ioannes Huszár, Cancell. Biblioth. Ioannes Pirolt, Prof. Math. Ioannes Szegedi, Profes. Eth. Iosephus Fruewirth, Prof. Theol. Ladislaus Pécsi, Prof. Logic. Paulus Benyovszki, Profess. Metaphys. Paulus Libeniczki, Prof. Hebr. Iosephus Carl, Profes. Rhetor. Ladislaus Répszeli, Prof. Poëseos.

A. 1732. R. P. Franciscus Kecskés, Rector. Antonius Gallyuff, Prof. Eth. Antonius Mindszenti, Prof. et Dec. Theol. Ferdinandus Kazi, Prof. Metaphys. Franciscus Kunics, Prof. Phys. Franciscus Némethi, Prof. Cas. Dec. Philos. Fridericus Donati, Prof. Cas. Georgius Árwai, Prof. Math. Decan. Lingv. Georgius Scoda, Prof. Canon. Dec. Cas. Ioannes Bapt. Mayr, Prof. S. Script. Ioannes Szegedi, Prof. Log. Iosephus Fruewirth, Prof. Theolog. Martinus Corelli, Prof. Hebr. Ignatius Wagner, Prof Rhet. Ioannes Akai, Prof. Poëseos.

A. 1734. R. P. Adamus Fitter, Rector. Antonius Holzeisen, Prof. Can. Decan. Iuris. Antonius Mindszenti; Prof. et Dec. Theol. Carolus Tosch, Prof. Cas. Franciscus Csepelini, Bibl. Franc Kazi, Prof. Cas. Franciscus Kunics, Prof. Contr. Dec. Ling. Georgius Arvai, Prof. Log. Ioannes Bapt. Ludinger, Prof. Math. Ioannes Korneli, Cancell. Ioannes Szegedi, Prof. Metaph. Iosephus

Fruewirth, Prof. Theol. Stephanus Dobner, Profes. Script. Decan. Philos. Stephanus Szali, Prof. Ethic. Iosephus Koller, Prof. Rhetor. Alexius Okolicsányi, Prof. Poëseos.

§. 26. Scientiarum Academiae, ac Doctores editis literarum monumentis vivunt; partes docendi absque iis ex aequo neutiquam implent. Scriptores Sociis Iesu, qui defuerant nunquam, Universitate Tirnaviensi potitis, facti sunt plures; mihi innotuerant seculo eius primo:

Petrus Pázmán, Academiae Tirnaviensis Stator, ac Maecenas; patria M. Varadinensis, natus Parentibus acatholicis, vetustae nobilitatis; Societatem Iesu primum complexus, in Academia Graecensi, summa cum adprobatione, Philosophiam ac Theologiam docuit; curae animarum, ac iuvandae Patriae totus deditus. Theologia iuxta, ceteraque omni litteratura non de pulpitis solum, sed et prelo spectatissimus; invitus, reluctansque per Mathiam Imperatorem a Sede Apostolica ad infulas Strigonienses postulatus, labanti per Hungariam Religioni Catholicae humeros supposuit, aedificiis sacris, regia pene liberalitate instauratis, aut excitatis, postulante Ferdinando II. romana purpura ab Urbano VIII. PP. A. 1629. ornatus, fundata liberaliter Tirnaviae Academia, nomen aeternitati consecravit. Legatus ad Papam pro emolumentis Germanicae Ecclesiae, morbo brevi consumtus XIX. Martii A. 1637. Scripsit hungarice: Libellum precum, saepius editum; Rationes X apodicticas pro fide catholica; libellum anonymum V. Epistolarum contra Petrum Alvinczium Praed. Cassov. Responsionem christianam de cultu Sanctorum, et eorum pro nobis intercessione, adversus Nicolaum Gyarmathi Graecii A. 1617. Responsionem ad librum Petri Alvinczi 1619. Consultationem de fide capessenda, nomine Mich. Veresmarti Poson. 1612. Hodegum, seu Manuductorem ad veritatem, quo vanitas sectarum catholicae fidei adversantium ostenditur. Tom. III. Accessit Appendix V. quaestionum epistolicarum Posonii A. 1613. in fol. Contra Fridericum Balduinum Apologiam fidei A. 1627. Lene medicamentum civitati Varad. adversus morsus luporum exhibitum, cum Defensione libri de S. Scriptura et Ecclesia, nomine Stephani Sallay Pos. 1630. in 4. Rationes, ob quas merito nobilis quidam a novis sectis ad veram fidem transivit, Epistola ad Illustr. Evam Battyáni. Conciones in Evangelia omnium Dominicarum et aliquot Festorum per annum, ibid. An. 1636. in fol. Thomae de Kempis Libros IV. de imitatione Christi vertit Posonii. Latine: Diatriben Theologicam de visibili Christi in terris Ecclesia adversus posthumum Guil. Witakeri librum contra Cardinalem Bellarminum. Graecii Styriae ap. Georg Vidmanstadium 1615. in 4. Peniculum Papporum apologiae Solnensis Conciliabuli, in quo Praedicantes iura Ecclesiae catholicae ac dogmata fuerunt ausi infringere; no-

mine Ioan. Jemicii Parochi Senquicensis. Posonii post alteram editionem 1611. in 4. Accessit appendix, qua anonymi Sicophantae criminationes in Pontificem maximum Rhytmis Pannonicis conceptae iugulantur. Logos, Alogos, contra vellicatores peniculi Papporum, repetito typo Posonii, una cum Hodego 1613. in fol. Vindicias Ecclesiasticas adversus Decreta Principis Bethlen in Clerum Hungariae edita. Viennae Typis Wolfg. Schump. 1620. in 4. Acta et Decreta Synodi Dioecesanae Strigoniensis Tirnaviae celebratae die IV. Octob. A. 1619. in 4. Dissertationem, an unum aliquid ex omnibus Lutheranis dogmatibus Romanae Ecclesiae adversantibus, scriptura contineat. Posonii A. 1631. in 4. Apud Zwittinger, Horanyium. — Epistolas ipsius Legationis, Romae peractae, in lucem protulit Vir Illusrissimus Aloysius L. B. Mednyánszki A. 1832.

Emericus L o s i, Universitatis Tirnaviensis Maecenas ac fautor, parentibus heterodoxis natus, dum Poësi navasset operam, a Lutheri castris ad catholica signa traductus, Romae philosophicis Theologicisque studiis institutus, primum Posoniensis Praepositus, dein Csanadiensis, postea Varadiensis, tum Agriensis Episcopus, demum Strigoniensis Archipraesul; ad praemia laborum abiit A. 1642. Dixit adhortationem ad synodum Dioecesanam, Iaszoviae celebratam 1635. Gravem item sermonem ad Synodum Provincialem, quam Tirnaviae celebravit 1638. Has Dictiones Péterfius in Conciliis Hungariae typis vulgavit.

Georgius S z e l e p c s é n y i, de Pohroncz, alter Tirnaviensis Maecenas et fautor, suum de inope familia ortum scientiis cumulavit ac virtute. Litteras Petro Pazmano debitas grato professus est animo quaestionibus Theologicis Romae sic inscriptis: Propositiones Theologicae, auspiciis Em. Principis, Petri Cardinalis Pázmány, defensae a Georgio Pohronczio Szelepcsényi Hungaro, Collegii Germanici et Hungarici Alumno. Libello praefixit effigiem Pazmani sua exsculptam manu, profusamque celebravit liberalitatem versu quoque lyrico eadem in urbe Maecenatis sui recoluit; subinde Veszprimiensem consecutus infulam e Posoniensibus Comitiis A. 1647. Episcopatus sui iura, latis etiam legibus, de integro vindicavit. Nitriensi ac Colocensi Episcopatibus, Cancellariae Regiae praefectus, Lippaio in Archiepiscopatu Strigoniensi successit. A. 1666. Locumtenens Regis Leopoldi I.; multus erat in republica utraque tuenda, et indefessus. Edidit, praeter saluberrimas ad usum Cleri sanctiones, Edictum adversus declarationem Gallicanam, et librum sacrarum odarum hungarico idiomate, Tirnaviae A. 1680. 4. Defunctus A. 1685. XIX. Cal. Febr. Epitaphium meritus:

Pressa per Odrisium regina Vienna Tyrannum,
Stat vixtrix opibus, quis negat? illa tuis.

Georgius Dobronoki, nobili Hungarorum sanguine Alsó Lindvae A. 1588. natus, in Societate Iesu pietate, doctrina, variisque honorum titulis claruit. Primus Academiae Tirnaviensis Rector. subsecivis horis ad usum Iuventutis scripsit: Phrases latinas verborum primitivorum Tyrn. in 8. Historiam S. I. Hungaricae; qua usi fuerant Kazi in Hist. Univers. ac Schmidtius in suis Episcopis Agriensibus, in lucem necdum protractam. Obiit Tyrnaviae A. 1640. Diarium Universitatis Tirnavien. in MSS. reliquit. Georgius Pray. Tomo XXX.

Georgius Forró, nobilibus apud Transilvanos parentibus natus, se totum Societati Iesu tradidit; cathedram Philosophicam Graecii ornavit, Academiae Tyrnaviensi praefuit. Obiit Tyrnaviae 18. Oct. A. 1642. Societatis aditae LXV. Concionum tomos aliquot hungarice ad typum apparavit.

Ladislaus Sennyei, in oppido Tarkány, ex illustri Baronum sanguine A. 1638. 6-ta Maii progenitus. Societati Iesu adstrictus, Viennae Philosophiam moralem anno uno, reliquum Aristotelem Graecii triennio explicuit, Doctorem Angelicum Tyrnaviae primum, tum Graecii annis duobus praelegit, sacras litteras interpretatus Tyrnaviae, Ius canonicum duobus professus. Academiam Tyrnaviensem ac Graecensem rexit tertio. Mortuus est, ut vixit, sapienter. A. 1702. 13-a Ianuarii. Edidit perutilem librum: Examen quadripartitum promovendorum ad sacros ordines. Graecii 1686. Tyrn. 1692. 12. plura reliquit MSS. theologica et historica; quae in Archivo Bibliothecae nostrae haerent.

Martinus Szentiványi, vir memoria dignissimus. Hunc primam in lucem edidit Szentivány, paternae ditionis vicus A. 1633. inde vicesimo aetatis anno, ipso natali die, qui fuit 20 Octob. Societas Iesu accepit. Bonis litteris insigniter eruditum Academiae sibi vindicarunt: sacram linguam Viennae, ac Tyrnaviae quinquennio explicuit, atque, ut omnes eius apices teneret, Rabino celebri Viennae discipulum se tradidit. Triennio mox Aristotelem, sexennio Euclidem interpretatus. De Theologia plus meruit: nam praeter Polemicam, et eam, quae de sacris legibus est, quam speculativam dicimus, septennio e mente, ac sententia D. Thomae, praeclara sagacis ingenii, ac solidisssimae doctrinae commendatione explanavit. Ad haec studiis cancellarii nomine praefuit annis omnino duodecim. Cum studiis coniunxit curam Typographiae Academicae Tyrnaviae, illamque magno librariae officinae commodo annis duobus supra viginti procuravit. Collegium Pazmanianum Viennae rexit triennio, Academiam Tyrnaviensem integro fere quadriennio. E vivorum numero ereptus A. 1705. 19-na Martii. Memoriam viri docti ac eruditi tria volumina: Curiosa, et selectiora variarum scientiarum miscellanea Decades III.

Tyrn. A. 1709. 4. MSS. plurima in Archivo Bibliothecae Universitatis Pestanae conservant.

Antonius (non Andreas) Mindszenti, nobilis Hungarus e Societ. Iesu. Docuit Ethicam Christianam Tyrnaviae A. 1725. Decessit A. 1729. Illius est liber, qui inscribitur: Propugnaculum reipublicae christianae, continens adversaria res hungaricas egregie illustrantia.

Ioannes Corneli, Szakolczensis Hungarus. Adolescens in Societatis Iesu instituto vivere decrevit, in quo humaniores litteras et disciplinas docuit. Academiae Cassoviensis Cancellarium egit, Polemicam Tyrnaviae tradidit A. 1725. Defunctus A. 1730. Multa post suum e vivis excessum ingenii reliquit monumenta; e quibus edita constant: Fragmenta Historiae Ungariae ab anno 1663 — 1678. deductae. Cassoviae 1680. 12. Continent multa, quae in aliis frustra quaesiveris. Panegyrici Praelatorum et Magnatum Hungariae, qui seculo Christi XVII. pro fide Dei ac Regis laureata morte vitam terminarunt. Tirn. 1708. 12. Decennium Georgii Széchényii. Tirn. 1721. 12.

Franciscus Kunics, Nobilis Hungarus, e Comitatu Soproniensi, Societatem Iesu professus, doctis longiori tempore humanioribus ac severioribus disciplinis, Tyrnaviae professus fuit Physicam. Illius est: Dacica Siculia brevi compendio exhibita. Claudiop. An. 1731. 12.

Melchior Inchofer, Ginsii natus, A. 1584. Soc. Iesu tironibus Romae adlectus 1607. Messanae, ac Tirnaviae sublimiores scientias professus. Mediolani mortuus A. 1648. Praeter alios ingenii partus edidit: Annales Ecclesiasticos Regni Hungariae. Romae 1644. in folio. recusos Posonii in 8.

§. 27. Petrus Ágoston, in Transilvania siculica natus A. 1616. Societatem ingressus A. 1638., fervens divini verbi praeco, praefuit pluribus annis, ad praemia laborum migravit Tirnaviae A. 1689. Tractatus quatuor edidit hungaricos. A. 1671. 1672. 1674. Katona Vol. XXXVI.

Emericus Alló Budafalvae primam lucem aspexit A. 1659. Fuga sibi viam ad societatem aperuit, elusis dolo militibus, ad eum retrahendum a Tutore missis. Philosophicis intentus studiis, postquam perversos militum mores acrius castigasset, ab iis gladiorum ictu male mulctatus, post aliquot dies animam reddidit. A. 1698. Ingenii eius partus est: *Στεφανος*, seu Leopoldus primus, pietate in Deum, clementia in subditos, arte et marte, in toga et sago, tot gloriosissimorum antecessorum suorum corona. Carmen heroic. et lyr. Tirnaviae A. 1687. 8.

Stephanus Bellusi, Tyrnaviae natus 1668. Societatis tyronibus adscriptus A. 1684. Obiit Tyrnaviae 1708. Dedit eloquentiae specimen singulare, seu quum C. Stephanum Apor, seu quum Leopoldum Imp. oratione funebri celebraret. Tirn. 1693. 1705.

Franciscus Bellusi, prioris Frater, S. I. mortuus Albae Iuliae A. 1711. Anno 1699. publici Iuris fecit: Gaudium Europae in Domo Austriaca exortum, immortali nomini Aug. Rom. et Hung. Regis Iosephi I. cum Augusta Regina Amalia, pace et hymenaeo gloriosi, inscriptum. Prosa, carminibus mixta. 1699. 4.

Daniel Benutius, natus in Moravia A. 1654. Soc. I. ingressus A. 1699. plures annos in Hungaria docuit. Viennae mortuus A. 1699. Procudit: Felicia Ser. et Pot. Principis Iosephi I. Apostolici Hungariae Regis, auspicia. Viennae, Oratione partim soluta, partim ligata. A. 1688.

Ladislaus Despotovics, in Croatia nobili domo natus A. 1654. S. I. tyronibus adlectus 1674. mansvetiores et severiores disciplinas docuit ac finiit anno 1700. C. Erdödium funebri dictione laudavit. Edita Tirnaviae anno 1690. 4.

Ioannes Dévai, in lucem editus Gyöngyösini 1662. Societatem ingressus 1680. quadriennio Philosophiam professus, ut tutius in Transilvania lateret, vestes civiles induit; ibique primus, restituta post seculum societate, Philosophiam docuit. Tirnaviae obiit 1701. libro prius edito huius argumenti: Heroa fama Ser. et invictissimi Ducis Lotharingiae. Tirn. 1688. 8.

Georgius Dinhossen, Kismartonii natus 1643. S. I. tirocinium auspicatus 1661. Postquam sacras profanasque scientias plures annos docuisset, attritis viribus Lincii decessit 1699. vulgavit: Gradus Philosophicos Sanctioris Philosophiae. Graecii 1674. 8. Institutionem criminalem. Lincii 1695. 8.

Ioannes Dreiling, S. I. Sacerdos, docuit Tirnaviae Rhethoricam, Societati valedixit 1673. mortuus 1683. Typo subiecit: Palliatos Philosophiae honores. Tirn. 1671. 8.

Carolus Enders S. I. Carniolus Labacensis, in Patria mortuus 1727. Dum Tirnaviae Philosophiam explanasset, edidit: Philosophum civilem, a maioribus suis institutum. Tirn. 1669. 8.

Georgius Faber, in Bavaria natus 1638. mortuus in S. I. Viennae 1693. Quum in Hungaria vixisset, edidit Ludovici R. Hung. II. mortem insperatam, poëmate descriptam. Tirn. 1672. 8.

Iacobus Faber, S. I. natione Hungarus, iniquissimis Patriae temporibus Poësim, ac Rhetoricam Tirnaviae docuit, librumque confecit, sic inscriptum: Herculis christiani S. Francisci Xav. S. Iesu, Indiarum Apostoli, et Thaumaturgi labores XII. Tirn. 1664. 8.

Georgius Habdelich, natus in Chike 1609. Docuit in S. I. Philosophiam Tirnaviae, Theologiam moralem Zagrabiae, mortuus ibidem 27-ma Novembris 1678. Vulgavit idiomate croatico librum: de peccato primi Parentis. 1674. 4. pluresque libellos pios de cultu B. V. M.

Georgius Hidi, in S. I. receptus, Viennae Philosophiam ac Theologiam cum plausu propugnavit. Rakoczianis ad Tirnaviam A. 1704. victis, civitas, receptis ad 12 millia victoribus, unum veluti Nosocomium facta fuit, per quam, quum quatuor linguarum gnarus pro confessionibus excipiendis oberrasset, fatali morbo correptus, victima charitatis cecidit 1705. tunc Ethicae Professor. Edidit: Philosophi christiani effigiem. Leutsoviae A. 1699. Celebriorum Hungariae urbium celebriora. Tirn. 1701. 1702. 4.

Michael Hoffman, S. I. postquam Tirnaviae Philosophiam explanasset, in Austriam missus, ut plurimum Lincii Scholis praefuit; mortuus A. 1720. Typo dedit: Senecam christianum, id est: flores christianos ex Annaei Senecae epistolis collectos. Tirn. 1696. 8.

Franciscus Iambrekovich, in Croatia Vinnicae natus A. 1631. Zagrabiae Philosophiam docuit, Sociosque rexit, Varasdini mortuus 1703. Concinnavit, et vulgavit: Philosophiam peripateticam Viennae Austr. 1669. 12.

Thomas Jászberényi, in lucem editus Gyöngyösini 1597. Theologiam moralem in Soc. I. professus Tirnaviae A. 1635. Ungvárense collegium Hommonna translatum, e fundamento erexit, ac Posonii vivere desiit A. 1658. Opus eius est: B. M. Virgo agonizantium mater. Tirn. 1658. 12.

Iacobus Jursa, S. Iesu Tirnaviae Poësim professus, edidit: Petram Athenaei Tirnaviensis. Ibid. 1675. Caesus in Moravia A. 1688.

Georgius Ivanich, S. I. plures annos Rhetoricam docuit, Budae Seminarium rexit. Ibidem sublatus A. 1723. Eius ingenii partus sunt: septem allocutiones militares Belliducum. Leutschoviae. 1691. 12. Virgo Deipara ab originali labe praeservata. 1696. Pentas quaestionum 1697.

Gabriel Ivul, Valacho-Transilvanus, in S. I. docuit Mathesim annis 3. Philosophiam 6. Sacratiorem scientiam partim Cassoviae, partim Viennae 20. Suprema Studiorum Praefectura functus 12. Mortuus Cassoviae 1678. Huius opera sunt: Philosophia novella, Viennae 1655. Cassoviae 1661. Lapis Lydius, seu praecipuae Religionis controversiae. Ibid.

Paulus Kalmanczai in Hungaria natus 1674. Societatem ingressus 1690. Dimissus ex Theologia Tirnaviae, 1701. Poësim Cassoviae docens edidit: Flores vernos e sanctiori tricollis Hungariae viridario. A. 1699. 12.

Stephanus Keresztes, in Csallóköz natus 1601. sacris profanisque scientiis excultus in S. I. datus Nicolao Eszterházi Palatino, Philosophiam eiusdem filio Stephano, multisque nobilissimis adolescentibus, in aula tradidit, eidemque Palatino funebrem orationem dixit, editam Viennae 1645. 4.

Franciscus Kiris, natus A. 1659. a Tökölianis, cum aliis, S. I. multum perpessus; Collegia Sociorum Tirnaviae, Posoniique rexit. Postremis 8. annis vitae suae Theologus apud Primatem, obiit Posonii 1736. Oratione ligata, solutaque prelo subiecit: Somnium Xaverii. Tirnav. 1686. 8.

Emericus Kis, Tirnaviae natus 1631. In Societate Iesu vix docendis sublimioribus scientiis admotus, ad preces Rakocziorum, ad catholicam fidem recens adductorum, in aulam eorum concessit, et conscientiarum arbitrum egit. Commentitia est de ipso fabula: mortua Sophia Bathoria, Georgii II. Rakoczii vidua, multos Rakoczianos thesauros, pretiosos nempe lapides, gemmas, annulos, aurea et argentea peculia, eum furtim in cistam corrasisse, eamque sub affixo titulo: Conciones Patris Kis, ad Socios transmisisse, unde nulla eorum amplius fuisset liberatio, nisi Emericus Tököli in itinere eosdem feliciter intercepisset.“ Est mihi, inquit Stephanus Katona Hist. crit. Vol. XXXVI. Sophiae Bátori tam testamentum, quam codicillus ad manum. In testamento numero 20. „Prolibus D. C. Stephani Csáki clenodia 1000 Imperialium legantur. In Codicillo numero 1. „certa clenodia pro Francisco nepote patri Kis commissa sunt.“ Tökölius, ut ut Iesuitis infensus, litteris VIII. Maii 1682. datis crimen hoc, sed nec alias unquam, obiecit. Atqui Rakoczii litterae, e Bibliotheca caesarea Vindobonensi descriptae, testantur? Ad primarium eius Custodem Denisium hac de re scripsi. Nec volam, nec vestigium earum ibi reperiri, rescripsit. Plura suppositionis argumenta producam ad annum, quo datae finguntur.“ Laudati Kisii opera censentur: Apologia pro libello, quod Calvinistae frustra laborant ostendere sectam suam totaliter exstitisse ante Calvinum.“ „Dux verae fidei.“ Cum aliis polemico apologeticis numero 8. Laudatio funebris, Principi Báthoriae dicta, vulgata Tirnaviae. A. 1680. 4. — Aliud quoque Commentum insipidum contra eundem refellit idem Scriptor p. 737 — 8.

Lucas Kolics, natus 1627. S. J. traditis mansvetioribus litteris, labores obivit apostolicos Cibinii, mortuus ibidem 1690. In lucem emisit Apologiam pro domo Dei, quae est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis. Pragae 1714. 12.

Iosephus Kögl, S. J. Tirnaviae Poësim docens, concinnavit et vulgavit: Lauros triumphales herois apostolici regni propugnatoribus iam dudum debitas heroico Carmine contextas. Tirnav. 1691.

Stephanus Landovich, primam lucem aspexit Jaurini 1635. Societatem amplexus, omnem pene vitam apostolicis laboribus devovit, praecipuis Hungariae Cathedris una praefuit. Exstinctus Tirnaviae 1690. Adamum Erdödium, in Capitulo Scepusiensi humatum, funebri hungarica laudavit.

A. 1668. typis excusa 1669. hoc titulo: Thesaurus absconditus in agro. Prelo subiecit: Novum succursum Concionatorum hungarice P. I. et II. Tyrn. 1689. reliquit praeterea 200 conciones MSS.

Georgius L a n i k, S. J. Sacerdos, scripsit eleganti carmine: Librum Genethliacum ad Valentinum Frankium, Judicem Regium Cibiniensem, et nationis Saxonicae in Transilvania comitem. A. 1670.

Franciscus L a n c z m á r, Tirnaviae natus 1625. in S. J. Studiis sacris excultus, in Transilvaniam ad labores apostolicos excurrit. Ad Philosophiam Tirnaviae tradendam revocatus, muneri huic immortuus est 1658. Comite Francisco Nádasdi postulante, scripsit Mausoleum Regni Apostolici Regum et Ducum. Norinbergae excusum. 1664. fol.

Franciscus L i p p a i, Posonii 1608. in Soc. Jes. literas sacras profanasque professus, Jaurini mortuus 1647. exstat eius oratio ad II. ac RR. Ioannis Telegdini, Ecclesiae Coloc. et Bács A. Episcopi moestos cineres dicta. Viennae 1647. 4.

Ioannes L i p p a i, Posonii natus, nuncupatis in S. J. 4. votis praefuit etiam Tirnaviae. In aula Metropolitae, fratris sui, complures annos exegit, ac tandem Trenchinii pie decessit 1666. Cuius opera sunt: Calendarium oeconomicum Posonii 1661. Tirn. 1662. De insitione ac seminatione. Poson. 1663. De fructibus diversissimis producendis. Poson. 1666. 8.

Sigismundus M a d o c s á n y i, natus in Provincia Trencsiniensi 1639. in S. J. traditis Graecii Philosophicis, Tirnaviae Theologicis scientiis, isthic obiit 1679. Concinnavit Genealogiam Comitum ab Herberstein, Graecii 1673.

Iacobus M a r k i e v i c h, S. J. rem litterariam ac familiarem Tirnaviae multis annis administravit, vulgavitque: Fasciculum aculeorum epigrammaticorum. Tirn. 1678. ac S. Franciscum Xaverium. Ibid. A. 1678.

Ioannes N á d a s i, in lucem editus Tirnaviae A. 1614. quatuor vota professus, traditis in Patria mansuetioribus, severioribusque disciplinis, Romam evocatus, duobus Praepositis generalibus ab epistolis latinis erat. Viennam reversus regendis spiritibus sociorum, tum Imperatricis Eleonorae, Ferdinandi III. viduae, deditus, obiit Viennae 1679. Complures libellos in lucem emisit; tales sunt: Reges Hungariae. Posonii 1637. fol. Vitam S. Emerici. Poson. 1644. Mortes illustres aliquorum de Societate ab anno 1647. Romae 1657. fol. Heroas et victimas caritatis S. J. Romae 1648. Annuas litteras Societatis ab anno 1650. Dilingae 1658. Annum dierum illustrium Societatis. Romae 1657. 8. Signa praedestinationis. Opus posthumum. Viennae 1681. fol. Asceticos non pauciores quinque et quadragenis.

Ioannes Ordodi, natus Posonii 1632. S. J. tironibus adscriptus, Viennae 1649. Pluribus subin Societatis domiciliis praefuit. Evocatus ad aulam Rákoczianam Tirnavia, Munkácsini decessit. Typo edidit: Florilegium piarum devotionum, idiomate hungarico Leutschoviae 8. Huic attribuitur etiam vulgare: Officium Rákoczianum, cuius ipsemet Rákoczi auctor profecto non fuit, teste Stephano Katona, qui Cassoviae sedulo in rem inquisivit.

Ioannes Pakai, S. J. philosophicas, theologicasque scientias Tirnaviae docuit, quum antea Cassoviae Poësim et Rhetoricam explanasset, edidit: Amoris ac doloris duellum pro magno Indiarum Apostolo. 1674.

Ferdinandus Pálfi, illustri stirpe natus 1620. Societatem J. ingressus 1640. Postquam Tirnaviae rexisset, ad infulam Csanadiensem 1672. sexennio post ad Agriensem promotus, obiit 1680. Concinnavit Directorium Ecclesiasticum perpetuum. 1674.

Ioannes Pathachich, S. J. sacras scientias Tirnaviae professus, quum prima Theologiae laurea suos incingeret, typo dedit: Infulatam Hungariae sanctitatem, sive sanctos Praesules in Hungaria mundo aut coelo natos. Stilo lapidari. Tirn. 1692. 8.

Franciscus Perényi, vetustissimo L. B. stemmate prognatus 1617. rebus ac spebus suis abdicatis, Societatem Jesu complexus est; fuit in aula Georgii Lippai Strigoniensis Archiepiscopi educatus; illius subin honori dicavit elogia Strigoniensium A. Episcoporum sic inscripta: Castrum Strigoniense aureum. Tirn. 1655.

Stephanus Petretich, S. J. dum Theologiam Tirnaviae in IV. annum audiret, scripsit et dixit orationem huius tituli: Rosa sine spina, seu Augusta Dei Mater ab originali labe vindicata. Tirn. 1702. 4.

Georgius Pécsi, natus Tirnaviae 1671. in S. J. lauream Philosphicam ac Theologicam adeptus, Collegio Cassoviensi praefuit. Tirnaviae defunctus 1725. Prelo subiecit: Exercitationes oratorias. Tirnaviae 1696. 12.

Ioannes Picher, S. J. quum Tirnaviae Rhetoricam doceret, edidit: Imaginem Sapientiae. Tirn. 1702. 12.

Leopoldus Rachensberger, Viennae 1662. Societatem ingressus vixit in Hungaria, dum theologicas scientias et disceret, et doceret Tirnaviae, vulgavit: Exercitationes oratorias. Tirnav. 1693. 8.

Stephanus Rényes, Magno Varadini natus 1643. eiuratis Calvini Dogmatibus, ad Societatem J. receptus, a Tökölianis in captivitatem abreptus, a Caraffa liberatus, rexit etiam Tirnaviae; mortuus Posonii 1699. Adornavit: Funebrem Sigismundo Holló, Clarae Milithiae etc. Scepusii A. 1685.

Tobias Ricsányi, natus Trencsinii 1650. in Societate J. quatuor vota professus A. 1687. omnem paene vitam Tirnaviensibus impendit. Condidit: Anomalos fortunae casus. Tirn. 1687. 8.

Mathias Sámbár, Nobilis Croata, Varasdini natus 1617. in S. J. moralem Theologiam, sacrasque litteras octo simul annos interpretatus, Hungariam non solum, sed ipsam Valachiam ac Moldaviam Evangelicis laboribus percurrit. Ad capessenda eorum praemia migravit Zagrabiae 1685. Eius opera sunt: Novitas sectae Calvinisticae 1657. De substantia Missae, ac caerimoniis eiusdem 1662. Apologia pro vetustate fidei catholicae 1669. Theses controversiarum fidei compendiales, pro omni articulo fidei facile decidendo, ad discutiendum propositae. Cassoviae 1669. 12. Laudatio funebris Francisci Szegedi, Episcopi Agriensis. Cassov. 1676. Polemica item opera acria complura, propter quae ad caedem quaesitus, oneratusque calumniis, quas refellit Stephanus Katona. p. 758. l. c.

Georgius Schneidner, S. J. mortuus Tirnaviae 1716. Quum suos Auditores Cassoviae prima Philosophia condecorasset, typo dedit: Hebdomadem Regni Hungariae per septem Regni secula distributam. Leuts. 1695. 8.

Carolus Schretter, natus Cremnicii 1643. Quatuor vota professus in S. J. Philosophia Tirnaviae, Viennaeque tradita, Rector, a Tökölianis Neosolio Cassoviam raptatus 1684. a Rakoczianis Tirnavia relegatus 1704. Jaurini mortuus 1717. vulgavit concordiam canonicam de Testamentis. Tirnaviae 1698. 8.

Paulus Somalovich, in S. J. quatuor vota professus, sociis praefuit, dum suprema laurea Philosophos incingeret, dedit hunc librum: Quies metaphysica. Tirnaviae 1704. 12.

Marcus Sztruchich, S. J. Rhetoricam professus, concinnavit: Fasciculum oratorium de B. V. Tirn. 1691

Casparus Szarka, Lukafalvae natus 1635. in S. J. sacras, profanasque scientias docuit. A Tökölianis ad arcem Tömötvény, tum ad Hrusso raptatus aerumnis confectus, ad vitam beatam migravit 1683. Concinnavit librum: De vera Religione, Tirnaviae, ubi Rector fuit. Regulas S. J. hungarice vertit. Tirn. 1681. 8.

Franciscus Székely, in S. J. quatuor vota professus, quum humaniores ac severiores disciplinas, partim Cassoviae, partim Tirnaviae docuisset, hos libros luce publica donavit: Trias virorum illustrium, de Collegio Academico bene meritorum. Tirnaviae 1688. Gloriosa Belgradi libertas, ibid. 1689. Inflicta a divina Nemesi vindicta. 1689. Aquilae in petra gaudium. Cassov. 1693. Elogia Poëtica. Tirn. 1694. 8.

Stephanus Székely, Societatem ingressus, Tirnaviae Philosophiam ac Theologiam audivit, humaniores litteras docuit; edito huius tituli Dramate: Triumphus Innocentiae, seu Abagarus, Rex Osroeonorum. Tirnaviae 1697. 12.

Michaël Szorsa, Samborae natus 1634. Societatem ingressus 1654. Zagrabiae mortuus A. 1680. Concinnavit, et vulgavit: Officiosa pietatis exercitia. Viennae, recusa Tirnaviae iterum.

Stephanus Tarnóczi, Nitriae natus 1626. Societatem ingressus 1647. Philosophicas ac Theologicas disciplinas Tirnaviae et Cassoviae tradidit annos vicenos, rexit quoque; vivere desiit Iaurini 1689. vulgavit: Synopsim, seu conclusiones philosophicas. Cassov. 1665. Ideam coronatam, seu vitam S. Stephani I. Regis, Stilo lapidari. Viennae 1680. 8. Principem Angelicum, seu vitam S. Emerici. Vien. 1680. 8. Regem admirabilem, seu vitam S. Ladislai. Vien. 1683. 8. Hungaricae sanctitatis indicia, quae tamen aliqui Hevenesio tribuunt. Ascetica insuper opuscula numero septem, idiomate hungarico; inter quae eminet: Holtig való Barátság, opus posthumum. Tirn. 1695. 1722. 12.

Franciscus Theodati, Cassoviae natus, ibidem in Societatem J. cooptatus, 1660. Rhetoricam partim illic, partim Tirnaviae 12. annos professus, reliquit orationes 50., quarum titulus: Certamen ante coronam Apostolico-basilicam, seu S. Stephan. I. Apostolum et Regem Hungariae. Cassov. 1679. 12.

Franciscus Topos, in provincia Trenchiniensi natus 1613. Societatem iniit 1629. Philosophicas, Theologicasque scientias sexennio professus, Cancellarii munus Tirnaviae octonis annis gessit. Praefuit Tirnaviae, unde cum Sociis a Tökölianis in exilium abstractus, in arce Jokö die XIII. captivitatis XIV. mensis Augusti vivendi, patiendique finem fecit 1683. Primus erat, qui Rhetoricam in Universitate professus, laureatis Philosophis libellum varia carmina complectentem obtulit, cuius titulus est: Agalmation Apargmaticon. Prodiit Posonii 1637. fol.

Zacharias Threnkelius, Posonii natus 1602. Societatem ingressus 1617. E pulpito Philosophico ad elementarem se classem ultro demisit. Rursum docendis adhibitus, Theologiam quadriennio docuit. Praefuit Tirnaviae quadriennio, universae Provinciae triennio. Obiit 1665. cuius ingenii partus est: Maior Dei gloria, finis unicus Societati propositus. Viennae 1656. 4.

Emericus Csákáni, Sabaríae natus 1651. S. J. tyronibus adlectus 1618. Tirnaviae Philosophiam professus tribus annis, uno Theologiam Po-

lemicam. Conclusit Viennae XVII Maii 1703. Scripsit: Praxim fructuose meditandi. Viennae 1644. saepius deinde recusam.

Stephanus Cseke, in Provincia Castriferrei, primam lucem adspexit 1628. Philosophia et Theologia palam in S. J. propugnata, postquam illius placita quadriennio, Theologiam de moribus biennio docuisset, in aula Rakocziana, carus omnibus, octennium exegit, ac obiit A. 1679. Typo dedit: Coronam sopho-basilicam S. Stephani Proto-Regis Hungariae, et S. Stephani Proto-Martyris. Tirn. 1662. 8. Symbolum Philosophicum. Tirnaviae 1663. 8.

Stephanus Csete, Sellyae natus 1648. Societatem ingressus 1667. Lucrandarum animarum causa plures annos in Transilvania sub veste profana delituit. Superatis periculis, mortuus Sopronii 1708. Gratulatus Paulo Eszterházio Palatinatum; edidit: Duodecim Stephanos Heroes Hungariae. Tirn. 1681. 4. Reliquit concionum latinarum tomos 36. quorum partem Ioannes Gyaloghi hungarice reddidit. Cassov. 1675. fol.

Michaël Turóczi, S. J. Poësim et Rhetoricam docuit, et baccalaureis Philosophicis obtulit: Labores laureatos Cassoviae 1695. 8. Liliolum immaculate conceptae B. Virg. sive Album Austriaco-Marianum. Leutsov. 1696. 8.

Ladislaus Vid, Ungvarini natus 1619. in Soc. J. Philosophiam et Theologiam plures annos docuit, praefuit triennio Tirnaviae, demum universae Provinciae, mortuus Viennae 1686. Reliquit MSS. De religiosae vitae, virtutisque perfectione. Tirnaviae.

Franciscus Viszocsáni, natus in Provincia Nitriensi 1619. in S. J. docuit severiores disciplinas Tirnaviae, mortuus 1696. Vulgavit, praeter orationem, quam in Apotheosi S. Francisci Borgiae habuit: Hecatomben sacram, sive centuriam Concionum in quamlibet Dominicam binas exhibentem, exegeses. Tirn. 4. complures praeterea funebres, in exequiis quatuor Heroum Eszterháziorum ad Veszekény caesorum etc.

Martinus Zeller, Claudiopolitanus, 1619. natus, in S. J. sacris-, profanisque scientiis excultus, Tirnaviae, dum Philosophiam doceret, ad superos translatus 1663. edidit Archilaurum Strigoniensem. 1655.

§. 27. Ioannes Balogh, illustri sanguine natus Udvarhelyini XXVII. Septembris 1677. Societatem Jesu ingressus 1690. In militum aegrorum obsequiis, contracta febre pestifera decessit in Transilvaniae castello Szék XIV. Aug. 1710. Luce publica donavit: Opus selectis controversiis refertum. A. 1710. Tirnaviae. 8.

Demetrius Bersenyi, primum S. I. Religiosus demum Canonicus Agriensis factus, in lucem emisit: Quaestionem iudiciariam: an Iudex, etiam

in quaestione iuris tantum secundum allegata et probata debeat ferre sententiam? Bartfae. 1708.

Georgius Berzeviczi, in avitae ditionis loco natus anno 1657. Societati nomen dedit An. 1672. Mansvetiores, severioresque scientias 18. annis plerumque Tirnaviae professus. Turbulentis Hungariae temporibus e Patria relegatus, obiit Viennae 1708. Typo dedit Tractatum de Deo uno et trino. Tirn. 1701. Tractatum de augustissimo verbi incarnati mysterio. ibid.

Ioannes Despotovich, illustri loco natus. Csaktornyae 1636. Societatis institutum amplexus 1656. Sacris, profanisque scientiis Tirnaviae, tum alibi traditis, Rector, Provinciae quoque Austriae. Plenus meritorum obiit II. Ianuarii 1711. Cuius ingenii partus sunt: Quinque nova Ecclesiae sidera, de flumine magno exorta, sive quinque Beatorum, quos Clemens XI. solemni ritu sanctorum Catalogo nuper adscripsit, elogia. Vien. 1671. Apparatus emblematicus sacrae celebritatis, qua D. Francisco Borgiae Caesareum S. J. Collegium applausit. Vien. 1671. C. Coronaria, et grandis littera, quam Graecense S. J. Collegium feliciter implevit, in augusto nomine Ser. Fundatoris Caroli. Graecii 1673. Seculum Graecense, cum versu seculari chronostico. Graecii. Septem Martyres, Theologiae Graecensis Heroes, elogiis et odis celebrati. Graecii 1673. Hecatombe votiva, magni Viennensium Flaminis inaugurationi erecta, seu lusus anagrammatici centuria, Principi Ernesto e Comitibus de Trautson. Viennae 1686. Chronographica pro singulis anni diebus. Tirn. Duodena Duodenarum ibid.

Ioannes Dubovszki, Hungarus Hoszliniensis, Iaurini potioribus litteris excultus, Societati nomen dedit 1672. Plures annos Tirnaviae Mathesim ac Theologiam professus, obiit VIII. Octob. An. 1710. scripsit praeter aliquot Ephemerides: Opusculum mathematicum de sinubus, tangentibus, ac secantibus. Tirnaviae.

Emericus Dugovics, Ginsii natus A. 1682. Philosophica laurea iam insignis S. J. tirocinium auspicatus 1702. Dum post traditas amoeniores litteras, Tirnaviae sacris scientiis operam dat, peste laborantibus ope lata, evocatur e vita 1610. Conscripsit librum hoc axiomate: Magni Patris magnus filius, sive D. Emericus, S. Stephani, primi Hungarorum Regis, filius, Poesi celebratus. Tirn. 1708.

Martinus Cseles, in Rosindol ad Tirnaviam natus 1641. in Societatem adlectus 1657. sacras, profanasque scientias Tirnaviae professus, Cicero Hungaricus passim appellatus, Romae Poenitentiarium Hungarorum aliquot annos egit. Praefuit collegiis, demum Hungaricae Provinciae nomine Visitatoris, ac Pro-Praesidis. A Rakoczianis comprehensus, ac in custo-

diam Munkácsiensem datus, dum domum properat, Patakini decessit XIV. Ianuarii 1709. Conscripsit: Elucidationem historico-chronologicam de Episcopatu Transilvaniae. Descriptionem amplitudinis Episcopatus Sirmiensis. Vitam Georgii Széchényi, cui pluribus annis a confessionibus erat, Tirnaviae. Plura reliquit MSS. Romae ex Archivo Vaticano eruta, in Bibliotheca Universitatis Regiae conservata, quibus in Codice Diplomatico usi sumus.

Emericus B a k a i, S. J. Religiosus, mortuus IX. Augusti 1713. Dum Claudiopoli doceret, primus obtulit Philosophiae laurea decoratis libellum: Fundatores Academiae Transilvanae. Claudiop.

Paulus B a r a n y i, Iászberénii natus 1659. S. J. tironibus accensus 1674. in Transilvania profanis vestibus assumtis, politiores litteras quatuor annis, inde revocatus Theologicas docuit, rexitque Tirnaviae, mortuus An. 1719. Publici Iuris fecit: Viaticum spirituale, hungarice Claudiop. 1695. Paradisum animae. Udvarhelyini 1700. Catechismum valachicum. Albae Iuliae 1702. Compendium biblicum. Claudiop. 1695. Raphaelem Archangelum. Tirn. 1708. A' Szentek' Lajstroma. Tirn. 1713. Az életnek és halálnak képe. Tomi tres. Tirn. 1712. 1619.

Michaël B e d n á r i, natus A. 1678. S. J. tirocinium auspicatus 1703. Trencsinii mortuus 1728. Philosophia tradita in lucem emisit: Philosophiae moralis Partes duae. Cassoviae. 1715. 1716.

Antonius B e n e k e n, Ungvárini natus, Viennae tironibus S. J. adscriptus A. 1717. Docuit Tirnaviae. In charitatis obsequio exstinctus est An. 1735. Partus eius ingenii sunt: Hungaria nova, a veteri in ius vocata. Tirn. 1725. Castor et Pollux. Cassoviae. 1717.

Franciscus B e n i c z k i, Munkácsini natus 1679. Tradita Philosophia, Cassoviae decessit 1715. Typo dedit: Laureatum Ioannem Hunyadi Tirnaviae 1705.

Michaël B e n i c z k y, peraeque Munkácsini natus 1677. S. J. tironibus adlectus 1693. Claudiopoli Philosophiam, Tirnaviae Theologiam de moribus explanavit. Romam pro poenitentibus Hungaris missus, inde redux Tirnaviae vivere desiit. A. 1720. Philosophiae Magistris obtulit libellum: Laureae Magistrales Doctoris gentium orientalium D. Francisci Xav. Tirnaviae 1703.

Michaël B e n t s i k, inter Jaziges natus, Tirnaviae I u s p a t r i u m vicenis et amplius annis docuit, librumque huius tituli conscripsit: Novissima Diaeta nobilissima. Tirn. 1722.

Alexander B e r z e v i c z i, natus 1624. S. J. tironibus accensus A. 1641. Severiores Scientias docuit Tirnaviae tum alibi. Obiit Cassoviae 1704.

Procudit: Gratias Universitatis Cassoviensis benefactoribus persolutas. Bartfae An. 1701.

Henricus Berzeviczi, in lucem editus 1652. Societati I. nomen dedit 1669. Tirnaviae scientiis sublimioribus traditis, rexit. Sociis vicaria potestate praefuit annum usque 1707. E vivis ereptus Neosolii 1713. Vulgavit Tirnaviae Arithmeticam practicam. Tirn. 1682. Apologiam pro Societate Iesu. Tirn. 1707.

Andreas Bossányi, praeclaro genere natus 1673. Societati nomen dedit 1689. In qua postquam sacras, profanasque scientias, et didicit, et docuit Tirnaviae, praefuit; decessit 1730. Cassoviae. Vulgavit: Vaticinium felicitatis Iosephi I. Tirn. A. 1698. Responsa Matris Philosophiae, filio Philosopho. Tirn. 1710.

Wolfgangus Bossányi, Szenderoviae natus 1669. post longam cum praenobilibus Parentibus luctam, in Societatem Iesu receptus 1687. Philosophicas, theologicasque disciplinas partim Tirnaviae, partim Cassoviae plures annos docuit. Postea rexit, Gönczini vivere desiit 1726. Eius opera sunt: Tripartitum Iuris philophici. Tirn. 1706. Axiomata philosophica. Tirn. 1707. Speculum Distinctionum. Tyrn. 1707. Curiosum quare, per quia, Aristotelicum resolutum. Tirn. 1708. Parentalia magni Curiae Iudicis Georgii Erdődi. Tirn. 1714. Theologia Polemica. Bartfae. Rövid napokban foglalt érdemes hosszú élet. Laudatio funebris C. Ignatii Kohári sedecim annos nati. Tirn. 1720. 8. Panegyris S. Stephani. Hungarice. Tirnaviae.

Franciscus Brumovszki, in Moravia natus 1691. in Societatem cooptatus Tirnaviae 1708. Praeter politiores litteras Philosophiam quoque docuit. Superior Albae Carolinae mortuus A. 1735. Partus eius ingenii sunt: Fatales Ottomanicae Portae ecclipses. Cassov. 1719. Gloria filiorum parentes eorum, sive maior Dei gloria in Virgine sine labe concepta, sermone panegyrico defensa. Tirn. 1721.

Tobias Dirner, Hungarus Iglaviensis, natus 1676. Societatem ingressus 1694. A Rakoczianis Tirnavia pulsus, Claudiopoli Philosophiam, Budae moralem Theologiam docuit. Praefuit, Agriae vivere desiit 1730. Partus eius est: Secundior sapientia, illustribus virtutum exemplis illustrata. Claudiop. 1714.

Iosephus Feichtenberger, Stirus Graecensis, dum Tirnaviae Poësim profiteretur, edidit: Epistolas laureatas anno primo belli Turcici, Aug. Carolo, Caesareisque armis ter secundo, conscriptas. Tirn. 1717.

Antonius Gabon, Neosolii natus 1677. S. J. tirocinium ingressus 1695. Tirnaviae Philosophiam et discipulus excepit, et Doctor exposuit; ubi

Theologiam quoque de moribus docuit. Iaurini e vivis ereptus. An. 1735. Typo datis his operibus: Luctuosa hilaria, sive pentas insipide, ac sero sapientium. Tirn. 1704. Physica exotica, seu decreta naturae et artis. Tirnaviae. 1717.

Ioannes Gastner, natus 1684. S. J. tironibus adscriptus A. 1703. Cibinii mortuus 1723. Reliquit hos ingenii partus: Vindiciae conceptus illibati B. V. M. Tirn. 1715. Magnus pacis vindex Eugenius. Tirn. 1719.

Antonius Gastinger, natus A. 1683. inter tirones S. I. cooptatus 1699. in Hungaria docuit, defunctus Lincii 1734. Edidit: Exercitia Parnassi Cassoviensis, narratione poëtica. Bartfae. 1714.

Franciscus Göttner, institutum Societatis Iesu amplexus, mansvetiones scientias Tirnaviae, severiores Graecii professus. Edidit libros: Laurei et olivae coniunctio, seu pax ter secundis Caroli VI. Rom. Imp. armis Hungariae recuperata. Tirn. 1719. Mercurius Austriacus. Tirn. 1720.

Ferdinandus Hanstatt, Neosolii natus 162. S. J. tironibus adscriptus 1697. In valle Dominarum e vivis ereptus 1718. Publici Iuris fecit opuscula: Sacra Tirnaviae Academia, seu divi universitatis Tirnaviensis Patroni memori camoene celebrati. Tirn. 1707. Vindiciae Marianae. Ibid. 1713.

Stephanus Hávor, politiores in Societate J. scholas Tirnaviae plures annos docuit. Leutschoviae vivere desiit 1731. Auctor huius operis: Discordia concors, seu disceptatio philosophico-rhetorica. Tirn. 1706.

Gabriel Hevenesi, in provincia Castriferrei natus 1656. Societatem inivit 1671. Docuit Tirnaviae Humaniora, Philosophiam ac Theologiam partim Graecii, partim Viennae professus. Rexit identidem, universam quoque Provinciam. Ad capessenda meritorum praemia migravit Viennae XI. Martii 1715. Tot opera reliquit, quasi nihil aliud quam scripsisse videretur, nisi gesti summa cum laude religiosi Magistratus aliud testarentur. Ex his sunt: Diarium Adolescentis studiosi. Graecii 1684. Urbis Viennensis propugnatorum laudes. Graecii 1684. Calendarium Marianum. Graecii 1685. Stiriae Ducum Memoria. 1685. Ethica Austriaca. Viennae 1686. Parvus Atlas Hungariae. Viennae 1690. Succus prudentiae, sive discursus ethici. Viennae 1689. Philosophia cum quaestionibus de re bellica. Vien. 1690. Placita Philosophica. 1690. Meteora rationibus et experimentis physicis illustrata. Vien. 1690. Vita S. Francisci Xaverii. Viennae 1690. Vita B. Stanislai Kosztkae. Vien. 1690. Speculum Innocentiae. Vien. 1691. Vita S. Iosephi. Vien. 1692. Vita B. Stanislai cum 48. imaginibus. Vien. 1693. Flores Indici. Vien. 1694. Flores quotidiani. Vien. Ars bonae mortis. Vien. 1695. Fructus Indici. Vien. 1696. Alphabetum angelicum. Vien. Aucupium Innocentiae. Graecii. Calendarium Eu-

charisticum. Vien. 1709. Cura habituati. Viennae 1709. Cura salutis. Viennae 1712. Scintillae Ignatianae. Viennae, Graecii, Lincii, Pragae, Coloniae, Tirnaviae, 1725. Quadragesima sancta. Viennae saepius, Tirnav. 1733. Hungaricae sanctitatis indicia, quae tamen aliis alii tribuunt. Opuscula haec saepius recusa, quaedam in alia quoque idiomata traducta sunt. Reliquit insuper Manuscriptorum tomos ultra centum, res Hungariae ut plurimum concernentes in folio, ex quibus Universitas regia 103. possidet. Hos Celsissimi Principis a Kolonicz A. Episcopi, cui Leopoldus I. R. H. Archivum Camerae Aulicae patere voluit, favore, tum Sociorum per Hungariam, ac Transilvaniam dispersorum opera, collegerat, fuitque fontibus apertis Historiae Hungariae Stator, aeterna memoria dignus.

Gregorius Hidy, Hungarus S. J. Theologiae moralis Professorem Tirnaviae praematura mors, e cura infirmorum contracta, abripuit A. 1704. Vivit in libello: De celebrioribus Pannoniae urbibus. Tirn. 1701. opus hoc Samuel Timon extractum suae Imaginis Hungariae antiquae Libri I. capiti quarto inseruit.

Gabriel Kapi, in loco cognomine paternae ditionis in lucem editus 1658. post longam cum parentibus luctam Societatem amplexus 1673. Theologiam Vienna obsessa audivit, Tirnaviensibus triennio praefuit. Plenus dierum Tirnaviae decessit 1728. Typo dedit: Viennae oppugnationem et defensionem. Vien. 1686. Selecta sapientum apophtegmata. Tirn. 1690. Institutionum christianarum primas sex Tirnaviae 1720. VII. VIII. 1722. IX—XIII. 1724. XIV—XVI. 1723. XVII—XXIX. 1723. et 1724. Opus: Veterem ac novam Arii sectam complexum 100. philyris, cui vicenis annis insudavit et immortuus est, posthumum prodivit hoc titulo: Institutiones christianae de SS. Trinitate et verbo Incarnato. Tirnaviae 1732.

Ioannes Kecskeméti, in oppido cognomine natus 1633. S. J. tirocinium ingressus 1652. Cicero Hungaricus dictus, rexit Academiam Tirnaviae. Mortem, quam Ginsii pestiferis expositus frustra provocavit, octogenarius obiit. Viennae 1722. ubi vulgavit: Nagy tüz kis szikrája. 8.

Paulus Kolosvári, Claudiopoli natus 1684. Socinianis erroribus innutritus, Francisco Rákoczio annis duobus a libellis erat. Salutaribus undis ablutus 1709. primum Ecclesiasticas, dein religiosas S. J. vestes assumsit 1711. Philosophiam, Tirnaviae etiam, professus Cassoviae febri consumtus 1731. Vulgavit: Keresztényi oktatások, editio II. Claudiopoli 1744. Missiók' könyvecskéje. Recusum Claudiopoli 1749. Menybe vezetö út. Recusum Cassoviae 1751. De actibus theologicis. Recusum 1752. Tirnaviae.

Paulus Kovács, in Societatis I. tirocinium admissus 1714. iter in Indiam ingressus, ad preces patris conspicui reflexit. Vestibus ecclesiasticis assumtis, demum Canonicus Varadini renunciatus est. Eius partus sunt: Transilvaniae infelicitatis origo. Claudiop. 1722. Roxiae Gubernatores. ib. 1713.

Emericus Körmendi, Cseitae natus 1670. S. I. tironibus adscriptus 1685. Claudiopoli defunctus 1732. Publica luce donavit: Cibum electum sive selectas orationes et hymnos. Claudiop. 1732. Subsidium spirituale triplex vivorum aegrotantium ac mortuorum. Ibid. 1732.

Ioannes Manigai, Posonii natus 1672. in Societate I. quartum votum Pontifici dixit 1709. Sociis praefuit, Thuroczii mortuus 1727. Produxit: Annum secularem iubileum. Cassoviae 1700.

Emericus Marotti, Tirnaviae Parentibus natus acatholicis, catholicam fidem et Societatis I. tirocinium inivit 1719. decessit Cassoviae 1728. Discussit: Natales Poëticos superioris Hungariae urbium. Cassov. 1718.

Stephanus Miksa, in Societatem I. receptus, Philosophiam docuit, Albae Regiae exstinctus 1734. Edidit lauream Martis Austriaci. Claudiop. 1717.

Emericus Mindszenti, in Societcte I. plures annos eloquentiam Tirnaviae, tum alibi professus. Iaurini naturae concessit 1722. Iuris publici factis his operibus: Coronatorum capitum ruinae. Tirn. 1702. Fraternae in fratrem impietatis ultio. Ibid. 1714. Encomia Virginis beatissimae. Ibid. 1717.

Franciscus Otrokocsi, a natali pago provinciae Gömöriensis ita dictus, alias Foris appellatus, in Batauia scientiis variis excultus, in Hungaria Calvinianum Praeconem in Rima-Szécs agere coepit 1673. Sed abreptus seditione per Hungariam gliscente, Neapolim ad triremes relegatus, inde vero liberatus, sacra Calviniana curavit Gyöngyösini 1683. deinde Cassoviae; ubi verae Religionis luce collustratus, 1689. in Bataviam, Angliam, Galliam ac Italiam peregrinatus, Romae catholicam fidem palam professus, Cassoviam redivit 1694. Tirnaviam invitatus, plures annos Ius patrium docuit. Demum in aede Sacerdotum emeritorum, plenus dierum ac meritorum, obiit 1718. Eius ingenii monumenta sunt: Kereszt alatt nyegö magyar Israëlnek imádsági. Claudiop. 1682. Idvességes beszélgetések. Claudiop. 1683. Apocalyptica Tuba. Amstelodami 1690. Sententia media de remissione peccatorum. Ibid. 1690. Ubi fuerit Ecclesia Reformata ante Lutherum. Ibid. 1690. Theologia prophetica. Oxonii 1691. *'Ερινικον*, seu pacis consilium pro unione ad Fratres protestantes. Franek. 1692. Origines hungaricae. Ibid. 1693. in 4. A' jó lelki esméret. Cassov. 1694. Apologeticum bonae conscientiae testimonium. Tirn. 1694. A' tévelgö júhról. Tirn. 1694. Laetum ad lugentes Sion nuncium. Ibid. 1696. Examen reformationis Lutheri. Ibid. 1696. Roma Civitas Dei san-

cta Ibid. 1698. Breve specimen Introductionis in Jurisprudentiam. Ibidem 1699. Antiqua Hungarorum Religio. Ibid. 1706. Restitutio Israël futura. Vien. 1712. Princeps Nadib. Romae 1714. Tirnaviae 1716. Bellum sacrum. Tirn. 1717. Concinnavit etiam Historiam Ecclesiasticam Hungariae, quam in Ms. Archivum Bibliothecae Universitatis possidet.

Franciscus Partinger, natus 1675. in Societate Jesu quatuor vota professus 1708. Mortuus Viennae 1727. Prelo subjecit: Rationem Status animae immortalis. Tirn. 1715. 1719. Magnam professionem fidei christianae. Lincii 1725. 4.

Andreas Pausz, inter S. J. tirones receptus Trencsinii, decursa Cassoviae Philosophia mansvetiores litteras Claudiopoli professus, nondum sacerdos obiit 1724. Produxit: Quatuor heroae fortitudinis argumenta. Claudiopoli 1724.

Ioannes Putsch, S. J. decurso Theologiae quadriennio Tirnaviae, Eperjesini decessit 1725. vulgavit Topographiam agri Tirnaviensis. Tirn. 1715.

Andreas Sigrai, praeclaro genere natus 1681. S. J. tironibus adscriptus 1697. Philosophia ac Polemica Theologica enodatis, Tirnaviae Rector, Viennae pie obiit 1734. Cuius opera sunt: Mater gratiae 1707. Gaudia inter luctus 1711. utrumque Tirnaviae.

Gabriel Szerdahelyi, in lucem editus Munkácsini 1661. in Societatem I. cooptatus Ungvarini 1680. Philosophiam exposuit Zagrabiae, Graecii, Tirnaviae; Theologiam Cassoviae, ubi sociis praefuit, et decessit 1726. Singularis eius ingenii partus sunt: Problemata polemica. Vien. 1690. Epitome conclusionum. Graecii 1699. Poenitentia gloriosa. Tirn. 1701. Imago sapientiae. Tir. 1702. Fax chronologica. 1702. Religio salvifica. Viennae 1708. Colloquium Theologi cum Neophito. 1720. Antidotum contra venenum Georgii Schreiber. Tirn. 1761. Igaz és üdvösségre vezető hit. Cassov. 1722. Religio salvifica contra Ioannem Csécsium. Cassov. 1722. Celebrium Hungariae urbium et oppidorum chorographia. Cassov. 1724. Lelki szem-gyógyitás (Gabrieli Horváth haec et prior versio tribuitur) Cassov. 1724. Tractatus Theologicus de Deo. Cassov. 1726.

Alexander Szörényi, pervetusta stirpe Nitriae natus 1664. Societati nomen dedit 1681. Docuit disciplinas mansvetiores Tirnaviae, Iaurini, Sopronii, Leutschoviae, philosophicas Cassoviae, Graecii, Theologicas Tirnaviae; ubi vitae cursum confecit 1719. Praestantis eius ingenii monumenta sunt: Philippicae sacrae. Tirnav. 1693. Oratio funebris, adornata Georgio Feuesi, Episcopo Agriensi. Leutschov. 1699. Propilaeum Bibliothecae Graecensis. Graecii 1703. Nova series Archiepiscoporum Strigoniensium. Tirnav.

1717. Regulas Societatis in idioma graecum transtulit. Praeterea reliquit multa MSS. pro Historia Scriptorum Hungariae, quae itidem Archivum Bibliothecae Universitatis Regiae conservat.

Laurentius Tapolcháni, in Rosindol prope ad Tirnaviam natus 1669. In Collegio Pazmaniano Philosophiam emensus, ad tirocinium S. J. translatus 1690. Potissimam religiosae vitae partem in Collegio Tirnaviensi transegit, ubi philosophicis, theologicisque Scientiis 16. annos traditis, semel ac iterum Rector, ad meritorum praemia transiit 1729. Hae porro eius lucubrationes lucem viderunt: ACADEMICVS, de ente morali disputans. Tirn. 1706. Axiomata Christianopolitica. Tirn. 1706. Duodena Conclusionum animasticarum. Ibid. 1706. Quinquagena Casuum. Ibid. 1716. Theses theologicae de Deo. Tirn. 1727. De peccatis, gratia et merito. Ibid. 1717. Centuria casuum. Vien. 1728.

Ioannes Thaner, in Societatem J. receptus 1708. Docuit Philo-Gyöngyösini 1730. Typo dedit: Diluculum Religionis in Transilvania. Claudiop. 1716. Ideam invicti Austriaci Martis, principem Eugenium. Ibid. 1717 Sacrum orientis columen, Athanasium. Tirn. 1714. 12.

Stephanus Csiba, in lucem editus 1673. Societatem ingressus 1692. Philosophiam Tirnaviae, Theologiam explanavit Cassoviae, ubi decessit An. 1719. Partus eius ingenii sunt: Tirnavia nascens A. 1706. Tirnavia crescens 1707. Dissert. historico-physica de admirandis Hungariae aquis. 1713. Dissert. historico-physica de montibus Hungariae, metallis ac lapidibus. Tirn. 1714.

Sigismundus Varju, ineunte seculo XVIII. Societatis institutum amplexus, paucos supervixit annos, Vásárhelyini rebus humanis exemtus 1719. Nomen hoc opusculo notavit: Divina metamorphosis, seu Hungaria e gentili christiana. Tirn. 1711.

Hi tantis, quae mihi innotuerant, operibus quantum Typographias fatigarunt temporibus iniquissimis!

## SECULUM ACADEMIAE TIRNAVIENSIS II.

*Ab anno* 1735 — 1774.

§. 29. Transacto continuas inter adversitates Seculo, Academia Tirnaviensis vota solvit, concepitque solennia; Musas ludis percoluit et carmine. Gubernium, methodus, ritusque priori par, doctrina obiecta temporum processu aucta. In Theologicis: disciplina casuum in Moralem christianam transiit, quam parte, quae curam animarum respicit, bini etiam sunt professi. Dogmata pariter explanarunt bini. Ab eloquentiae S. Magistro

Historia etiam tradita Ecclesiastica et Religionis. Professores Lingarum Hebreae ac Graecae, imbutos iam, altius quoque provexe ınt, distinctim repetendo. A summa S. Thomae desitum; Theologiaque annis tribus: duobus per tractatus octo; Parte, qua polemica est, tertio anno tradita.

In Iuridicis manserant: Iuris civilis ac patrii privati ac publici, Iuris item canonici ac Pontificii Doctores. De hac Facultate Iuridica Martinus Schwartner Statistices Parte II. III. p. 368. annotavit: Excelsum Consilium R. L. H. A. 1766. a tribus Iuris Professoribus (Iuris nempe patrii privati, ac Praxeos, Civilis item Romani) Studiorum facultatis Iuridicae rationem exegisse; qua ex relatione constiterit: Professores Iuris Patrii, ut causis tuendis vacarent, in docendo alternasse, ac Professorem quidem Theoriae annos 15. praxeos 12. cursum suum absolvisse. Quidquid sit cum hoc anecdoto, sine teste, sine fideiussore; erravit certe Vir Clarissimus, dum Facultatem Iuridicam annum usque 1770. tribus duntaxat individuis constitisse ait: cum docens Canonum in serie Professorum plures ante annos reperiatur.

In Philosophicis salubres non minus facti progressus: Logicam et Methaphysicam explicuit unus; Ethicam et Ius naturae alter. Qui eloquentiam, idem et Historiam profanam. Mathesim theoreticam unus, alter practicam cum Geometria, Architectura civili ac militari, tertius sublimiorem cum Astronomia. Physica non generalis solum et particularis, sed et experimentalis facta.

Accesserant: Geographiae, ac Linguarum: hungaricae, germanicae, gallicae Magistri. Speculae Astronomicae ac Bibliothecae Praefecti cum Sociis; Historographus Regni efformatus. Ephemerides denique litterariae.

Continua tum Rectorum, tum Cancellariorum ac Decanorum, Professorum item series sufficienti est argumento.

A. 1735. R. P. Adamus Filter, Rector a 22. Dec. 1752. R. P. Antonius Helmar, Professor. Logices. R. P. Ferdinandus Mechtler, Prof. Casuum. R. P. Franciscus Kunics, Prof. Casuum, Decanus Linguarum. R. P. Franciscus Németi, Prof. Sacrae Scripturae. R. P. Georgius Arwai, Prof. Metaphysices. R. P. Georgius Egerer, Prof. Matheseos. R. P. Iacobus Haidler, Prof. Controversiarum fidei. R. P. Ignatius Pallitsch, Prof. Ethices. R. P. Ignatius Wagner, Prof. Physices. R. P. Iosephus Fruewirth, Prof. et Decanus Theologiae. R. P. Iosephus Wiviz, Prof. Canonum. R. P. Nicolaus Bóka, Prof. Historiarum. R. P. Nicolaus Be-

nyovszki, Prof. Theologiae. Professores Rhetorices, ac Poëseos, compendii gratia exmittuntur.

A. 1736. R. P. Adamus Filter, Rector. Antonius Hellmayr, Profes. Physices. Ferdinandus Litkei, Prof. Logices. Franciscus Keri, Prof. Matheseos. Franciscus Kunics, Prof. Casuum. Georgius Arwai, Prof. Controv. Decanus Linguarum. Ignatius Wagner, Profes. Metaphysices. Ioannes Bapt. Kázi, Cancellarius. Ioannes Korneli, Prof. S. Script. Decanus Philos. Ioannes Szegedi, Prof. Canonum, Decanus Iurist. Iosephus Fruewirth, Prof. et Decanus Theolog. Paulus Benyovszky, Prof. Theologiae. Paulus Hicsoldt, Professor Ethices. Sigismundus Prembsl, Prof. Casuum. Victorinus Obrenszki, Professor Hebreae.

A. 1737. Ioannes Kázy, Rector. Antonius Hellmayr, Profes. Metaph. Christ. Sabin, Prof. Hebreae. Ferdinandus Littkey, Profes. Physices. Franciscus Borgias Kéri, Profes. Logices. Franciscus Kunics, Profes. Casuum. Franciscus Szdellár, Cancellarius. Georgius Árwai, Profes. Controvers. Decanus Linguar. Ignatius Hertl, Professor Matheseos. Ioannes Korneli, Prof. S. Script. Decanus Philosophiae. Ioannes Szegedi, Professor Canonum. Iosephus Turóczi, Prof. Ethices. Paulus Benyovszky, Prof. et Decanus Theolog. Sigism. Prembsl, Prof. Casuum. Wolfgangus Valvasor, Professor Theologiae.

A. 1739. R. P. Ioannes Kázy, Rector. Michaël Schez, Professor Casuum. Antonius Grueber, Prof. Casuum. Ferdinandus Littkey, Profes. Controv. Decanus Linguar. Franciscus Borgias Kéri, Prof. Matheseos. Franciscus Szdellar, Cancellarius. Georgius Árwai, Professor Canonum, Decanus Philos. Ioannes Delpini, Prof. Hebr. Ioannes Havor, Prof. Ethices. Ioannes Szegedi, Prof. Theologiae. Iosephus Koller, Prof. Logices. Iosephus Turóczi, Prof. Physices. Petrus Halloy, Profes. Matheseos. Paulus Benyovszky, Prof. et Decanus Theolog. Thomas Rost, Professor S. Scripturae.

A. 1740. R. P. Gabriel Graff, Rector. Michaël Schez, Prof. Canonum, Decanus Iuristar. Franciscus Borgias Kéri, Prof. Controv. Decan. Linguar. Franciscus Szdellar, Cancellarius. Georgius Daróczi, Prof. Casuum. Ignatius Hertl, Prof. Matheseos. Ioannes Havor, Prof. Logices. Ioannes Szegedi, Prof. Theologiae. Iosephus Koller, Professor Physices. Iosephus Thuróczi, Professor Meta-

physices. Michaël Rieff, Prof. Ethices. Paulus Benyovszky, Profes. et Decanus Theol. Thomas Rost, Profes. S. Scripturae. Antonius Grueber, Professor Casuum, Decanus Philosophiae.

A. 1741. R. P. Gabriel Graff, Rect. Michaël Schez, Prof. Canon. Antonius Grueber, Professor Casuum, Decanus Philos. Christ. Sabin, Prof. Hebr. Francisc. Borgias Kéri, Prof. Casuum, Decan. Linguar. Franciscus Graffheiden, Prof. Theologiae. Ignatius Hertl, Profes. Matheseos. Ignatius Royz, Profess. Controversiarum. Ioannes Havór, Profes. Physices. Ioannes Kázi, Cancellarius. Ioannes Prileczki, Prof. Ethices. Iosephus Koller, Prof. Metaphysices. Michaël Szegedi, Prof. Logices. Paulus Benyovszky. Prof. et Dec. Theolog. Thomas Rost, Profes. S. Scripturae, Dec. Casuum.

A. 1742. R. P. Gabriel Raff, Rect. Anton. Purgstall, Prof. Hebr. Franciscus Borgias Kéri, Professor Canonum, Decan. Iuristar. Franciscus Graffheiden, Prof. Theologiae. Franciscus Obermayr, Prof. Casuum, Decan. Philos. Franciscus Xav. Carina, Prof. S. Script. Dec. Cas. Ignatius Hertl, Prof. Matheseos. Ignatius Roys, Prof. Casuum. Ioannes Hávor, Prof. Metaphys. Ioannes Bapt. Kazi, Cancellarius. Ioannes Prileszky, Prof. Logices. Iosephus Turóczy, Profes. Controv. Decan. Linguar. Michaël Fodor, Prof. Ethices. Michael Szegedi, Prof. Physices. Paulus Benyovszki, Prof. et Decan. Theolog.

A. 1743. R. P. Ioannes Kazy, Rector. Franciscus Borgias Kéri, Profes. Theologiae. Franciscus Graffheim, Prof. et Decan. Theologiae. Franciscus Kazy, Dec. Casuum. Franciscus Obermayr, Prof. Canonum. Franciscus Xav. Carina, Profes. S. Script. Decan. Casuum. Franciscus Xav. Halwax, Prof. Ethices. Gabriel Graff, Cancellarius. Ioannes Havor, Profess. Controv. Decan. Linguar. Ioannes Prileszki, Prof. Physices. Iosephus Turóczi, Profess. Casuum. Ladislaus Repseli, Prof. Casuum, Decan. Philos. Laurentius Fiztum, Prof. Hebr. Michaël Fodor, Profess. Logices. Michaël Lipsics, Prof. Matheseos. Michaël Szegedi, Professor Metaphysices.

A. 1744. R. P. Ioannes Kazy, Rector. Franciscus Xav. Carina, Profes. S. Script. Decan. Philos. Franciscus Xav. Halwax, Prof. Logices. Gabriel Graff, Cancellarius. Georgius Arvai, Decanus et Prof. Theolog. Georgius Biró, Prof. Ethices. Ioachimus Summatin-

ger, Prof. Casuum. Ioannes Bapt. Havor, Decan. et Professor Casuum. Ioannes Prileszki, Prof. Metaphys. Iosephus Staininger, Profess. Theologiae.. Ladislaus Repszeli, Profes. Canon. et Decan. Iurist. Laurentius Fiztum, Prof. Hebr. Michaël Fodor, Prof. Physices. Michael Lipsics, Prof. Mathes. Decan. Linguar. Michael Szegedy, Prof. Controvers.

A. 1745. R. P. Ioannes Kazy, Rector. Adamus Kereskényi, Professor Ethices. Antonius Purgstall, Prof. Logices. Chryst. Akai, Prof. Casuum, Dec. eorum. Chryst. Muessert, Prof. Hebr. Emericus Kelcz, Prof. Controvers. Ernestus Apfaltrer, Prof. Canonum. Franciscus Xav. Halwax, Prof. Physices. Gabriel Raff, Cancellarius. Georgius Neumayr, Profess. S. Scripturae. Iosephus Stainninger, Decan. et Prof. Theologiae. Ladislaus Répszeli, Prof. Theologiae. Michael Fodor, Prof. Metaphys. Michael Lipsics, Profes. Mathes. Decan. Linguar. Michael Szegedi, Profes. Casuum, Decan. Philos.

A. 1746. R. P. Andreas Patai, Rector. Adamus Kereskényi, Professor Logices. Alexander Brunswick, Prof. Hebr. Antonius Purgstall, Prof. Physices. Carolus Knopp, Prof. Casuum. Dec. eorumdem. Emericus Kelcz, Prof. Canon. Decan. eorumdem. Franciscus Xav. Halwax, Prof. Metaphys, Franciscus Csécsi, Prof. Ethices. Franciscus Faludi, Prof. S. Script. Decan. Philos. Gabriel Graff, Cancellarius. Ioannes Schotter, Prof. Matheseos. Ioannes Bapt. Wintler, Prof. Casuum, Dec. eorumdem. Ladislaus Répszeli, Decan. et Prof. Theolog. Ludovicus Pestaluzzi, Prof. Theolog. Michaël Fodor, Prof. Controv. Decan. Linguar.

A. 1747. R. P. Andreas Patai, Rector. Adamus Kereskényi, Professor Metaphys. Alexander Brunszwik, Prof. Hebr. Andreas Schmidhauer, Prof. Ethices. Antonius Kelemen, Profess. Casuum. Antonius Purgstall, Profess. Physices. Emericus Palkovics, Prof. Casuum. Franciscus Pinka, Prof. Controv. Decan. Linguar. Gabriel Graff, Cancellarius. Ioachimus Summatinger, Profes. Canon. Dec. Casuum. Ioannes Bapt. Hávor, Prof. Theologiae. Ioannes Bapt. Kaschutnigg, Prof. Matheseos. Ioann. Prileszki, Prof. S. Script. Decan. Philos. Ladislaus Répszeli, Decan. et Prof. Theolog. Nicolaus Schmidt, Prof. Logices.

A. 1748. Andreas Patai, Rector. Adamus Kereskényi, Prof. Logices. Andreas Schmidhauer, Prof. Logices. Carolus Dollencz,

Profes. S. Script. Decan. Philos. Franciscus Pinka, Prof. Controv. Decan. Linguar. Georgius Biró, Profes. Casuum. Gabriel Graff, Cancellarius. Ioannes Bapt. Brignoli, Profes. Casuum. Ioannes Bapt. Havor, Profess. Theolog. Ladislaus Répseli, Decan. et Professor Theologiae. Michaël Lipsics, Profes. Canon. Decan. Iurist. Michaël Vargyai, Prof. Hebr. Nicolaus Muszka, Prof. Ethices. Nicolaus Schmidt, Prof. Physices. Paulus Csefalvai, Prof. Mathes.

A. 1749. R. P. Franciscus Kunics, Rector. Andreas Jambresich, Prof. Canonum. Andreas Jaszlinszki, Prof. Ethices. Andreas Schmidhauer, Prof. Physices. Franciscus Halwax, Prof. Controvers. Georgius Biró, Prof. Casuum, et Decan. Linguar. Ioannes Bapt. Brignoli, Prof. Casuum. Ioannes Hávor, Decan. et Profess. Theolog. Ioannes Prileszki, Profess. Theolog. Ioannes Bapt. Trsztyanszki, Prof. S. Script. Dec. Philos. Iosephus Pintér, Prof. Mathes. Iosephus Turóczi, Cancellarius. Michaël Vargyai, Prof. Hebr. Nicolaus Muszka, Prof. Logices. Nicolaus Schmidt, Prof. Metaphys.

A. 1750. R. P. Franciscus Kunics, Rector. Andreas Iambresich, Prof. Canon. Decan. Iurist. Andreas Jaszlinszki, Prof. Ethices. Andreas Schmidhauer, Prof. Metaphys. Antonius Werntle, Profes. Casuum. Emericus Vajkovics, Professor Linguae Hebr. Franciscus Halwax, Professor Casuum. Georgius Szegedi, Professor Controvers. Decanus Linguar. Ignatius Sajghó, Professor Logices. Ioannes Prileczki, Decan. et Professor Theologiae. Ioannes Schotter, Profes. Mathes. Ioaannes. Bapt. Vintler, Prof. Theolog. Iosephus Turóczi, Cancellarius. Michaël Szegedi, Prof. S. Script. Decan. Philos. Nicolaus Muszka, Professor Physices.

A. 1751. Franciscus Kunics, Rector. Antonius Werntle, Prof. Casuum. Emericus Vajkovics, Prof. Hebr. Franciscus Halwax, Prof. Canon. Georgius Biró. Prof. Theolog. Georgius Olsavszki, Prof. Casuum. Ignatius Sajghó, Professor Physices. Ioannes Jutrovich, Professor Ethices. Ioannes Prileszky, Decan. et Profes. Theolog. Iosephus Apponyi, Prof. Mathes. Iosephus Turóczi, Cancellarius. Michaël Szegedi, Profes. S. Script. Decan. Philos. Nicolaus Muszka, Prof. Metaph. Nicolaus Schmidt, Professor Controv. Decan. Linguar. Stephanus Gasó, Prof. Logices.

A. 1752. Franciscus Borgias Kéri, Rector. Andreas Jaszlinszki, Prof. Logices. Antonius Muszka, Prof. Hebr. Georgius Biró, Profess. Theolog. Georgius Olsavszki, Decan. et Prof. Casuum. Ignatius Sajghó, Profes. Metaphys. Ioannes Prileszki, Prof. et Decan. Theolog. Ioannes Bapt. Szegedi, Prof. S. Script. Decan. Philos. Ionas Niczki, Prof. Mathes. Iosephus Apponyi, Profes. Ethices. Iosephus Splényi, Prof. Canon. et Dec. Iurist. Iosephus Turóczi, Cancellarius. Nicolaus Muszka, Profes. Controv. Decan. Linguar. Nicolaus Schmidt, Prof. Casuum. Stephanus Gasó, Prof. Physices.

A. 1753. R. P. Franciscus Borgias Kéri, Rector. Andreas Ádány, Prof. Ethices. Andreas Jászlinszki, Professor Physices. Casparus Szidek, Prof. Hebr. Christophorus Muessert, Prof. Canon. Franciscus Weisz, Prof. Mathes. Gabriel Graff, Cancellarius. Georgius Biró, Prof. Theol. Ioannes Prileszki, Decan. et Prof. Theol. Ioannes Szegedi, Prof. S. Script. Decan. Philos. Iosephus Apponyi, Prof. Logices. Nicolaus Muszka, Prof. Controv. Dec. Linguar. Nicolaus Schmidt, Profes. Casuum, Decan. eorumdem. Stephanus Gasó, Prof. Metaphys. Stephanus Pongrácz, Professor Casuum.

A. 1754. R. P. Franciscus Borgias Kéri, Rector. Adamus Wittman, Professor Iuris nat. et Ethices. Andreas Ádány, Prof. Logices, et Metaphys. Andreas Jászlinszki, Profes. Metaphys. Casparus Szideck, Prof. Hebr. Franciscus Csécsi, Prof. Canon. Franciscus Weisz, Prof. Mathes. Gabriel Graff, Cancellarius. Ignatius Sajghó, Prof. Controv. Decan. Linguar. Ioannes Bapt. Prileczki, Decan. et Profes. Theol. Iosephus Splényi, Profes. S. Script. Decan. Philos. Iosephus Apponyi, Prof. Physices gen. part. et experim. Iosephus Pintér, Prof. Hist. sacrae. Nicolaus Schmidt, Prof. Theolog. Stephanus Gasó, Prof. Eloquent. sacrae et profan. Matheus Eisenpeitl, Prof. Linguae graecae.

A. 1755. R. P. Franciscus Kunics, Rector. Alexander Saarosi, Prof. Iur. nat. et Ethices. Andreas Ádány, Prof. Physices gen. et part. Andreas Iaszlinszki, Prof. Log. et Metaphys. Antonius Reviczki, Prof. Mathes. Emericus Vajkovics, Prof. Hebr. Decan. Linguar. Franciscus Weisz, Prof. Repet. Math. Praef. Mus. Math. et observ. Gabriel Graff, Cancellarius. Ignatius Klaus, Profes. Controvers. Ioannes Bapt. Prileszki, Decan. et Prof. Theolog.

Ioannes Stancsák, Prof. Canon. Iosephus Krchó. Prof. Linguae graecae. Iosephus Pintér, Prof. Hist. sacrae. Iosephus Splényi, Prof. S. Script. Dec. Philos. Nicolaus Schmidt, Prof. Theolog. Stephanus Gasó, Profes. Eloquent. sacrae.

A. 1756. R. P. Franciscus Kunics, Rector. Alexander Saarosi, Profes. Iuris nat. et Ethic. Andreas Jaszlinszki, Prof. Phys. gen. et part. Antonius Reviczki, Profes. Mathes. Emericus Vajkovics, Prof. Eloquent. sacrae. Franciscus Xaverius Halwax, Decan. Casuum. Franciscus Xav. Weisz, Prof. Rep. Math. Praef. Mus. Math. et observ. Georgius Roman. Prof. Theolog. Ignatius Klaus, Prof. Controvers. Ioannes Bapt. Prileszki, Cancellarius. Ioannes Fonovics, Prof. Hist. sacrae ac prof. Ioannes Ivancsics, Prof. Log. et Metaph. Ioannes Stancsák, Prof. Canon. Decan. Iurist. Iosephus Krcho, Prof. Lingae graecae, ac Repet. eiusd. Iosephus Monsperger, Prof. Linguae sacrae, ac Repet. eiusd. Iosephus Splényi, Profes. S. Script. Decan. Philos. Ladislaus Répszeli, Decan. Casuum. Nicolaus Schmidt, Decan. et Prof. Theologiae.

A. 1757. R. P. Franciscus Kunics, Rector. Andreas Jászlinszki, Prof. Hist. sacrae et prof. Antonius Bericzki Prof. Log. et Metaph. Emericus Vajkovics, Prof. Eloq. sacrae. Decan. Linguar. Franciscus Xav. Halwax, Decan. Casuum. Franciscus Veisz, Prof. Repet. Math. Praef. Mus. Math. et obs. Georgius Roman, Profes. Theolog. Henricus Reisl, Prof. Ethices et Iuris nat. Ioannes Prileszki, Cancellarius. Ioannes Fonovics, Prof. Canonum. Ioannes Ivancsics, Prof. Phys. gen. et part. Ioannes Schotter, Prof. Scripturae sacrae, Decan. Philos. Iosephus Eberle, Profes. Mathes. Iosephus Krchó, Prof. Linguae graecae et Rep. eiusd. Iosephus Monsperger, Prof. Linguae sacrae, et Rep. eiusdem. Nicolaus Schmidt, Decan. et Prof. Theolog. Paulus Cseffalvay, Prof. Controvers.

A. 1758. Franciscus Kunics, Rector. Andreas Jaszlinszki, Prof. Hist. sacrae et prof. Antonius Reviczki, Prof. Phys. gener. et part. Emericus Vajkovics, Prof. Eloq. sacrae. Decan. Linguar. Franciscus Weisz, Prof. Rep. Math. Praef. Mus. Math. et observ. Georgius Roman, Prof. Theolog. Ioannes Prileszki, Cancellarius. Ioannes Fonovics, Prof. Canon. Decan. Iuris. Ioannes Ivanics, Prof. Log. et Metaphys. Ioannes Krajcsirovics, Prof. Ethices, et Iuris natur. Ioannes Schotter, Profes. Script. sacrae, Decan.

Philos. Ioannes Stancsák, Decanus Casuum. Iosephus Krchó, Prof. Linguar. graecae, ac Repet. eiusd. Iosephus Monsperger, Profes. Linguae sacrae. Nicolaus Benkő, Profes. Math. Nicolaus Schmidt, Decan. et Prof. Theolog. Paulus Cseffalvai, Prof. Controvers.

A. 1759. R. P. Franciscus Kunics, Rector. Andreas Jaszlinszki, Prof. Script. S. Decan. Philos. Antonius Reviezki, Prof. Hist. sacrae et profanae. Emericus Vajkovics, Prof. Canon. Franciscus Xav. Halwax, Decanus Casuum. Franciscus Weiss, Prof. Rep. Math. Praef. Mus. Math. et observ. Georgius Pray, Prof. Eloquent. sacrae. Georgius Roman, Prof. Theolog. Ignatius Schmelczer, Prof. Linguae sacrae, et Repet. eiusd. Ioannes Bapt. Prileszki, Cancellarius. Ioannes Ivancsics, Prof. Phys. gener. et partic. Iosephus Hegyi, Prof. Log. et Metaphys. Iosephus Krchó, Decanus Casuum. Math. Plathy, Prof. Linguae graecae, et Repet. eiusd. Nicolaus Schmidt, Decan. et Prof. Controv. Paulus Makó, Prof. Mathes. Stephanus Mihalcz, Prof. Ethices et Iuris natur.

A. 1760. R. P. Franciscus Borgias Kéri, Rector. Andreas Adányi, Prof. Controv. Andreas Jaszlinszki, Prof. Theolog. Emericus Vajkovics, Prof. S. Script. Decan. Philos. Franciscus Abel, Prof. Ethices, et Iuris natur. Franciscus Tricarico, Prof. Canon. Decan. Iuris. Franciscus Weiss, Prof. Rep. Math. Praef. Mus. Math. et observ. Franc. Xav. Halwax, Decan. Casuum. Ignatius Schmelczer, Prof. Linguae sacrae, et Rep. eiusd. Ioannes Bapt. Hávor, Cancellarius. Ioannes Ivácsics, Prof. Hist. sacrae, et profanae. Iosephus Eberle, Prof. Mathes. Iosephus Hegyi, Prof. Phys. gener. et part. Math. Plathy, Prof. Eloquent. sacrae. Nicolaus Schmidt, Decan. et Prof. Theolog. Paulus Makó, Prof. Log. et Methaphys. Stephanus Szent-Iványi, Prof. Linguae graecae, et Rep. eiusd.

A. 1761. R. P. Francisous Borgias Kéri, Rect. Adamus Ádány, Professor Canonum. Andreas Jászlinszki, Prof. Theolog. Casimirus Bedekovich, Prof. His. sacrae, ac prof. Franciscus Xav. Halwax, Decanus Casuum. Franciscus Tricarico, Profes. S. Scripturae. Francisc. Weisz, Prof. Rep. Mathes. et Spec. Astron. Praef. Guilelmus Jenami, Prof. Eloquentiae sacrae. Ignatius Schmelczer, Prof. Linguae sacr. et Rep. eiusd. Iosephus Hegyi Prof. Controv. Decan. Linguar. Iosephus Kenyeres, Prof. Mathes. Iosephus Pin-

tér. Decan. et Prof. Theolog. Ladislaus Hegedüs, Prof. Phys. gen. et part. Ludovicus Csapodi, Prof. Log. et Metaph. Michaël Horváth, Prof. Ethices. Nicolaus Schmidt, Cancellarius. Stephanus Szent-Iványi, Prof. Ling. graec. et Rep. eiusd.

A. 1762. R. P. Franciscus Kéri, Rector. Andreas Ádány, Profes. S. Script. et Decan. Philos. Andreas Bernolak, Geometra. Andreas Handler, Profes. Linguae graec. et Rep. eiusd. Andreas Jaszlinszki, Prof. Theolog. Casimirus Bedekovich, Profess. Hist. sacrae et prof. Franciscus Weisz, Praefect. Speculae astron. Ioannes Bapt. Knall, Prof. Eloq. sacrae, Decan. Linguar. Ioannes Molnár, Prof. Ethices. Ioannes Nep. Szluha, Decan. Casuum. Iosephus Führer, Prof. Repet. Mathes. Iosephus Hegyi, Prof. Controv. Iosephus Kenyeres, Prof. Log. et Metaphys. Iosephus Pintér, Decan. et Profes. Theolog. Iosephus Winterl, Profes. Linguae sacrae, et Rep. eiusd. Ludovicus Csapodi, Prof. Phys. gen. et part. Michaël Horváth, Prof. Mathes. Michaël Klaus, Prof. Canon. Nicolaus Schmitth, Cancellarius.

A. 1763. R. P. Valentinus Kéri, Rector. Andreas Bernolák, Geometra. Carolus Roth, Prof. Theolog. Franciscus Halwax, Decan. Casuum. Franciscus Weiss, Praefect. Spec. astron. Ignatius Koller, Prof. Linguae S. ac Rep. eiusd. Ioannes Forintos, Prof. Ethices. Ioannes Gottgeiszl, Prof. Mathes. Ioannes Molnár, Decan. Linguar. Ioannes Bapt. Prileszki, Cancellarius. Iosephus Führer, Prof. Rep. Mathes. Iosephus Hegyi, Prof. Canon. Iosephus Kenyeres, Prof. Phys. gen. et part. Iosephus Pintér, Decan. et Prof. Theolog. Ludovicus Csapodi, Prof. Hist. sacrae, ac profan. Martinus Puchperger, Prof. S. Script. Matth. Eisenbeitl, Prof. Ling. graecae, et Rep. eiusd. Michaël Horváth, (senior) Prof. Logic. et Metaphys. Nicolaus Benkő, Prof. Controv. Decan. Philos. Stephanus Biró, Prof. Eloquent. sacrae.

A. 1764. R. P. Valentinus Kéri, Rector. Antonius Muszka, Decan. et Profes. Theol. Antonius Radics, Prof. Mathes. Carolus Roth, Prof. Theolog. Franciscus Halwax, Decan. Casuum. Franciscus Kozma, Prof. Ethices. Franciscus Weisz, Praefect. Spec. astron. Ioannes Bapt. Prileszki, Cancellarius. Ioannes Gottgeisl, Prof. Log. et Metaphys. Ioannes Molnár, Prof. Eloquent. sacrae. Decan. Linguar. Ioannes Pech, Prof. Ling. sacrae, et Rep. eiusd. Iosephus Führer, Prof. Repet. Mathes. Iosephus Hegyi, Prof.

S. Script. Iosephus Kenyeres, Prof. Hist. sacrae, ac prof. Ladislaus Hegedüs, Prof. Canon. Dec. Iuris. Matth. Eisenpeitl, Prof. Ling. graecae, ac Rep. eiusd. Michaël Horváth, Profes. Phys. gen. et part. Nicolaus Benkő, Prof. Controv. Decan. Philos.

A. 1765. R. P. Nicolaus Schmitth, Rector. Antonius Jarányi, Prof. Mathes. Antonius Muszka, Cancellarius. Carolus Roth, Decan. ac Prof. Theolog. Franciscus Halwax, Decan. Casuum. Franciscus Weiss, Praef. Spec. astron. Ignatius Waxman, Prof. Linguae german. Ioannes Bapt. Nagy, (Iun.) Prof. Ethices. Ioannes Gottgeisl, Prof. Phys. gen. et part. Ioannes Illei, Prof. Eloq. sacrae, Decan. Linguar. Ioannes Molnár, Prof. Log. et Metaph. Ioannes Sipek, Prof. Hist. sacrae, ac prof. Iosephus Führer, Prof. Repet. Mathes. Iosephus Hegyi, Prof. Theol. Iosephus Hegedüs, Prof. Controv. Iosephus Winterl, Prof. Linguae sacrae, et Rep. eiusd. Ladislaus Hegedüs, Prof Script. S. Matth. Eisenpeitl, Prof. Ling. graecae, et Rep. eiusd. Michaël Horváth, Adiunct. Spec. astron. Nicolaus Benkő, Prof. Canon.

A. 1766. R. P. Nicolaus Schmitth, Rector. Andreas Bernolák, Profes. Logic. et Metaphys. Antonius Jaeger, Profes. Poëseos. Antonius Muszka, Cancellarius. Carolus Roth, Decan. et Prof. Theolog. Franciscus Halwax, Decan. Casuum. Franciscus Kirina, Prof. Linguae hungar. Franciscus Weiss, Praef. Spec. astron. Ignatius Schmeltzer, Praef. rei numariae. Ioannes Molnár, Profes. Phys. gen. et part. Ioannes Sajnovics, Soc. Praef. Spec. astron. Ioannes Schelmer, Prof. Mathes. Ioannes Sipek, Prof. Hist. sacr. ac. prof. Dec. Linguar. Iosephus Führer, Prof. Rep. Mathes. Iosephus Kenyeres, Prof. Canon. Decan. Iuris. Iosephus Paar, Prof. Eth. et Iur. Natur. Iosephus Winterl, Prof. Ling. sacrae, et Rep. eiusd. Ludovicus Csapodi, Prof. Theolog. Math. Plathi, Prof. Script. S. Matth. Eisenbeitl, Prof. Linguae Graecae. Michael Horváth, (Sen.) Prof. Controv. Dec. Philos. Stephanus Kaprinai, Cont. Elucub. Hist. Stephanus Katona, Prof. Rhetor. Stephanus Szent-Iványi, Prof. Eloq. sacrae, et prof.

A. 1767. R. P. Nicolaus Schmitth, Rector. Andreas Bernolák, Prof. Phys. gen. et part. Antonius Jaeger, Profes. Poëseos. Antonius Muszka, Cancellarius. Antonius Radics, Prof. Hist. sacrae ac prof. Franciscus Halwax, Decanus Casuum. Franciscus Palma, Prof. Geographiae. Franciscus Xav. Splényi, Prof. Canon. Fran-

ciscus Weiss, Praef. Spec. astron. Ignat. Schmelczer, Praef. rei numariae. Ioannes Lábos, Prof. Log. et Metaphys. Ioannes Sajnovics, Soc. Praef. Specul. astron. Ioannes Schelmer, Prof. Mathes. Ioannes Sipek, Prof. Controv. Decan. Linguar. Ioannes Tajnai, Prof. Ethic. et Iur. natur. Iosephus Führer, Prof. Repet. Mathes. Iosephus Kenyeres, Prof. Theolog. Iosephus Pilip, Prof. Ling. sacrae et Rep. eiusd. Ludovicus Csapodi, Decan. et Prof. Theol. Math. Plathi, Prof. Script. S. Decan. Philos. Matth. Eisenpeitl, Prof. Ling. graecae, et Rep. eiusd. Petrus Spaits, instruit in Architect. civ. et milit. Stephanus Kaprinai, Historiograph. Stephanus Katona, Prof. Rhetor. Stephanus Szent-Iványi, Prof. Eloq. sacr. et prof.

A. 1768. R. P. Ioannes Bapt. Prileszki, Rector. Andreas Bernolak, Prof. Hist. sacr. ac prof. Antonius Jaeger, Prof. Poëseos. Antonius Muszka, Cancellarius. Antonius Radics, Prof. Controv. Decan. Linguar. Daniel Hersching, Prof. Log. et Metaphys. Franciscus Fajcser, Prof. Philos. moral. Franciscus Halwax, Decan. Casuum. Franciscus Xav. Splényi, Prof. Canon. Decan Iurist. Franciscus Weiss, Praef. Spec. astron. Georgius Klobusiczki, Profes. Geographiae. Georgius Mayr, Prof. Linguae german. Ignatius Schmelczer, Praef. rei numar. Ioannes Fabri, Prof. Ling. german. Ioannes Lábos, Prof. Phys. gen. et part. Ioannes Nep. Bóber, Inst. Architect. civ. et milit. Ioannes Sajnovics, Socius Praef. Spec. astron. Iosephus Führer, Prof. Repet. Mathes. Iosephus Gullich, Prof. Mathes. Iosephus Kenyeres, Prof. Theolog. Iosephus Pilip, Prof. Ling. sacrae, et Rep. eiusd. Iosephus Wlassics, Prof. Linguae hungar. Ludovicus Csapodi, Decan. et Prof. Theolog. Matth. Plathy, Prof. S. Script. Decan. Philos. Matth. Eisenpeitl, Prof. Ling. graecae et Rep. eiusd. Paulus Ocskai, Instr. Geom. pract. et Geograph. Petrus Spaics, Prof. Architect. civ. et mil. item Geom. pract. Stephanus Kaprinai, Historiograph. Stephanus Katona, Prof. Rhetor. Stephanus Szent-Iványi, Prof. Eloq. sacrae, et prof. Petrus Chombart, Prof. Ling. gallicae. Franciscus Ujházi, Prof. Linguae hungar.

A. 1769. R. P. Ioannes Bapt. Prileszki, Rect. Andreas Bernolák, Prof. Casuum. Andreas Zachar, Prof. Poëseos. Antonius Muszka, Prof. Controv. Decan. Linguar. Balthasar Nagy, Prof. Linguae

hungar. Daniel Hersching, Prof. Phys. gen. et part. Ferdinandus Hartmann, Prof. Geom. pract. et Geograph. Franciscus Xav. Gulner, Prof. Linguae hungar. Franciscus Xav. Halwax, Decanus Casuum. Franciscus Taucher, Socius Praef. Spec. astron. Georgius Mayr, Prof. Linguae german. Ioannes Nep. Bober, Prof. Architect. civ. et milit. Ioannes Lábos, Prof. Hist. sacrae, et prof. Ioannes Pauer, Prof. Linguae german. Iosephus Führer, Prof. Rep. Mathes. Iosephus Gullik, Prof. Log. et Metaphys. Iosephus Kenyeres, Prof. Theolog. Iosephus Pilip, Prof. Linguae sacrae, et Rep. eiusd. Iosephus Szerdahelyi, (sen.) Prof. S. Script. Dec. Philos. Ludovicus Csapodi, Decan. et Prof. Theolog. Martinus Roy, Prof. Linguae german. Martinus Takács, Prof. Mathes. Matth. Eisenpeitl, Prof. Ling. graecae, et Rep. eiusd. Petrus Spaits, Prof. Architect. civ. et milit. item Geom. Stephanus Kaprinai, Historiograph. Stephanus Katona, Prof. Rhetor. Stephanus Szent-Iványi, Prof. Eloq. sacrae, et prof.

A. 1770. R. P. Ioannes Bapt. Prileszki, Rector. Andreas Bernolák, Prof. S. Script. Decan. Philos. Andreas Zachar, Prof. Poëseos. Antonius Majláth, Prof. Moral. Antonius Muszka, Cancellarius. Augustinus Pupikoffer, Prof. Rhetor. Balthasar Nagy, Profes. Mathes. Daniel Hersching, Prof. Hist. sacrae, et prof. Ferdinandus Hartman, Prof. Geom. pract. et Geogr. Franciscus Koválszki, Prof. Controv. Dec. Linguar. Franciscus Weiss, Praef. Spec. astron. Georgius Mayr, Profes. Linguae german. Ioannes Horváth, Prof. Log. et Metaphys. Ioannes Lábos, Prof. Canon. Decan. Iuris. Iosephus Führer, Profes. Rep. Matheseos. Iosephus Gullich, Prof. Physices. gen. et part. Iosephus Kenyeres, Profes. Theolog. Ladislaus Dobai, Professor Linguae sacrae. Ludovicus Csapodi, Prof. et Decanus Theologiae. Martinus Roy, Prof. Linguae german. Matth. Eisenpeitl, Professor Ling. graecae. Petrus Spaits, Profes. Architect. civ. et mil. item Geom. pract. Stephanus Kaprinay, Historiograph. Stephanus Katona, Professor Eloq. sacrae et profanae. Ferdinandus Pichler, Socius Praef. Spec. Astron.

A. 1771. R. P. Andreas Iaszlinszki, Rector. Andreas Bernolák Prof. S. Script. Andreas Zachar, Prof. Poëseos. Antonius Baldinuci, Prof. Geom. pract. et Ling. german. Antonius Majláth, Professor Phil. mor. Augustinus Pupikoffer, Professor Rhetor. Balthasar

Nagy, Prof. Matheseos. Carolus Wagner, Prof. Eloquent. et Hist. sacrae. Franciscus Kovalszki, Profes. Controv. Franciscus Weiss, Praef. Spec. astron. Iacobus Rochel, Profes. Linguae germ. Ignatius Rauch, Prof. Architect. civ. et milit. Ioannes Bapt. Horváth, Prof. Phys. gen. et part. Ioannes Ivancsics, Praef. Gen. Stud. et Direct. Fac. Theol. Ioannes Lábos, Prof. Theol. moral. Ioannes Piestyánszki, Prof. Theol. moral. Ioannes Sajnovics, Socius Praef. Spec. astron. Iosephus Führer, Professor Repet. Mathes. Iosephus Gulik, Prof. Log. et Metaphys. Iosephus Kenyeres, Prof. Theolog. Iosephus Kovács, Profes. Linguae hung. Laurentius Heiszler, Prof. Geogr. Ludovicus Csapodi, Prof. Theolog. Martinus Roy, Prof. Linguae germ. Matth. Eisenpeitl, Prof. Ling. graecae. Petrus Csombarth, Prof. Linguae gallicae. Petrus Delemazure, Profes. Linguae gallicae. Petrus Spaits, Profes. Architect. civ. et mil. ac Geom. pract. Stephanus Kaprinai, Historiogr. Stephanus Katona, Prof. Eloq. et Hist. prof. Venceslaus Hornik, Professor Linguae sacrae.

A. 1772. R. P. Andreas Jászlinszki, Rector. Andreas Bernolák, Prof. Script. sacrae. Prof. Poëseos. Antonius Baldinuci, Profes. Geom. pract. et Linguae germ. Antonius Mailáth, Profes. Philos. mor. Augustinus Pupickhoffer, Profes. Rhetor. Balthasar Nagy, Profes. Mathes. Carolus Wagner, Profes. Eloq. et Hist. sacrae. Franciscus Koválszki, Profes. Controv. Franciscus Sal. Fournier, Prof. Ling. germ. Franciscus Weiss, Praef. Spec. astron. Ignatius Rauch, Profes. Architect. civ. et mil. item Ling. germ. Ioannes Bapt. Horváth. Prof. Physic. gen. part. et experim. Ioannes Bapt. Piestyánszki, Profes. Theol. mor. Ioannes Ivánesics, Praef. Gen. Stud. Dir. Fac. Theol. et Schol. Hum. Ioannes Lábos, Prof. Theol. mor. Ioannes Sajnovics, Socius Praef. Spec. astron. Ioannes Schober, Prof. Linguae germ. Iosephus Führer, Profes. Repet. Mathes. Iosephus Gulik, Prof. Logic. et Metaphys. Iosephus Kenyeres, Prof. Theolog. Iosephus Kovács, Prof. Linguae hung. Laurentius Heiszler, Prof. Geogr. Ludovicus Csapodi, Prof. Theolog. Matth Eisenpeitl, Prof. Ling. graecae, et Rep. eiusd. Petrus Chombart, Prof. Linguae gallicae. Petrus Delemazure, Profes. Linguae gallicae. Petrus Spaits, Prof. Architect. civ. et mil. item Geom. pract. Stephanus Kaprinai, Historiograph. Stephanus Katona, Prof. Eloq.

et Histor. profanae. Venceslaus Hornik, Prof. Linguae sacrae, et Rep. eiusd.

A. 1773. R. P. Andreas Jaszlinszki, Rector. Andreas Bernolák, Prof. Script. sacrae. Andreas Zachar, Prof. Poëseos. Antonius Majláth, Prof. Philos. mor. Augustinus Pupikhoffer, Prof. Rhetor. Carolus Wagner, Prof. Eloq. ac Historiae sacrae. Emericus Rákóczy, Prof. Linguae hung. Franciscus Sal. Fournier, Prof. Ling. germ. Franciscus Taucher, Prof. Controv. Franciscus Ujházi, Prof. Geom. pract. Franciscus Weiss, Praefect. Spec. astron. Georgius Edenhoffer, Prof. Mathes. Ignatius Hauth, Prof. Linguae german. Ioannes B. Horváth, Profes. Phys. gen. part. et experim. Ioannes Iváncsics, Praef. Gen. Stud. Dir. Fac. Theol. et Stud. Hum. Ioannes Schober, Prof. Linguae gallicae. Iosephus Führer, Prof. Repet. Mathes. Iosephus Gáll, Profes. Linguae hung. Iosephus Gulik, Profes. Theol. moral. Iosephus Kenyeres, Prof. Theol. Ludovicus Csapodi, Prof. Theolog. Martinus Takács, Profes. Theolog. mor. Matth. Riethaller, Prof. Architect. civ. et milit. Matth. Eisenbeitl, Prof. Lingv. graec. et Rep. eiusd. Matth. Panckl, Profes. Log. et Metaphys. Petrus Spaits, Prof. Geom. pract. Petrus Wagner, Professor Linguae Gallicae. Philippus Rochel, Prof. Linguae german. Stephanus Kaprinai, Histroriogr. Stephanus Katona, Profes. Eloq. et Hist. prof. Venceslaus Hornik, Prof. Linguae sacrae. Venceslaus Magner, Prof. Linguae italicae.

§. 30. Ex his nomina Litteris commendarunt:

Stephanus Amiodt, in Neogradiensi provincia, Fülekini, natus, XXII. Dec. 1676. Societatem ingressus 1692. Philosophica Theologicaque laurea condecoratus, Tirnaviae S. Thomam explanare coepit. Elisabetham Archi Ducem Bruxellas comitatus, dum ab eius obitu Viennam revertit, ibidem octogenario maior obiit XV. Martii 1759. Vulgavit: Exercitationes theatrales Rhetorum Viennensium, Vien. 1709. Germaniam veterem. Vien. 1712. Germaniam in naturae operibus admirandam. Vien. 1713.

Michaël Árwai, absoluta Cassoviae Rhetorica, Societatis J. tirocinium inivit 1724. Philosophiam ac Theologiam audivit Tirnaviae, tertium probatus, vestes religiosas cum ecclesiasticis commutavit 1742. Vulgavit: celebriores Hungariae Reges. Cassov. 1734. Rem litterariam Hungariae 1735.

Iosephus Balogh, Transilvanus Radnosiensis, natus 1701. S. J. tironibus adlectus 1721. Tradita Philosophia datus Fogarasiensi Valachorum

Praesuli Theologus, Vásárhelyini mortuus 1756. Vulgavit: Praerogativas Philosophiae ex naturae et artis testimonio probatas. Cassoviae 1737. Funebrem Mariae Mikes. Ibid.

Ioannes Bertholdi, S. J. tirocinium inivit 1714. Tirnaviae docuit, Clagenfurti mortuus A. 1759. Typo dedit: Seriem Regum Hungariae. Graecii 1733. Seriem Regum Sveciae. Ibid. 1734.

Iosephus Boros, Transilvanus Csikiensis, natus 1699. In Societatem admissus 1716. Philosophicas et Theologicas est professus. Vivere desiit Claudiopoli A. 1757. Edidit: Antitheta Evangelica. Claudiop. 1724. Philippicas novas. Cassov. 1729.

Iosephus Carl. natus A. 1706. Societatem ingressus 1724. Rhetoricam Tirnaviae docuit. Demum universae Provinciae praefuit. Mortuus 1776. Typo dedit: Panegyricos Mathiae Corvini. Tirn. 1731. Scientias Seculi XVIII. ab Apolline coronatas. Vien. 1739. Civium Viennensium armamentarium. Vien. 1740. Assertiones theologicas de Angelis et actibus humanis. Vien. 1753.

Georgius Daróczi, in Provincia Baranyensi natus 1699. Societatem inivit 1716. Scientias mansvetiores et severiores tradidit, Stephano Katona Gyöngyösini praefuit, Sopronii defunctus 1756. Vulgavit: Lusus epigrammaticos Claudiop. 1725.

Fridericus Donati, in Silesia natus 1690. Plures annos in Hungaria vixit, partim Tirnaviae, partim Cassoviae professus. Flumine tandem mortuus A. 1750. Publici Iuris fecit: Vindicias illibati conceptus, hoc titulo: Ius et ratio pro domo Dei. Tirn. 1718.

Ioannes Drauth, Coronae, Parentibus Lutheranis ortus, Viennam profectus, et catholicam fidem et Societatem J. amplexus A. 1716. Vulgatis prius: Fundamentalibus motivis, cur haeresim eiuraverit. Vien. 1714.

Stephanus Dzian, in Provincia Barsiensi natus 1695. ad Societatem admissus 1714. Severioribus disciplinis traditis, sacram in castris operam militibus veteranis ipsos 12. annos locavit. Tum Rector. Prelo subiecit: Lites inter Provincias Daciae de Principatus Transilvaniae praerogativa. Claudiop. 1735.

Andreas Felker, Szakolczae natus 1698. Societatis tironibus adlectus 1715. Philosophia praelecta, Praeses, ab infirmo milite hausto veneno victima caritatis cecidit A. 1757. In lucem edidit: Arcanorum naturae et artis. P. I. Cassov. 1734. P. II. ibid. 1735.

Adamus Fitter, in Provincia Nitriensi, Hrussoviae natus 1679. Eiurato Luthero, S. J. tironibus adscriptus 1696. Sacras profanasque scientias docuit, primus Seculo hoc II. Universitatis Rector. S. Georgii decessit 1741. Vulgavit Drama sub titulo: Carolus I. superatis aemulis, Hungariae Rex electus. Tirn. 1712.

Michaël Földvári, Posonii natus 1672. in Societatem J. receptus 1691. Docendis sublimioribus scientiis Claudiopoli, Cassoviae, Tirnaviae 15. annos fere continuos impendit. Tum Rector Iaurini vitam clausit 1746. Eius opera sunt: Quaestiones historicae de rebus Hunnicis, Avaricis et Hungaricis. Tirn. 1712. Idea Principum in Mathia Corvino. Ibid. 1715.

Gabriel Graff natus in Moravia 1696. in Societatem receptus 1713. Philosophicis, theologicisque scientiis 46. annorum spatio traditis, praefuit Universitati, Cassoviae mortuus 1759. Edidit: Problema philosophicum orbis litterarii iudicio propositum. Cassov. 1731.

Antonius Hedri, in Provincia Sárosiensi natus 1702. Docuit Tirnaviae, circulum vitae Patakini absolvit 1765. Cuius opera sunt: Histor. politica montium Transilvaniae. Claudiop. 1728. Exordium Apostolici Hungariaë Regni. Claudiop. 1729.

Antonius Hellmayr, Malaczkae 1700. Societatem ingressus 1717. Praeter humaniores litteras plures annos traditas, docuit etiam Philosophiam Tirnaviae, Theologiam Budae, ubi calendis Ianuarii exanimis in lecto repertus est 1744. Prelo subiecit: Mausoleum Graecense, Ferdinandi II. Graecii 1732. Templum S. Aegidii Graecense descriptum. Ibid. 1733. Itinerarium Athei. Tirn. 1737.

Georgius Hunyadi, praeclaro genere natus 1693. inter S. J. tirones receptus 1711. Postquam Tirnaviae Rhetoricam ac Poësim docuisset, rexit sociorum Contubernia, vivere desiit Trenchinii 1770. Auctor libelli: Orator novellus, editi anni poëtici specimine, ad eloquentiam se se comparans. Claudiop. 1726.

Nicolaus Iánosi, natus 1701. Societatem ingressus 1718. Claudiopoli Philosophia discipulis exposita, datus Episcopo Valachico Theologus, tertio post anno Carolinae mortalitatem exuit 1741. In lucem emisit: Natales Liberae Regiaeque Civitatis Tirnaviensis. Tirn. 1727.

Georgius Imrikovics, natus A. 1696. in Soeietatem J. cooptatus 1713. Docuit, praefuit, rexit. Solnae mortuus 1770. Vulgavit: Musas peregrinas. Cassov. 1722. Comitia Sapientiae. Cassov. 1723. Mariae Matris et Virginis primi conceptus momenti innocentiam vindicatam Tirn. 1725.

Gabriel Job, natus Solnae 1693. Societati nomen dedit 1713. sacris profanisque exercitationibus obitis, Rector, Solnae defunctus 1759. Edidit drama: Fides in Regem ac Patriam, seu Georgius de Estoras ad Nicopolim gloriosa morte sublatus. Tirn. 1717.

Valentinus Kéri, Tirnaviae susceptus et in lucem 1712. et in Societatem J. 1726. Philosophiam ac Theologiam docuit. Rexit. Socius Provin-

ciae Praesidis, ad Comitia Regni Posonium missus, ibidem ex hydrope obiit 1764. Prelo subiecit: Lusus poëticos allegoricos. Tirn. 176. Seriem Baronum Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae. Tirn. 1737.

Ioannes Korneli, in Provincia Nitriensi natus 1686. S. J. tironibus adlectus 1703. Philosophiam ac Theologiam partim Tirnaviae, partim Cassoviae docuit. Vitam profudit 1748. Singularis eius industriae monumenta sunt: Panegyrici Praelatorum, et Magnatum Hungariae, Tirn. 1718. Decennium Georgii Széchenii. Ibid. 1721. Quinque lustra Georgii Lippai. Ibid. 1722. Theologiae catholicae Partes duae. Claudiop. 1732. Fragmenta Historiae hungaricae. Cassov. 1738. 1740. 1743. Tirn. 1742. Diclectica Cassov. 1744.

Michaël Kromlócz, in Sambokrét natus 1672. in Societatem J. cooptatus 1694. E vivis ereptus Leutschoviae 1739. Oratione funebri laudavit Catharinam Okolicsaniam, edita Tirn. 1719. Epigrammatum librum unum prelo commisit Cassov. 1735.

Franciscus Kunics, in Provincia Castiferrei natus 1697. in Societatem J. receptus 1714. Philosophicas ac Theologicas disciplinas Claudiopoli, Tirnaviae, Cassoviae 14. annis docuit. Academiam Tirnaviensem rexit bis. Sopronii mortuus 1763. Publici iuris fecit: Compendium historicum de quatuor Monarchiis. Claudiop. 1732. De Regnis et orbis Provinciis. Ibid. 1733. Sedeczias, szomorú Játék. Cassov. 1752.

Ioannes Köszeghi, natus 1798. in S. J. tirocinium admissus 1713. Philosophia explicita, Rector. Vitam clausit Sopronii 1750. Prelo subiecit: Magnos Manes Transilvaniae Principum. Claudiop. 1722.

Antonius Mindszenti, Tirnaviae natus 1687. in Societatem Jesu susceptus 1702. Philosophiam Cassoviae, Theologiam ibidem, et Tirnaviae docuit. Curas humanas posuit Claudiopoli 1736. In lucem emisit: Propugnaculum Reip. Christianae P. I. Tirn. 1724. P. II. 1725. Historiam Thaumaturgae virginis Claudiopolitanae. Claudiop. 1725.

Franciscus Pataki; Gyöngyösini natus 1704. S. J. tirocinium ingressus. 1721. Dum Philosophiam explanasset, Philosophiae, vitaeque cursum interrupit 1740. Typo dedit: Metempsychosim, Claudiop. 1729. Ortum et progressum variarum in Dacia gentium ac Religionum. Ibid. 1730.

Iacobus Pejachevich, in Societatem J. receptus, Philosophiam Zagrabiae, Theologiam de moribus Budae, Iaurini, Tirnaviae docuit. Praefuit. Quinque Ecclesiis, e vivis ereptus 1738. Ab eo prodiit: VeterIs et noVae GeographIae CoMpenDIosa CongerIes. Zagrabiae 1714.

Iosephus Prandstetter, in Societatem Iesu cooptatus, dum primam Philosophiae lauream suis imponeret, typo dedit: Tabulam geogra-

phicam Hungariae, cum partibus recens per arma victricia acquisitis. Tirnaviae 1719.

Stephanus Raicsani, in lucem editus 1699. in Societatem Jes. cooptatus 1716. Grammaticam tradidit cum doctrina christiana Tirnaviae, tum alibi. Vulgavit Apollinem philosophicum, Poëtam erudientem. Cassoviae 1726.

Petrus Riederer, in Societatem J. receptus Iaurini 1715. Philosophiam, ac Theologiam professus, publica luce donavit Carmina sic inscripta: Bellum pacis artibus feliciter patratum. Cassov. 1724.

Fridericus Schendl, in lucem editus Comaromii 1695. in Societate J. quartum Pontifici votum dixit 1729. Rexit Tirnaviae, ibidem mortuus 1738. Typo dedit: Sedem Deorum, sive Hungariam rebus omnibus affluentem. Tirn. 1720. Accusatam et defensam SS. Cyrilli et Friderici innocentiam. Ibid. 1721.

Nicolaus Schindler, in Societatem J. susceptus A. 1712. audita Theologia transmarinas regiones petiit 1723. Apud Quittenses ad recipiendam laborum apostolicorum mercedem evocatus 1740. Edidit: Somnium poëticum. Tirnav. 1721.

Ioannes Simeghi, in Societatem J. cooptatus, Tirnaviae Philosophiam, Agriae Theologiam de moribus explicuit. Budae mortuus 1753. Concinnavit: Genuinam de lachrimosa Virgine Claudiopolitana Relationem. Claudiop. 1714. Eucharisticon D. Ignatio. Bartfae. 1715.

Georgius Skoda, in Moravia, Cremsirii natus 1679. S. J. tironibus adscriptus A. 1696. Sacras, profanasque Scientias docuit Tirnaviae, Cassoviae, Lincii, Graecii, Budae, Sopronii demum e vivis sublatus 1756. Publici Iuris fecit: Satyras Menippeas. 1702. Duo fulmina belli. Leutschov. 1703. Philosophiam novam. Tirn. 1716.

Andreas Spangár, Legradini primam lucem adspexit 1677. Societati J. adscriptus 1694. Rexit. Rosnaviae mortuus 1744. Prelo subiecit: Bibliothecae SS. Patrum Synopsim. Tirn. 1721. Concordantias Marianas. Ibid. 1741. Magyar Krónika. Cassov. 1734.

Samuel Timon, ad Trenchinium Turnae natus 1675. S. J. tironibus adlectus 1693. Vixit subinde Tirnaviae 18. Cassoviae 15. annis, omnes illic scientias, praeter mathematicas, Ius Pontificium, ac Theologiam theoreticam professus. Praefuit Ungvárini, Claudiopoli, tum Cassoviae Bibliothecam quoque curavit, relicto magno sui desiderio, mortalitatem explevit 7. Aprilis 1736. Multa scripsit: e quibus in lucem prodierant: Syllabus vocabulorum Grammaticae. Tirn. 1702. celebriorum Hungariae urbium et op-

pidorum Topographiae. Pars II. Tirn. 1702. (Huius Partem I. Gregorius Hidi, ibid. edidit 1701. Gabriel Szerdahelyius utramque coniunxit et auxit.) Dies peripateticus. Tir. 1708. Corona Regni Hungariae admirabilis. Tirnav. 1712. Synopsis novae Chronologiae P. I. Tirn. 1714. P. II. ibid. 1715. P. III. ib. 1718. P. IV. ibid. 1719. (Has quatuor partes a Rudolpho Thomas Rost auxit, ac edidit hoc titulo: Epitome chronologica rerum hungaricarum. Cassov. 1736.) Purpura Pannonica. Tirn. 1715. Quatuor ultimis ab Andrea Gál additis, auctior prodivit. Cassov. 1745. Imago antiquae Hungariae. Cassov. 1733. Imago novae Hungariae. Ibid. 1734. Utraque simul Viennae 1762. Additamentum ad Imaginem. Cassov. 1735. Tibisci Notio. Cassov. 1735. Reliquit praeterea multa MSS. quibus usum se Kazius fatetur, Archivumve Biblioth. Universitatis potitur.

Franciscus Csepelényi, Iaurini natus 1676. in Societate J. receptus 1691. Docuit politiores litteras veste profana tectus Claudiopoli, Philosophiam Tirnaviae, Theologiam Cassoviae; rexit Collegia plura. A Comitiis provincialibus reversus, Budae diem supremum obiit 1737. Typo vulgavit: Discursus politicos. Tirn. 1709. Septem viros ductae Tirnaviam Coloniae sapientiae. 1711. Senas senis Universitatis Tirnaviensis Divis indigetibus erectas aras. Ibid. 1712. Ecclesiam toto terrarum orbe triumphantem. Tirn. 1717. Laudationem funebrem C. Iosephi Illésházi.

Franciscus Csernovics, in Societate J. variis excultus scientiis, Philosophiam Claudiopoli primum, deinde Tirnaviae docuit. Socios rexit. Vivere desiit Cassoviae 1736. Prelo subiecit: Propugnaculum Reip. christianae, Religione conditum, Hungarorum fortitudine quinque seculis defensum. Tirn. 1724. Propugnaculum Reip. christianae in Hungaria restitutum. Ibid. 1625.

Michael Csiba, in Insula Csallóköz natus 1698. in Societate Jes. mansvetiores tradidit Scientias. Praefuit Collegiis. Szathmarini spiritum reddidit 1754. Vulgavit: Exercitationes poëticas. Claudiop. 1727. Alloquutiones oratorias. Ibid. 1728.

Ladislaus Thuróczi, Ungvárini, Patre Pro-Comite natus 1682. fortunis spretis, ad Societatem J. facilem aditum habuit 1700. Artes liberales tradidit Tirnaviae, Cassoviae Mathesim quinquennio, Philosophiam triennio, Polemicam Theologiam quadriennio. Tirnaviam reductus, Conscientiae casus enodavit. Rexit, praefuit. Fatiscentibus viribus, Tirnaviae placidam mortem obiit VII. Febr. 1765. Eius industriae fructus sunt: Lilia in virgineas amoris sancti flammas, ad Castalios Parnassi Tirnaviensis amnes explicata. Tirnav. 1709. Regina Angelorum: Vindiciae conceptus illibati B. V. ibid. 1711. S. Ignatius litterarum instaurator, panegyrico celebratus. Ibid. 1714.

Ignatius litteras pietate illustrans, panegyrico celebratus. Ibid. 1715. Stratagemata Martis hungarici. Ibid. 1716. Gemmae Latinitatis. Cassov. A. 1716. Comitia Regnorum, ac Provinciarum Hungariae in palatio Reginae Eloquentiae celebrata. Cassov. 1716. Prima generis humani Philosophia, numerorum scientia veterum doctrina, nova methodo exposita. Cassov. 1720. Annus secularis Ignatii de Lojola, et Francisci Xav. e S. J. in Sanctorum numerum relatorum, dictione celebratus. Ibid. 1722. Lilietum Aloysianum, dum S. Aloysio Gonz. S. J. in Divos relato, primis sanctorum honoribus litaret Academicum S. J. Collegium Tirnaviense 1727. S. Aloysius Gonzaga, S. Stanislaus Kostka, — par nobile fratrum. Tirn. 1727. Hungaria suis cum Regibus compendio data. Tirn. 1729. Hanc a Nicolao Schmitth auctam, et a Regibus Austriacis continuatam, perpolivit ac recudit Stephanus Katona. Ibid. 1762. Fuit Turóczius Scriptor elegantissimus.

Franciscus Vásonyi, in Provincia Soproniensi natus 1700. S. J. tirocinium inivit 1721. Solennia quatuor vota professus 1732. Artes elegantiores tradidit Tirnaviae, Philosophiam Budae. Defunctus Comaromii 1740. Produxit: Theatrum belli adversus mundum. Cassov. 1727. 8. Augusta Hungariae spectacula Caroli VI. constantia et fortitudine exhibita. Cassov. 1728. 8.

Ignatius Wagner, in lucem editus Comaromii 1700. S. J. tirocinium ingressus 1715. Tirnaviae Philosophiam docuit. Praefuit. Obiit Viennae 1739. Concinnavit: Posthumam memoriam Stephani Kohári. Tirn. 1732. Miracula Francisci Xav. Oberburgi patrata. Tirn. 1736. 8.

Ladislaus Zichi, Felső Patyae, Comitatus Castriferrei, natus 1693. in Societate J. solennia quatuor vota nuncupavit 1729. Artes professus amoeniores Tirnaviae, Carolinae hydrope consumtus 1742. Philosophiam Baccalaureis libellum obtulit Cassoviae 1720. Pios affectus praesertim theologicos prelo subiecit. Libellos praeterea polemicos in idioma hungaricum ex germanico traductos, complures Tirnaviae.

§. 31. Franciscus Abel, Manigae natus 1722. in Societate J. quatuor vota professus 1758. Instituit Philosophica. Eperjesini mortuus 1785. Quum Poësim et Rhetoricam explanasset, Philosophis lauream adeptis, obtulit Bethuliam, pia Judithae fraude servatam. Elegiaco Carmine. Cassoviae 1749. 1750.

Michael Adami, Societati J. nomen dedit 1740. quam valere iussit 1750. Natus equidem in Comitatu Trenchiniensi, hungarici tamen ideomatis adeo gnarus, ut conscripserit: Hungaricae linguae grammaticas institutiones. Vien. 1766. 8.

Andreas Ádány, in Provincia Hevesienci natus 1715. in Societate J. quatuor vota professus 1752. Philosophiam ac Theologiam Tirnaviae Iaurinique docuit, abolita Societate, Strigonii Scholas pluribus annis direxit, ac ibidem XII. Dec. 1795. defunctus. Prelo subiecit: Fastorum Hungariae P. I. et II. eleganti Carmine. Cassov. 1742. 8. Initia Cassoviensis Societatis I. Ibid. 1743. 12. Partem Physicae. Tirn. 1755. Odas praeterea complures.

Christophorus Akai, natus 1706. in Societate J. quatuor vota professus 1741. Philosophiam tradidit; Turoczii decessit 1767. Auctor est: Cosmographiae. Cassov. 1741.

Ioannes Akai, prioris frater, natus 1708. Societatem ingressus 1723. Philosophicas et Theologicas scientias praelegit, Cassoviae mortuus 1751. Vulgavit: Momentum gratitudinis. Tirn. 1733. Epistolas Heroum. Ibid. 1723. Has Ioannes Bacsányi in hungaricum vertit. A. 1783.

Georgius Árwai, Agriae natus 1697. Soc. J. tironibus adscriptus 1714. sacras profanasque scientias in eadem docuit; rexit, in Szepesvárallya mortuus 1759. Typo dedit: Columen orbis christiani, Ioannem Hunyadi. Tirn. 1742. 12. Acta illustria heroum Hungariae, oratiunculis expressa. Cassoviae 1725.

Franciscus Babai, Quinque Ecclesiis in Societatem J. receptus, traditis inferioribus studiis, affectus valetudine, pangendis carminibus toedia vitae solabatur, praecoci fato sublatus 1778. Publici iuris fecit: Hungariae Reges, compendio metrico deductos. Tirn. 1773. 8. Hungariae Palatinos. Ibid. 1775. Archi Episcopos Strigonienses. Ibid. 1776. 8. Epigrammatum libros tres. Ibid. 1776. 8.

Iosephus Bartakovics, in Provincia Nitriensi natus 1722. S. J. tironibus adlectus 1748. Agriae Stephani Katona in schola elementari magister A. 1744. Dum Cassoviae Iurisprudentiam ecclesiasticam explanasset, praematura morte sublatus 1764. Vulgavit: Metallurgicon. Tirn. 1748. Moysem, in dramate. Ibid. 1749. 4.

Casimirus Bedekovich, Croata Szigeteczensis, natus 1727. S. J. tironibus adscriptus 1742. sacras, profanasque scientias partim Zagrabiae, partim Tirnaviae, demum Iaurini professus, abolita Societate J. Canonicus Zagrabiensis nominatus, Croatici Collegii Rector, Viennae decessit A. 1782. Concinnavit: Vindicias illibati conceptus Mariani. Tirn. 1753. Panegyricum D. Ignatio dictum. Ibid. 1754. Exercitationem Philosophicam in primam Nevtoni Regulam. Zagrab. 1758. 4. Tractatum de incertitudine Scientiarum; ex italico versum. Zagrab. 1759. Dramata Viennae. 8.

Paulus Benyovszki, praeclara nobilitate prognatus 1696. Societati J. nomen dedit. 1712. Praeter alias profanas, sacrasque Scientias, Theologiam ipsam octennio Tirnaviae professus, Posoniensi Collegio praefuit, ibique convulsionibus epilepticis confectus. A. 1743. Opera eius sunt: Historia apostolica. Cassov. 1722. Christianum Suadae Cassoviensis somnium. Cassov. 1722. Laudatio D. Ivonis. Tirn. 1723. Oratio de illibato Virginis SS. conceptu. Tirn. 1724. Icon amici et adulatoris. Tirn. 1730. 12.

Paulus Bertalanfi, in Provincia Soproniensi Tschavae natus 1706. in Societate Iesu quatuor vota professus 1743. Scientiis traditis, Comaromii rexit, ibidemque vivere desiit 1763. Publici Iuris fecit: keresztyén Bölcsesség. Tirn. 1754. A' nagyra vágyódó világ fiainak panassza. Vien. 1750. Cassov. 1761. Dicsöséges Sz. István' élete. Vien. 1751. Mindennapi kenyér. Tir. 1753. E' vilagnak két rendbéli esmérete. Tirn. 1757. 8.

Mathias Bodó, clarissimis maioribus, quos Bela IV. R. II. agro Bodou, in Comitatu Turoczensi donaverat, ortus. Docuit Ius patrium Tirnaviae. Edidit: Iurisprudentiam criminalem. Posonii 1751. Fol.

Michael Borza, Várallyae natus 1672. Docuit humaniora, in Societate J. pluribus domiciliis praefuit, ac Turoczii tandem vitam posuit 1752. Vulgavit, quum Poësim doceret, Metamorphosim sacram P. Balthasaris Mendez. Tirn. 1699. 8.

Stephanus Dobner, in Transilvania Devae natus 1694. in S. J. quatuor vota professus 1728. Philosophiam explicuit, peregrinorum Hungarorum Romae confessiones excepit; reversus domi collegia rexit; Cassoviae decessit 1746. Praeter varias orationes panegyricas edidit: Grati animi officium, Stephano Báthori, et Carolo II. depensum. Claudiop. 1725.

Franciscus Faludi, Német Ujvárini natus 1704. in S. J. quatuor vota professus 1738. Philosophicas disciplinas identidem docuit. Subinde quinquennio poenitentibus Hungaris Romae aures praebuit. In Patriam reversus praefuit Typographiae Tirnaviensi, Collegio Ginsiensi, Scholis ac Bibliothecae Posoniensi. Mortuus A. 1780. Praeter opera poetica, quae Nicolaus Révai, Posonii, Ioannes Bacsányi recudit typis Trattnerianis iterum Pestini, et Comoedias, in idioma patrium traductas, Posonii editas 1790. ex operibus Dorellii vulgavit: Nemes ember. Tirn. 1748. 4. 1790. 8. Nemes Asszony. Ibid. 1748. et 1790. 8. Udvari ember. Ex Gratiano. Tirn. 1750. 8. Nemes Úrfi. Tirn. 1770. et 1790. 8. Item Bölcs ember. 1770. 8. Posonii Landerer. Has quoque recudi fecit idem Révay. Ea fuit nativae linguae eloquentia, quam nemo hodiedum superavit.

Franciscus Fasching, in lucem editus Tirnaviae 1686. In Societatem I. cooptatus 1702. Postquam in ea mansvetiores, philosophicas ac theologicas disciplinas pluribus annis docuisset, rexit, Gyöngysini fulmine apoplectico prostratus A. 1747. Typo datis his operibus: Allegoria sacra. Tirn. 1712. Mausoleum honoris Societat. J. Bartfae 1713. Vetus Dacia. Claudiop. 1725. Nova Dacia. Ibid. 1743. 1744. Soliloquia sacra. Poson. 1729. 8.

David Fáy, pervetusto genere natus, Societati J. nomen dedit 1736. Sacram linguam professus, in transmarinas Regiones missionem obtinuit. 1752. In Maragnia apud Barbaros operatus annos septem, tum commota contra societatem tempestate, et ipse comprehensus, ex tetris carceribus ad libertatem filiorum Dei migravit Wlyssipone 1768. In lucem emisit: Regia Seren. Archiducis Iosephi indoles, felicitatis futurae prodroma. Tirnnaviae 1745. 8.

Iosephus Fekete, in Transilvania Bardoczini natus 1713. in S. J. quatuor vota professus 1750. Philosophiam docuit, preloque subiecit: Ideam christiani militis in Godofredo Bullionio Claudio. 1742. 12. Gesta S. Nicetae, veteris Daciae Episcopi et Apostoli. Ibid. 1750. 8.

Leopoldus Fischer, natus 1703. in S. J. quatuor vota professus 1736. Docuit artes liberales. Typo dedit: Orationes sacras: De S. Ioanne Nepom. Sopron. 1744. 4. In exequiis Emerici Comitis Eszterházi, Strigoniensis Archiepiscopi, dictam. Poson 1746. fol.

Michaël Fodor, primam lucem adspexit in Balaton ad Agriam 1709. In S. J. solennia quatuor vota professus 1744. Philosophicis, theologicisque disciplinis Tirnaviae ac Iaurini traditis, Trencsinium translatus A. 1758. Societatis J. tirones instituit usque A. 1761. Agriae XXIII. Martii 1775. migravit. Publica luce donavit: Illustres belli heroes. Cassov. 1736. A' bűnös embernek megtérésére az igaz poenitentia tartásnak módja. Tirn. 1746. Cassov. 1753. 12.

Stephanus Gasó, in Provincia Trenchiniensi Ledniczii natus 1711. Societati J. quatuor votorum sponsione se devinxit 1747. Tirnaviae Philosophiam, et eloquentiam sacram professus ingenti sui desiderio relicto, decessit 1755. vulgatis hisce libellis: Omnis felicitas Hungariae in singulari favore Mariae. Tirn. 1738. 8. Bellica Hungarorum fortitudo. Tirn. 1745. 8.

Georgius Gerö, Sexardini natus 1732. S. J. tirocinium ingressus 1752. Docuit artes amoeniores. Ad levandum febris hecticae fastidium, idiomate patrio concinnavit hunc librum: Bullioni Godofrednek hadi munkáji. Cassov. 1768. quo rebus humanis exemtus est.

Antonius Grueber, in Societ. J. Tirnaviae susceptus 1717. Philosophicas et theologicas disciplinas Agriae, Tirnaviae, Claudiopoli tradidit. Praefuit. Vivere desiit 1747. Typo data: Historia Thaumaturgae Virginis Claudiopolitanae. Claudiop. 1736. 12.

Ioannes Gyaloghi: Gyöngyösini natus 1686. S. J. tironibus adlectus 1701. Philosophiam explanavit. Praefuit. Mortem obiit Budae 1761. Prelo subiecit opera sic inscripta: Prima Iesu Societas Claudiopolitana. Claudiop. 1715. Corona Ioannea. Ibid. 1715. Iter ad templum honoris. Ibid. 1719. Theophili Romano-Catholici in Psalmos elegiae 12. Tirn. 1726. Daciae spes et Deliciae. Ibid. 1730. De ratione recte emendateque scribendi. Tirn. 1730. Halotti Predikatzio. Pro Ioanne L. B. Bornemissa. Claudiop. 1747. De arte divinandi. Cassov. 1713. Emblemata anno iubilaeo missionis S. J. M. Vásárhely. Claudiop. 1750. Sacrorum sermonum volumina sex. Hungarice.

Franciscus Göcze, Levae natus 1714. in Societate J. Claudiopoli quatuor vota professus 1749. Docuit Mathesim ac Theologiam universam. Viennae, maculis in militari Nosocomio contractis, victima charitatis occubuit 1758. Bisztriczii hunc panegyricum dixit: Az ó Testamentomi Jósefnek eleven képe, B. Kalazantzius. Claudiop. 1750.

Andreas Handler, Nagy Martonii natus 1726. S. J. tirocinium inivit 1743. Linguam graecam primum Szakolczae, dein Tirnaviae tradidit. Ibidem mortuus 1762. Vulgavit: Principes Transilvaniae. Claudiop. 1753.

Ignatius Hertl, in lucem editus 1703. in S. J. solennia quatuor vota professus 1739. Philosophiam Budae, Mathesim tam ibi, quam Tirnaviae 5. Cassoviae 4. annis docuit, ac edidit: Elementa Arithmethicae. Cassoviae 1753.

Iosephus Hiemer, Albaregalensis, Societati J. nomen dedit 1758. Quum sacrae graecaeque linguae operam impendisset, concinnavit: Lessum pastorum in mortem immaturam C. Aloysii Szunyogh. Tirn. 1765. 8.

Michaël Hoffman, Posonii natus 1724. in S. I. quartum Pontifici votum dixit 1760. Tirnaviae humaniores, Budae philosophicas disciplinas tradidit. Adornavit: funebrem orationem Comiti Iosepho Illésházi Trencsinii, typis datam Tirnaviae 1766. Fol.

Adamus Jábrovszky, iu Transilvania natus, S. J. tirocinium auspicatus, praefuit humanioribus. Dum in suburbio Coronensi peste correptis deserviisset, ipse victima charitatis cecidit 1756. Confecit: Inferias herois manibus Ottonis Ferdinandi S. R. J. Comitis de Traun et Abensperg. Claudiopoli 1748. 8.

Andreas Jámbresich, Zagrabiae natus 1706. in S. J. solemnia quatuor vota nuncupavit A. 1742. Traditis philosophicis theologicisque scientiis, rexit. Decessit Varasdini. Prelo subiecit: Lexicon latinum, interpretatione illyrica, germanica et hungarica locuples. Zagrab. 1742. Municipale Croatiae Ius. Ibid.

Andreas Jászlinszki, in lucem susceptus Szirmae prope Cassoviam 1715. Sponsione quatuor votorum arctius se Societati J. devinxit 1751. Tirnaviae Philosophiam et Theologiam, et didicit, et docuit, Socius Provinciae, ultimus Sociorum Tirnaviae Rector, novo Canonicorum Rosnaviensium Collegio adscriptus, ibi pie defunctus 1784. Opera ipsius sunt: Oratio de Virginis Deiparae sine macula conceptu. Tirn. 1744. 4. Institutiones Logicae et Metaphysicae. Tirn. 1754. 8. Institutiones Physicae. Ibid. 1756. Tractatus de Angelis, beatitudine, et actibus humanis. Ibid. 1762. 4.

Guilelmus Jenami, Austriacus quidem, ast Tirnaviae institutus, Eloquentiam sacram professus, concinnavit: Panegyricum: dum inaugureretur Bibliotheca S. J. Tirnaviae 1761. Meditationes item decem in decalogum. Graecii 1771.

Franciscus Kazi, Levae natus nobili genere 1695. In S. J. solennia quatuor vota professus 1730. Philosophicis theologicisque disciplinis Tirnaviae traditis, praefuit. Posonii ad aeternam quietem transiit 1759. Ex pluribus ingenii eius partubus hi lucem publicam viderunt: Fasti Hungariae. Cassov. 1721. 8. Concilium decem virorum Hungariae. Tirn. 1722. 12. Vectigal seculare. Viennae 1723. fol. Svasoriae Regum Hungariae. Tirn. 1728. 12. Somnia sapientis. Tirn. 1731. 12. Historia Universitatis Tirnaviensis 1734. 4. Historia Regni Hungariae. Tirn. T. I. 1737. T. II. 1741. Tom. III. 1749. fol. Ibid. Est continuatio Historiae Istvanfianae. Posthuma memoria trium insignium e Societate hungarica virorum. Tirn. 8. Reliquit praeterea MSS. quorum partem Archivum Bibliothecae Universitatis possidet.

Ioannes Kazi, Francisci Germanus, itidem Levae natus 1686. in Soc. J. solemnia quatuor vota nuncupavit 1720. Philosophiam ac Theologiam partim Graecii, partim Tirnaviae docuit annis 16. Rexit Collegia annis 13. Podagrae ac chyragrae doloribus tandem succubit 1759. Tirnaviae. eius doctrinae monumenta sunt: Stoa vetus ac nova. Tirn. 1710. 12. Commentarium rerum hung. croat. transilv. Tirn. 1718. et 1719. Quaesita physica serio curiosa. Tirn. 1720. Ultimum mundi quadriennium. Tirn. 1715. 12. Reliquit octo Tractatus MSS. Theologicos.

Antonius Kelemen, in lucem editus Karolini 1708. in Societ. J. tertium probatus, philosophicas ac theologicas scientias docuit annis 10. Ty-

pographiae praefuit annis sex. Vitam clausit Claudiopoli 1760. Eius sunt: Elegi. Cassov. 1735. Exercitatio Rhetorica super obitu Principis Eugenii. Tirn. 1756. 8. Panegyricus de S. Xaverio. Tirn. 1736. Oratio de SS. V. immaculato conceptu. Tirnaviae 1738. 4.

Adamus Kereskényi, ingressus in vitam 1713. in Societatem J. 1728. quatuor vota professus 1746. Tradita Tirnaviae Philosophia, praefuit; exstinctus Claudiopoli 1777. Typo datis operibus: Philomusus Tirn. 1737. 8. Sz. Ágostonnak megtérése. Tirn. 1758. 8. Canisius Péter által egybeszedett keresztyén hitnek kérdései. Jaurini 1758. 12. Cyrus, szomorú Játék. Mauritius, szomorú Játék. Cassov. 1767. 8.

Franciscus Kéri, nobilibus in Provincia Szabolcsensi parentibus ortus 1702. S. J. tirocinium iniit 1719. Philosophiam Tirnaviae, Theologiam ibidem et Viennae docuit. Hungariae redditus, Collegia rexit. Est inventor artis novae construendi tubos catadioptricos, qui nihil anglicanis cedunt. Usu tandem membrorum destitutus, calamitosam vitam finiit. Tirnaviae 1768. Prelo subiecit: Panegyricum de S. Ignatio. Tirn. 1730. Immaculatam Deiparae conceptionem oppugnatam illustriorem. Ibid. 1731. 4. Dissertationem de Cometa viso. A. 1729. Tirn. 1736. Epitomen Historiae bizantinae. Tirn. 1738. et seqq. in tomulis octo. Qui duobus tomis comprehensi hoc titulo recusi sunt: Imperatores orientis. Tirn. 1744. fol. Dissertationem physicam de corpore generatim. Tirn. 1752. De motu corporum. Ibid. 1753. De caussis motuum. 1754. De Luce. Cassov. 1756.

Ignatius Klausz, natus Posonii 1717. in Societate J. quartum Pontifici votum dixit 1752. Philosophiam et Theologiam docuit, praefuit; mortuus Posonii 1791. Iuris publici fecit: De Tabaco Georgicorum libros duos. Tirn. 1744. 8.

Michaël Klausz, Ignatii frater, Posonii primam lucem aspexit 1719. In Soc. I. nuncupatis quatuor votis, Philosophiam annis 10. tradidit. Censor librorum Posonii constitutus 1767. Viennae decessit 1792. His operibus editis: Prima ac generalis Philosophia de Metaphysica. Vien. 1755. Physica generalis ac particularis. Ibid. 1756. 8.

Stephanus Kolb, natus Iaurini 1684. in Societate J. humaniora professus, Concionationator celeberrimus, postquam quinquagenarius Sacerdos litasset, obiit 1765. Iosephum Ezterházium oratione funebri laudavit. Excusa Posonii 1748.

Iosephus Koller, Óvarini natus A. 1703. in Societate J. vinculo quatuor votorum devinctus 1737. Philosophia Tirnaviae, Theologia de moribus Budae tradita, Romam missus, inde redux, praefuit Collegiis, ac Pro-

vinciae triennio, Viennae mortuus 1766. Cuius opera sunt: Imago heroum. Tirn. 1729. 8. Cerographia Hungariae. Tirn. 1734. 8. Fasti Austriae. Vien. 1736. Laudatio funebris Guidobaldi Stahrenberg. Vien. 1737. 8. Panegyricus S. Ioan. Francis. Regis in eius Apotheosi. Vien. 1738. fol.

Ioannes Kovács, S. J. Chronica hungarica contraxit, et sic edidit: A' Magyar Kronikának rövideden lerajzolt sommája. 1742.

Iosephus Krcho, Solnae natus 1726. quartum in Societate J. solemne votum dixit. 1749. Graecam linguam primum Szakolchae, tum Tirnaviae docuit. Leutschoviae diem suum obiit 1780. Horum operum auctor: Poëta christianus. Cassov. 1740. Caussae forenses in Palatio eloquentiae actae. Cassov. 1741. Panegyricus de S. Xaverio. Tirn. 1742.

Francisous Lippoldt, Jaurini natus 1715. in Societatem J. receptus 1731. Philosophiam tradidit, in Ács mortuus. Iaurini tamen sepultus 1753. Vulgavit, Tristia emerita. Tirn. 1740. Concionem de S. Ioanne Nep. De traditionibus tractatum, germanice. Cassov. 1750.

Michael Lipsics, in lucem editus Óvárini 1704. in Societatem J. cooptatus 1720. Philosophicas, theologicasque disciplinas explanavit Tirnaviae, tum alibi. Decessit Iaurini 1765. Eius ingenii monumenta sunt: Algebra. Cassov. 1739. Statica. Ibid. 1740. Historia coelestis. Ibid. 1741.

Ferdinandus Litkei, in Provincia Neogradiensi primam lucem adspexit 1700. Philosophiam docuit; praefuit; mortuus Claudiopoli 1741. Typo dedit: Orationem panegyricam de immaculata Virginis Deiparae conceptione. Tirn. 1729. Indicia sanctitatis hungaricae. A. 1737. Tirn. 8.

Iosephus Maister, in lucem editus 1715. in Soc. J. quatuor vota professus 1750. Dum Tirnaviae Rhetoricam docuisset, edidit: Heroes Hungariae. Tirn. 1743. Theologus ibid. Imaculatam V. M. defendit

Stephanus Markus, Societati nomen dedit 1733. valedixit 1745. Quum Tirnaviae Poësim docuisset, prelo subiecit: Prima orbis hungarici lilia. Tirn. 1742. 8.

Ignatius Mattyasovszki. praeclaro sanguine natus, Societatis J. vestes assumsit 1736. deposuit 1753. In Vizkelet Parochus mortuus 1761. Elegiaco Carmine deduxit ac edidit: Illustrium Hungariae virorum Ethopaeas. Tirn. 1744. 8.

Samuel Macz, Szepesvárallyae natus 1716. in Soc. J. quartum Pontifici votum dixit 1752. Decessit 1788. Typo vulgavit: Metamorphosim Septicollis Dacici. Claudiop. 1741. 12.

Petrus Miel, in Hungaria natus 1681. Soc. J. tirocinium inivit 1698. Docuit artem oratoriam, Bruxellis Archi Duci Elisabethae a Confessionibus

fuerat; reversus rexit. Viennae exstinctus 1755. Eius ingenii partus sunt: Somnium catholicum de haeresi in Hungaria. Tirn. 1715. Stratagemata Martis hungarici. Tirn. 1716. Genethliacus Seren. Leopoldo, recens nato, dictus. Ibid. 1716. Quadragesimam sanctam Gabrielis Hevenesi in Belgio gallice reddidit 1730. Conciones. Viennae.

Michaël Miklovics, in Horstein natus 1709. in Societatem J. cooptatus 1725. Philosophiam ac Theologiam tradidit, rexit; apud Emericum Battyányi Pinkafeldae mortuus 1759. Prelo subiecit: Annum secularem Universitatis Tirnaviensis. Tirn. 1735. 12.

Ioannes Miller, Agriae natus 1722. et mortuus 1788. Quatuor votis Societati J. devinctus, edidit: Fastorum urbis et templi Hierosolimitani Capita septem Cassov. 1750.

Christophorus Muessert, Ginsii patre, Lutheranorum Ministro, natus 1712. Religionem catholicam, et Societatem J. amplexus 1730. Philosophiam ac Theologiam docuit; praefuit; vitam hanc transiit 1770. Eius opera sunt: Speculum Praesulum Hungariae. Cassov. 1737. Imago clarissimorum trium Ecclesiae luminum. Ibid. 1738. Placita moralia. Claudiop. 1744.

Antonius Muszka, in Provincia Barsiensi Szöllösini natus 1719. Societatem Jes. tironibus adlectus A. 1734. Philosophiam primum Iaurini, dein Cassoviae, Theologiam partim hic, partim Tirnaviae tradidit. Utrobique Cancellarii munere perfunctus, collegio Szakolczensi postremus praefuit. Tirnaviae defunctus 1790. Iuris publici fecit: Invictam Ioannis Corvini fortitudinem, cum epistolis elegiacis. Cassov. 1743. Felices duorum Daciae Vajvodarum expeditiones. Claudiop. 1744.

Nicolaus Muszka, Antonii Germanus, lucem primam aspexit 1713. in Soc. J. solemnia quatuor vota professus 1748. Tirnaviae Philosophiam; Viennae Theologiam explanavit. Postquam sociam Provinciae Praesidi operam navasset, ipse tandem universae Provinciae praefuit, novique postea capituli Neosoliensis Praepositus; decessit 1784. Publica luce donavit: Epistolas miscellas. Cassov. 1739. Palatium Regni Hungariae. Cassov. 1740. Absolutum patientiae exemplar D. Franc. Xav. Tirn. 1741. De Sacramentis novae legis Dissertationum theologicarum libros VIII. Tom. I. Vien. 1754. T. II. ibid. 1755. De actibus humanis. Ibid. 1750. De Legibus. Ibid. 1759. 4.

Ladislaus Nedeczki, Kis Kolcsoviae natus A. 1737. Philosophicas ac theologicas disciplinas annis 14. docuit. Rexit, ac mortuus Tirnaviae 1759. Edidit: Synopsim geographicam. Claudiopoli 1737.

Iosephus Némai, in Transilvania natus 1705. in Soc. J. quartum Pontifici votum dixit 1742. Obiit Claudiopoli 1772. Vulgavit: Res praeclare

gestas Sigism. Kornis, Transilvaniae Gubernatoris 1732. Historiam sacram Severi Sulpicii. Claudiop. 1733.

Franciscus Németi, ad S. Gothardum natus 1694. in Societate J. Philosophiam Claudiopoli, Theologiam de moribus Tirnaviae tradidit. Collegia rexit Tirnaviae, Viennae. Ad S. Adalbertum. Tirnaviae defunctus 1742. Typo dedit: Coronatas virtutes. Cassov. 1720.

Stephanus Novotha, in lucem Vág-Ujhelyini 1697. in Societatem J. susceptus 1713. artes amoeniores Tirnaviae, Philosophiam Budae, Theologiam moralem Agriae docuit, rexit. Oculorum visu captus, Tirnaviae ad lucem sempiternam translatus. 1777. Publica luce donavit: Imaginem poëticam. Tirn. 1723.

Adamus Nyiró, in lucem editus 1723. Soc. J. solemnia quatuor vota nuncupavit 1757. Philosophiae ac Theologiae disciplinis traditis, Cassoviae mortuus 1784. Iuris publici fecit: Epistolas Heroum et Heroidum. Claudiop. 1747. Utopiam sapientem. Ibid. 1748. 8.

Andreas Osimnika, Patre Hungaro natus 1720. in Societ. J. quartum Pontifici votum dixit 1754. Philosophiam, theologicasque disciplinas explicuit. Plures lingua germanica dictiones prelo commisit, e quibus celebriores sunt: in apotheosi S. Josephi Calasantii. Vacii ac Pestini. S. Seraphini ordinis Capucinorum. B. Simonis de Roxas ord. SS. Trinitatis. B. Antonini Nevrot Ord. S. Dominici, de Buda recuperata. Budae 1756. 4.

Emericus Palkovics, Societatis J. tirocinium ingressus 1722. Philosophiam ac Theologiam docuit; finiit Budae 1760. Praefatus est: Commentario de sacra corona. Tirn. 1732.

Carolus Péterfi, illustri stemmate prognatus Posonii 1700. Societati J. quatuor votorum sponsione devinctus 1734. Dialecticam Viennae docuit; reliquam vitam lucubrationibus eruditis impendit, typo vulgatis: Sacris Hungariae conciliis; Historiam Moldaviae scribere coepit, quum Paralysi correptus, natale solum pro tumulo nactus est 1746. Publicam in lucem emisit: Panegyricum de S. Xaverio. Tirn. 1723. Decus Europae, seu Domum Ursinam, occasione electi in Pontificem maximum Benedicti XIII. Tirn. 1713 Curiam Judicum Regni Hungariae. 1726. Sacra Concilia Ecclesiae Romano-Catholicae in Regno Hungariae celebrata. Pars I. Poson. 1741. Vien. 1742. P. II. Poson. 1742. fol. prodiit. Erat Scriptor latinus potens.

Franciscus Pécsi, Diószegini natus 1703. in Societatem J. receptus 1718. Humaniora tradidit. Patakini vivere desiit 1744. Edidit Principis Eugenii Colossum Igloviae. Claudiop. 1736.

Franciscus Piacsovich, Pejachevich, illustri genere natus 1707. in Societate J. solemnibus quatuor votis Deo se donavit 1740. Philosophiam ac Theologiam explicuit; praefuit; abolita Societate factus Abbas SS. Trinitatis de Petri Varadino. Decessit 1781. Relictis his ingenii monumentis: Controversiae Ecclesiae orientalis et occidentalis. Graecii 1752. Dogmatum theologicorum de sacramentis in genere et in specie. Graecii 1754. De fontibus theologicis et de Deo uno et trino. Ibid. 1756. De Deo incarnato. Ibid. 1757. De gratia et merito. ibid. Historia Serviae. Opus posthumum.

Franciscus Pinka, in lucem editus 1709. In Societate J. quarto voto Pontifici devinctus 1745. Philosophicas et theologicas disciplinas Tirnaviae tum alibi docuit 15. annis. Praefuit; mortuus Eperjesini 1771. Vulgavit: Prima quinque secula Regni Mariano-Apostolici. Cassov. 1745 — 1746.

Iosephus Pintér, Sátor Újhelyini natus 1717. S. J. tirocinium auspicatus A. 1737. Nuncupatis quatuor votis 1750. Philosophiam exposuit Budae, Theologiam Iaurini tribus annis, totidem Tirnaviae; mox abolita Societate, colicis doloribus in Szihalom vitam posuit. Eius eruditi partus sunt: De vera nobilitate. Tirn. 1741. 8. Conspectus equestrium ordinum. Ibid. 1742. Chronotaxis Henscheviana. Ibid. 1754. 8. Dixit orationem funebrem Francisco Klobusiczki Archiepiscopo Colocensi, typis excusam Budae 1760. fol. Adornavit panegyricam salutationem C. Barkoczi A. Episcopo Strigoniensi. Tirn. 1761. fol. Concinnavit et peroravit funebrem laudationem eidem A. Episcopo, dum illi parentaretur. Tirn. 1765. fol.

Ioannes Pirolt, Schemniczii natus 1698. in Societ. J. solemnia quatuor vota nuncupavit 1732. Mathesim Tirnaviae professus, praefuit; Leutschoviae decessit. Praeter quindecim libros pios sclavicos, publica luce donavit: Modum resistendi tentationibus. Cassov. 1744.

Mathias Pork, in lucem editus Posonii 1690. in Soc. J. quartum Pontifici votum dixit 1726. Philosophiam et theologiam docuit, rexit. Posonii rebus humanis exemtus 1779. Typo dedit: Palatium Regum Hungariae. Tirn. 1723. Christianum poenitentem. Cassov. 1727. Thesaurum Ecclesiae Christi, per Iubilaeum in fideles dispensatum. Ibid. 1731. Hymnum: O virgo virginum.

Sigismundus Podlusáni, in Societatem J. receptus, quum Ethicen alterum in annum explanasset, missionem a Societate petiit, et obtinuit. 1719. Factus primum Parochus Liszkensis, dein Carponensis. Edidit: Parochum duodenario pressum pondere. Cassov. 1724. Historiam bipartitam de rebus gestis Hungariae Regum. Iaurini 1742. 8.

Stephanus P o n g r a c z, in Liptovia nobili loco natus 1713. in Soc. J. quarto voto devinctus 1750. Philosophiam ac Theologiam explicuit, praefuit, decessit Neosolii 1767. Vulgavit: C. Gabrielis Patachich, Archi Episcopi Colocensis laudationem funebrem. Claudiop. 1746.

Franciscus P r e c k e n f e l d, in Carniolia natus 1682. in Societatem J. receptus 1697 Mathemata tradidit Graecii, Tirnaviae, Cassoviae. Praefuit. Claudiopoli vivere desiit 1744. Luce publica donavit: Manuale horographicum. Cassov. 1734. Vade mecum piorum adolescentum: Claudiopoli saepius recusum. Ornatam Syntaxim auctam. Claudiop. 1736. Phrases latinitatis. Ibid. 1737. Lapidem lydium, sive Indicem antonomasticarum vocum et phrasium. Ibid. 1737. 8.

Ioannes P u r g i n e, primam lucem adspexit 1721. in S. J. receptus 1736. Tirnaviae vix Theologiam auspicatus, vitae cursum absolvit 1748. Edidit: De vi electrica. Carmen didacticum Tirnaviae 1746. 8.

Antonius P u r g s t a l l, illustri prosapia natus 1708. S. J. tirocinium inivit 1726. Tirnaviae tam Hebream, quam Philosophiam docuit. Mortuus Labaci 1771. Juris publici fecit: Oeconomiam philosophicam. Tirn. 1746. 8. De vanitate Consiliorum. Ibid. 1747. 12.

Mathias P u r u l i c h, natus Zagrabiae 1726. S. J. tirocinium auspicatus 1742. explanata Theologia, praecoci fato sublatus. 1767. Produxit: Dissertationem: de Pascha Christi ultimo. Tirn. 1765.

Antonius R a d i c s, in Keserü natus 1727. in Societate J. Philosophiam Budae, Theologiam Polemicam Tirnaviae docuit. Vestibus religiosis cum ecclesiasticis commutatis 1769. Parochus in Cseklész factus. Obiit 1773. Edidit: Introductionem in Philosophiam naturalem. Budae 1765. Institutiones physicas. Ibid. 1766. 4.

Ioannes R e n d e k, in Universitate Tirnaviensi I u r i s D o c t o r, celeberrimus, in lucem emisit: Institutiones Imperiales. Tirn. 1735 — 1736. Maximas Iuris celebriores. Ibid. 1747. 8.

Ladislaus R é p s e l i, in Soc. J. quartum Pontifici votum dixit 1740. Philosophiam Claudiopoli, Theologiam Tirnaviae explicuit. Praefuit; Budae defunctus 1763. Eius opera sunt: Hunnias. Tirn. 1731. Rhetor officiosus. Ibid. 1738. Syntagma Iuris Hungarici, complectens etiam speciales Transilvaniae leges. Claudiop. 1743.

Antonius R e v i c z k i, in lucem editus 1713. in Soc. J. solemnia quatuor vota nuncupavit 1756. Tradita Tirnaviae Philosophia, Pestinum ad agendas Societatis Hungaricae causas translatus 1759. Rexit Budae 1770. Supressa Societate Abbas Lekériensis, et Castrensis vicarius Generalis obiit

Budae 1781. Concinnavit: Votum immaculatam conceptionem Deiparae tuendi. Tirn. 1751. Panegyricum de S. Ignatio. Ibid. 1752. Logicam et Metaphysicam. Ibid. 1757. Physicam geeralem. Ibid. 1757. Physicam particularem. Ibid. 1758. 8.

Colomannus Riczinger, in S. I. cooptatus, postquam Philosophiam Tirnaviae, Theologiam de moribus Budae docuisset, extra Hungariam rexit, defunctus Passavii 1753. Vulgavit: Magisterium naturae humanae. Tirnav. 1716. Parva naturalia Aristotelis. Ibid. 1717.

Thomas Rost, Tirnaviae natus 1695. in Soc. J. solemnia quatuor vota professus A. 1730. Philosophia, et Theologia polemica traditis, Typographaeo Tirnaviensi praefuit. Posonii Censor librorum 14. annis. Obiit 1765. Prelo subiecit: Enthusiasmum super tricolle Hungariae. Tirn. 1722. Opera S. Francisci Salesii latine reddidit. Auxit Epitomen Tursellini, Timonisque.

Carolus Roth, Budae natus 1721. in Soc. J. quatuor vota nuncupavit 1754. Cassoviae Philosophiam, Tirnaviae Theologiam explanavit. Mortuus Budae 1785. Dixit orationem funebrem Francisco Primo. 1765. fol.

Franciscus Roys. Neosolii natus 1713. Solemnibus quatuor votis arctius Societati J. devinctus 1747. Tam Philosophiam, quam Theologiam explicuit. Viennae hydrope consumtus 1768. Edidit: M. Annae Austriacae Lessum. Vien. 1745. Exercitationes dramaticas. Ibid. 1746. Ius naturae. Ibid. 1753. 8. Frater ipsius Adalbertus nonnulla Rhetorica addidit.

Ioannes Sajnovics, Tordasini Cot. Alben. natus 1733. in Soc. J. quartum Pontifici votum dixit 1766. Speculae Astronomicae Tirnaviae Socius, cum Maximiliano Hell Warthusium profectus, ad veneris transitum per discum solis observandum A. 1769. in Socium Regiae Scientiarum Societatis Hafniensis et Nidrosiensis cooptatus est; postquam recitasset concinnatam a se: Demonstrationem idioma Hungarum et Lapponum idem esse, Hafniae 1770. Recusam Tirnaviae 1772. Edidit etiam Ideam Astronomiae 1778. 8.

Ignatius Sajghó, Tirnaviae natus 1713. solemnibus quatuor votis in Soc. J. nuncupatis 1749. Philosophiam et Theologiam polemicam Tirnaviae docuit, ibidem praecoci fato sublatus 1754. Vulgavit: Spectacula heroicae in oriente Iuventutis. Tirn. 1741. Panegyricum lustri militaris sub auspiciis M. Theresiae. Tirn. 1747.

Petrus Schetz, Viennae natus 1691. in Societatem J. receptus, Tirnaviae Philosophiam exposuit. Theologiae disciplinis, extra Hungariam traditis, Graecii decessit 1756. Typo dedit: Metamorphosim Hungariae. Tirn. 1716. Geographiam novam. Ibid. 1726. 1727. Historiam Ducum Stiriae. Graecii 1728. fol.

Andreas Schmidhauer, Quinque Ecclesiis in lucem editus 1712. in Soc. J. Philosophiam Tirnaviae, Theologiam Cassoviae tradidit, ubi finiit 1763. Edidit: Bellicarum in Hungaria calamitatum caussas tres. Tirn. 1746.

Nicolaus Schmitth, primam lucem aspexit Nagymartonii 1709. quartum in Soc. J. votum Pontifici dixit 1746. Philosophiam ac Theologiam Tirnaviae docuit; praefuit; Tirnaviae defunctus 1767. Eius industriae fructus sunt: Triumphi laureati D. Ioan. Francisci Regis. Cssov. 1738. Palatium Regni Hungariae. Ibid. 1739. Archi Episcopi Strigonienses. Tirn. 1752. fol. 1758. 8. Tractatus theologicus de virtute et iustitia. Ibid. 1760. De aug. Verbi Divini mysterio. Ibid. 1757. 1761. De Divina Gratia. Ibid. 1758. Imperatores germanici. Ibid. 1760. Series Episcoporum Agriensium. Ibid. 1767. 8. in tomis tribus.

Ioannes Sipek, ad Albos montes natus 1727. in Soc. J. solemnia quatuor vota nuncupavit 1762. Philosophiam Iaurini, theologicas disciplinas exposuit Tirnaviae, Iaurini, Budae. Produxit: Artem aucupandi. Tirn. 1753.

Iosephus Splényi, in Nyárs-Ordo natus 1710. in Societatem J. cooptatus 1725. Philosophiam explanavit Budae, theologicas disciplinas Agriae, Cassoviae, Tirnaviae. Mortuus Agriae 1773. Edidit: Affectus Musarum. Cassoviae 1736.

Stephanus Szabó, Agriae in lucem editus 1695. Soc. J. tironibus adlectus 1714. Philosophiam explicuit Cassoviae, rexit Tirnaviae, tum alibi, translatus ad superos ibidem 1753. Ingenii eius partus sunt: Arbusculae maiales. Claudiop. 1719. Academicorum fulminantium Stemma. Ibid. 1720. Vindiciae Mariani conceptus. Tirn. 1723. Koronában foglalt Angyali Üdvözlet. Cassov. 1730. Prédikátziók. Quadragesimales. Sopronii 1743. Három esztendőre való Vasárnapi Prédikatziók. Tirn. 1746. fol. Sz. Istvánnak neve alatt felállitott társasághoz rövid Beszéd. Tirn. 1757.

Ioannes Szegedi, perantiqua domo natus 1699. in Soc. J. solemnia quatuor vota nuncupavit 1743. Tirnaviae Philosophiam, ac Theologiam explicuit. Praefuit; naturae debitum solvit Tirnaviae 1760. Singulari Iuris patrii cognitione praeditus, concinnavit: Tripartitum Iuris hungarici tirocinium. Tirn. 1734. 1754. Rubricas. Ibid. 1734.: 1740. Decreta et vitas Regum Hungariae, qui Transilvaniam possederunt. Claudiop. 1743. 1763. Verbőczium illustratum. Tirn. 1750. Assertorem libertatis hung. Andream II. Iaur. 1750. Andream II. Saxonum in Transilvania Assertorem. Iaur. 1751. Manuale Iurisperitorum Hungariae. Ibid. Bipartitam cynosuram universi Iuris. Ib. 1749.

Michael Szegedi, Simeghini natus 1706. in Soc. J. quartum Pontifici votum dixit 1740. Philosophiam et Theologiam Cassoviae, Tirnaviae,

Iaurini docuit. Praefuit. Gyöngyösini decessit 1752. Vulgavit: De institutione Iuventutis hungaricae dialogum. Tirn. 1735. De Primatu Romani Pontificis. Ibid. 1750. De intaminato V. SS. conceptu ad S. Stephani sodales, idiomate hungarico. Poson. 1750.

Ioannes Terstyánszki, natus 1706. in Soc. J. solemnia quatuor vota nuncupavit 1740. Postquam philosophicas, ac theologicas disciplinas Cassoviae, Budae, Tirnaviae tradidisset, Societatis Hungaricae causas procuravit annis 11. Mortuus 1781. Eius opera sunt: Laureata virginitas in Connubio. Cassov. 1731. Cassovia vetus ac nova. Ibid. 1732. Immaculati conceptus argumentum. Tirn. 1734. Ortus et progressus Sodalitatis Albaregalensis. Budae 1737. Oratio funebris pro Carolo VI. Imp. Claudiop. 1741. Topographiam Bombardianam auxit, ac edidit. Vien. 1750. fol.

Emericus Tolvaj, illustri genitus loco Holicsii 1694. Societati J. quatuor votis se devinxit 1728. Philosophiam Tirnaviae professus. Romam missus, poenitentes Hungaros ad S. Petrum 9. annis audivit. In patriam redux, collegia rexit plura; Typographaeum item Tirnaviense. In Kékkő mortuus 1781. Produxit: Laureatum in Heroibus Hungariae Seculum XVII. Tirn. 1718. Ortum et progressum universitatis Tirnaviensis ad annum 1660. Ibid. 1725. Ab anno 1661. ad 1700. Ibid. 1728.

Georgius Tsussem, Iaurini natus 1727. Soc. J. tirocinium inivit 1743. Linguam sacram docuit; finivit Trenchinii 1764. Prelo subiecit: Dissertationes de Coloniis Romanorum. Tirn. 1753.

Antonius Vánossi, Hungarus Albaregalensis, in Societate J. Philosophiam ac Theologiam polemicam Viennae professus. Praefuit, rexit, universam quoque Provinciam. Romam evocatus, Assistentisque Germaniae munere functus, tricenis pro munere Praepositi Generalis votis obtentis, obiit 1757. Eius ingenii monumenta sunt: Trias Carolina. Tirn. 1713. Religio vindicata adversus Naturalistas. Vien. 1720. Idea sapientis Theo-Politici. Tirnaviae 1746.

Stephanus Vargyas, Kapuvarini natus 1717. Societati J. adlectus 1735. Albae Regiae, contractis apud aegros fatalibus maculis, obiit 1751. Phraseologiam Wagnerianam idiomate hungarico locupletavit.

Franciscus Wagner, in Svevia quidem natus Anno 1676. in Austria Viennae mortuus 1748. In Hungaria tamen vixit, et Tirnaviae Rhetoricam professus, edidit: Dissertationem philologicam de vera eruditione, seu Critonem. Tirn. 1701. recusum Augustae Vind. 1720. Fatendum est, multum ipsum Iuventuti hungaricae commodasse, partim Phraseologiam, ornatam Syntaxim, typum cursus annui pro sex humanioribus classibus concinnatum;

partim: sex opuscula historica, librosque scholasticos sex inferiorum classium in ordinem meliorem redigendo. Illius praeterea sunt: Leopoldus. Augustae Vind. 1718. 1731. Iosephus. Vien. 1745. Quibus Hungaros multis calumniis oneravit, a Stephano Katona convulsis.

Bartholomaeus Zarubal, in Moravia natus 1692. Societati J. nomen dedit Trenchinii 1713. Philosophiam docuit; praefuit; Cassoviae defunctus 1752. Luce publica donavit: Vectigal virtutis. Cassov. 1717. Geographicam Globi terraquei Synopsim. Ibid. 1728. 1729. Phraseologiam Wagnerianam idiomate sclavonico locupletavit An. 1750.

§. 32. Alexander, a S. Ioanne de cruce, natus in Hungaria Karansebesini. Disciplinis Philosophiae perpolitus Tirnaviae, Carmelum discalceatum ingressus 1720. Solemnia vota nuncupavit Monachii 1739. Ingenii sui felicitate consequutus Lectoris munus tam in Provincia sua Bavarica, quam in Seminario Romano; visitatori generali fuit postea a secretis per Italiam, Galliam, Belgium aliasque Regiones. Ad Provinciam suam cum multarum linguarum peritia reversus, officio prioris Augustani, Definitorisque Provincialis, semel iterumque perfunctus, decessit A. 1794. XX. Ianuarii. Erat hic continuator operum Claudii Fleurii, qui Historiam ecclesiasticam concinnavit, primumque tomum An. 1690. vicesimum, et postremum 1719. vulgavit, quo suum opus ad annum usque 1414. perduxit, mortuus An. 1723. Hanc ut communis fert opinio, continuavit Claudius Fabri, Presbiter Congregationis Oratorii, defunctus An. 1753. Cuius 27. tomos ad annum usque 1595. perductos P. Alexander laudatus sex annorum spatio latine reddidit, notisque castigavit, edito tomo I. typis Augustanis 1767. tomo versionis XXVII. anno 1772. Tum ipse Fleurianum ac Fabrianum opus ad annum usque 1766. tomis 43. continuavit, quorum primus 1773. ultimus, seu continuationis 70. ordine 85-tus Augustae prodivit 1794. 8.

Ignatius Baernkopf, in lucem editus Comaromii 1741. S. J. tironibus adscriptus Trenchinii 1758. Philosophicas, ac theologicas Scientias professus, rexit Collegia; abolita Societate Posoniensis canonicus, tum Strigoniensis; primus praefuit Seminario Generali Pestini penes R. Universitatem instaurato, electus Episcopus Rosonen. A. 1806 — 8. Mortuus 1809. Hos sigulares ingenii partus edidit: Vindicias coelibatus Ecclesiarum occidentis. Augustae Vind. 1787. 8. De Dominio nobilium Hungariae. Poson. 1790. 8. De iure coronandarum Reginarum Hungariae disquisitionem. Poson. 1792. Vastum praeterea MSS. de Tolerantia volumen reliquit.

Stephanus Biró, in Transilvania natus 1725. in Societ. J. quartum Pontifici votum dixit 1759. Philosophiam ac Theologiam professus, Claudio-

poli e vivis ereptus 1782. Publici iuris fecit: De arte amicitiae parandae, conservandae ac dimittendae, libros tres Claudiop. 1750. Laudationem funebrem C. Antonio Cháki. Cassov. 1764. fol. Laudationem funebrem M. Theresiae. Cibinii 1781. fol.

Andreas Blaskovich, in Croatia natus 1724. In Soc. J. solemnia quatuor vota professus, Philosophiam, Theologiam de moribus, Leges ecclesiasticas, ac sacras litteras explicuit. Zagrabiae a furibus noctu caesus 1797. XXX. Maii. Typo dedit: Dissertationum Partem I. occasione recens eruti marmoris, ab Andautonensi Pannoniae Saviae rep. imp. Troiano. Decio olim dedicati: Partem II. occasione alterius reperti marmoris Herennia Etruscillae. 1789. fol. Partem III. qua ius Andautonensium et res Pannoniae Saviae amplius illustrantur. Ibid. 1780. fol. Prelo quoque subiecit: Gideonis L. B. a Laudon vitam. Ibid. 1792. 4.

Ladislaus Csapodi, Petőfalvae natus 1724. in Societatem J. receptus Agriae 1740. quartum Pontifici votum dixit 1758. Iaurini Philosophiam, Budae ac Tirnaviae Theologiam explanavit. Defunctus A. 1791. Eius opera sunt: Teresias, seu regiae virtutes Aug Theresiae. Tirn. 1750. Laudatio funebris C. Ioan. Pálfi. Ibid. 1751.

Ludovicus Csapodi, Ladislai Germanus, in lucem editus 1729. in Soc. J. solemni quatuor votorum sponsione devinctus 1763. Primus Tirnaviae Philosophiam e Newtonii principiis exposuit. Ibidem Theologiam annis 9. maxima laude professus. Abolita Societate J. Canonicus Vesprimiensis renunciatus, tum Abbas de Bocconio, tandem Praepositus Maior, ac Episcopus Scopiensis, ad laborum praemia demigravit VII. Iunii 1801. Eleganti methodo, styloque concinnavit, ac vulgavit: De Gratia libros quatuor. Tirn. 1769. De Religione revelata libros tres. Ibid. 1770. De Deo libros XII. Ibid 1771. De augustissimo Trinitatis, et incarnationis mysterio 1772. 8. m. Quorum subsidio et nos usos fatemur.

Ladislaus Dobra, in Transilvania natus 1720. in Soc. J. vinculo quatuor votorum devinctus, Philosophiam ac Theologiam explicuit. Claudiopoli mortuus 1764. Prelo subiecit: Olivam pacis. Claudiop. 1746. In idola orbis terrarum actionem. Ibid. 1747. Orationem Ludovico de Battyán, Palatino Hungariae. Tirn. 1751.

Franciscus Fabri, Levae nobili genere natus, 1726. in Societ. J. quatuor vota professus 1761. Humaniora professus. Elegiaco Carmine recensuit, ac edidit: Locumtenentes Hungariae sub Regibus austriacis. Cas. 1753. 8.

Franciscus Faicser, Kereszturini natus 1746. quatuor votorum 1770. Philosophiam ac Theologiam polemicam professus. Abolita Societate,

honorariis Sabariensibus Canonicis adscriptus, Quinque Ecclesiis Scholas direxit, ibidem mortuus 1792. Inter carmina plura, quae luci dedit, principem locum tenent sic inscripta: Inauguratio Regiae scientiarum Academiae Budensis. A. 1780. 8.

Ioannes Fridvalszki, Posonii in lucem susceptus 1730. in Soc. J. quatuor solemnia vota nuncupavit Claudiopoli; factus subin Canonicus Scepusiensis. Vivere desiit 1784. Vulgavit: Diploma Andreae II. pro Saxonibus. Claudiop. Mineralogiam M. Principatus Transilvaniae. Claudiop. 1767. Dissertationem de Skumpia. Ibid. 1773. Reges Hungariae Marianos. Vien. 1775. Conciones in festa B. V. Leutsch. 1781.

Mathias Geiger, primam lucem conspexit 1720. Tirocinium S. J. ingressus Trenchinii 1737. Philosophiam ac Mathesim professus, rexit Tirnaviae, tum alibi. Renunciatus Abbas S. Crucis ad Muram. Oratione funebri laudavit: Cineres pretiosos duorum fratrum, Ioannis ac Francisci Nagy. Cibinii 1744. 4. Comediam gallicam edidit. Tirnaviae 1765. 8.

Ioannes Gotgeisl, Posonii natus 1726. in Soc. J. quatuor votorum 1761. Docuit Mathesim Claudiopoli, Iaurini, Tirnaviae; hic etiam Philosophiam, disciplinas dein theologicas Cassoviae, Iaurini, Budae, mortuus 1791. Concinnavit: Palatinos Hungariae sub Regibus Austriacis. Cassoviae 1753. 8.

Ioannes Grossinger, Comaromii genitus 1728. quartum in Soc. J. Pontifici votum dixit 1762. Cursu scholari absoluto, educandae Iuventuti tum Tirnaviae, cum alibi praefuit; demum in Halleriana legione militibus sacra procuravit. Indefesso studio congessit: Universam Historiam physicam Regni Hungariae, secundum tria Regna naturae. Tomi IV. Comaromii 1793. 4. Produxit etiam Lessum ac luctum in praecox fatum Alexandri Leopoldi, R. H. Palatini. Comaromii 1795. 8. Item: Plausum S. Pannoniae monti redivivo dicatum. Comar. 1802. 4. Patruelis fuit Francisci, S. J. tironis, qui ordine hoc abolito, variis erroribus actus in lucem publicam emisit famigeratum: Ius publicum Hungariae. Halae Saxon. 1786. 8.

Maximilianus Hell, in lucem editus Schemniczii 1720. in Societatem J. Neosolii cooptatus 1738. Solenni quatuor votorum sponsione se devinxit 1756. Mathesim professus triennio, Viennam evocatus, ad obitum vsque seu A. 1792. Astronomum Caesareo-Regium egit. Vardhusiam, ad observandum veneris per discum solis transitum, profectus, celeberrimum illud phoenomenon tubis excepit III. Iunii 1769. Erudita huius opera sunt: Elementa Mathematica. Claudiop. 1755. Vindobonae recusa 1761. Tabulae solares Vindob. 1763. 1765. Observationes astronomicae Pekinenses. Vindob. 1768.

Observatio transitus Veneris ante discum solis. Hafniae 1770. 8. Appendix ad Ephemerides anni 1763. Vind. 1772. Ephemerides singulis annis. Adiumentum memoriae. Vien. 1774, 12.

Iosephus Hlatki, absoluta Strigonii Rhetorica, S. J. tironibus adscriptus Viennae 1764. Grammatices Scholas Tirnaviae professus, Societate abolita, Parochus in Hind evasit. Edidit librum: De impedimentis, et adiumentis litterarum. Tirn. 1774.

Ioannes Illei, Comaromii natus 1725. in Soc. J. votorum quatuor 1761. Budae Philosophiam, Iaurini Theologiam polemicam, Tirnaviae Eloquentiam sacram docuit. Abolita Societate J. Budae Rhetoricam ultro docendam suscepit. Inde Comaromium profectus: ibique mortuus 1794. Concinnavit Vindicias Mariani conceptus. Tirn. 1735. Panegyricum S. Ignatio 1756. Anitzius Manlius Torkvatus Boetziusnak öt könyvei. Cassov. 1766. Salamon, Ptolomaeus, és Titus, három szomorú Játék. Cassov. 1767. 8.

Ioannes Ivancsics, Comaromii natus 1722. Quartum in Societ. J. Pontifici votum dixit 1758. Philosophiam Tirnaviae, Theologiam Viennae docuit. Abolita Societate, factus Strigoniensis Canonicus, obiit 1784. Cuius acris ingenii partus sunt: Prosopopaeae e sacris litteris desumtae. Cassov. 1747. Elementa Opticae. Tirn. 1750. Universae Matheseos brevis institutio theoretico-practica. Tirn. 1752 — 3. Institutiones Logicae et Metaphysicae. Tirn. 1758. Institutiones Physicae. Tirn. 1759.

Stephanus Kaprinai, Érsek-Ujvárini natus 1714. in S. J. solemnia vota nuncupavit 1747. Phlosophiam Claudiopoli, Eloquentiam sacram Cassoviae docuit. Tirnaviae Historiographum egit; fortuna meliore dignus, rebus humanis exemtus est A. 1786. X. Dec. Suam, Patriaeque gloriam auxit operibus sic inscriptis: Varia Elegiarum artificia. Claudiop. 1737. 8. Prima Ioannis Franc. Regis in sanctos relati solemnia. Ibid. 1738. Lojola Sz. Ignácz' dicsérete. Cassov. 1745. Oratio funebris pro L. B. Ioanne Bornemisza. Claudiop. 1747. Andreae Fedro monita. Claudiop. 1740. 8. Eiusdem norma Principum Christianorum. Ibid. 1750. Úrnapi bizonyitás. Cassov. 1755. Institutio Eloquentiae sacrae P. I. Cassov. 1758. P. II. ibid. 1763. Hungaria diplomatica Mathiae Corvini P. I. Vindob. 1767. P. II. ibid. 1771. 4. Pars tertia per censuram supressa delitescit, ignotum, ubi? Reliquit insuper maximum thesaurum in MSS. de quo vide Cod. Dipl. tom. V.

Adamus Kollár, Neosolii natus, S. J. tirocinium ingressus 1737. Decurso Philosophiae triennio Viennae, Grammaticam et Syntaxim in oppido S. Nicolai docuit. Viennam iterum translatus, biennio linguis orientalibus impenso, quum in annum Theologiam audiret, impetrata missione, vestes re-

ligiosas posuit 1748. Factus subin Vindobonensis Bibliothecae Custos, ac tandem Rector, obiit ibidem 1783. In edendis aliorum quam suis partubus felicior, quam audacius, quam solidius enitebatur; luce publica donavit: Analecta monumentorum Vindobonensia Tom. I. Vindo. 1761. fol. Tom. II. ibid. 1762. fol. Casparis Ursini Velii de bello Pannonico Lib. X. cum adnotationibus et appendice Dipl. Ibid. 1762. 4. Historiae Diplomaticae Iuris Patronatus apost. Regum libros tres. Ibid. 1762. 4. De originibus et usu perpetuae potestatis circa sacra apud Hung. Reges. Ibid. 1764. 8. Amoenitates Iuris publici Hungariae. Vol. duo. Vindob. 1783. 8. Praeterea Collectiones Diplomatum, res hungaricas tangentium, in tomis pluribus, ex quibus nonnulla impetrare potui.

Emericus Kelcz, in Provincia castiferrei in lucem editus 1708. in Soc. J. solemnia quatuor vota professus 1742. Philosophiam Cassoviae, Theologiam polemicam, et leges ecclesiasticas Tirnaviae docuit; rexit; sublata Societate, factus Iaurini Canonicus et Praepositus S. Adalberti; mortuus 1792. In lucem emisit: Simulationem per Satyras detectam. Tirn. 1733. Laudationem funebrem Emerici Eszterházi, Strigon. A. Episcopi. Tirn. 1746. Orationem funebrem in exequiis C. Stephani Kornis. Claudiop. 1742. Catechismum hungaricum, Iaurini saepius recusum. Epistolas Mathiae Corvini, cum notis criticis. Cassov. 1743. 1744. 8.

Iosephns Kenyeres, Sabariae natus, in Soc. J. solemnia quatuor vota professus 1761. Tirnaviae philosophicas ac theologicas disciplinas tradendo vicenos annos praeclara cum laude exegit. Abolita Societate, Director Academiae Cassoviensis, Canonicus Rosnaviensis, et Abbas B. M. V. de Biers renunciatus. Debitum mortis solvit. A. 1805. Praeter adornatas Illibati conceptus vindicias; et Panegyricon S. Ignatio concinnatum. Tirn. 1754. 1755. Tacito nomine vulgavit: Trenckii bilancem pondere vacuam Budae 1790. Censuram tentaminis demonstrationis trium propositionum. Budae 1790. Castigationem libelli: Ius reip. in bona ecclesiasticorum dicti. Cassov. 1792. Analysim libri: ad utramque aurem dicti. Partes duae. 1796. 8.

Iosephus Keresztúri, in Provincia Szaladiensi, Stridovae natus 1739. S. J. tirocinium ingressus 1754. Grammaticam docuit. Posita veste religiosa 1764. Viennae pluribus annis Agentem aulicum egit. E vivis sublatus 1794. Eius opera sunt: Elogia in nuptias Iosephi et Iosephae Imp. Vien. 1765. In mortem Imp. Francisci. Vien. 1765. Dialogus inter Charontem et Pankl Poëtam. Ibid. In obitum Ioannis B. Paxy, Zagrabien. Episcopi. Vien. 1772. Introductio in opus Collectionis normalium constitutorum regnante Iosepho II. Vien. 1789. 4. De veteri instituto rei militaris Hungariae. Vindob.

1790. 8. Iosephus II. in campis Elisiis 1790. Leopoldus II. in campo Rákos 1790. Eleutherii Pannonii mirabilia facta, dum famosi duo libelli Babel et Ninive in lucem venissent. 1790. Vindiciae Cleri Zagrabiensis 1793. 8.

Iosephus Knall, in lucem editus Ginsii 1723. arctius in Societ. J. devinctus 1759. Docuit Eloquentiam sacram Tirnaviae, praefuit. Cassoviae decessit 1793. Typo dedit: Christianam fortitudinem Regiae stirpis Samu in Regno Chinensi. Cassov. 1751. Orationem pro primo regii Convictus ingressu. 1756.

Franciscus Kirina, natus in monte Pannoniae 1732. in Soc. J. solennium quatuor votorum 1766. Fuit Professor repetentium ac Linguae hungaricae ab A. 1768. Produxit: Eucharisticon Benedicto Sajghó Archi Abbati, vota secunda Deo profitenti. Tirn. 1761. Elegiam in natalem Aug. Mariae Theresiae. Ibid. 1769. fol.

Franciscus Kozma, in Nagy-Magyar natus 1728. in Soc. J. solennia quatuor vota nuncupavit 1762. Tradidit Philosophiam, Leges ecclesiasticas exposuit, ad populum hungaricum dixit. Struxit ac prelo submisit: Panegyricum D. Francisco Xav. Tirn. 1750. et 1775. Composuit Drama de Jekonia huius tituli; Jekoniás. Szomorú szabásu, víg kimenetelű Játék. Iaur. 1754. Dicső Sz. István' ép romlatlan sz. Jobbja. Budae 1771. fol. Educavit Excell. D. Iudicem Curiae, Universitatisque h. t. Praesidem. Obiit XXVIII. Octobris 1806.

Antonius Mailáth, lucem primam aspexit in Kereskény 1739. IX, Iunii in Soc. J. quartum votum Pontifici dixit 1773. quo Philosophiam Tirnaviae exposuit de moribus. Abolita Societate Iaurinum ad docendam Theologiam de moribus et eloquentiam sacram accitus, subinde Cathedralis Ecclesiae Canonicus 1788. ac Praepositus S. Salvatoris de Papocz 1790. renunciatus est. Eximiis naturae, doctrinaeque praesidiis ad dicendum instructus, plures facundiae suae fructus in lucem emisit: Panegyricum de S. Francisco Xav. Tirn. 1764. Orationem de SS. V. illibato conceptu. Ibid. 1766. Panegyricum de S. Ignatio. Ibid. 1767. Gratulationem de reddita valetudine M. Theresiae. Ibid. 1767. Panegyricum M. Theresiae, dum Senatus Academicus aedium recens conditarum possessione donaretur. Ibid. 1772. Orationem inauguralem Academiae. Iaur. 1774. 4. Funebrem in solemnibus exequiis Card. Iosephi Battyányi. Poson. 1799. Typis datam Iaurini 1800. Obiit A. 1801. XX. Decembris.

Antonius Mancini, Cassoviae primam lucem adspexit, ubi Societati J. nomen dedit. 1760. Philosophiam Tirnaviae, Theologiam Cassoviae audivit, ac destructo Sociatatis ordine, ad docendas humaniores litteras se convertit.

Concinnavit: Compendiariam politioris litteraturae notitiam. Posonii 1777. 8. S. Stephani vitam e Codice MS. Mellicensi edidit. Ibid. 1782. Ibidem mortuus 1783.

Stephanus Mihálcz, in Transilvania natus 1726. in Soc. J. quatuor votis adstrictus 1760. Tirnaviae Philosophiam de moribus explicuit. Luce publica donavit: Ethicam animalium. Claudiop. 1751. Ethicam hominum 1752. Ibid. Okosok' hite. Ibid. 1765. Keresztény Szeneka. Ibid. 1768. Dialogus adversus Socinianos. Ibid. 1770. 8.

Franciscus Carol. Palma, in lucem editus Rosenbergae 1735. In solemnia Soc. J. quatuor vota se copulavit. 1769. Propugnata Cassoviae Philosophia, Viennae Theologia, Geographiam Tirnaviae docuit; resoluta Societate, Canonicus, demum Praepositus Colocensis, Episcopus Colophoniensis, Suffraganeus ac Vicarius Generalis sede vacante. Obiit Pestini 1787. Eius industriae debentur: Heraldicae Regni Hungariae specimen. Vindob. 1766. Notitia rerum hungaricarum Partes tres. A. 1770. Tirnaviae ter recusa. Specimen genealogico-progonologicum ad Aug. Habsburgo-Lotharingicam Prosapiam illustrandam. Vindob. 1773. De titulis et insignibus Mariae Theresiae. Germanice. Vien. 1774.

Matthaeus Pankl, absoluta Viennae Philosophia, S. J. tirocinium inivit Vien. 1773. Logicam et Metaphys. Tirnaviae, dein Physicam et Oeconomiam Posonii magna cum laude docuit; ubi supremum quoque diem obiit 1798. In publicam lucem emisit: Compendium Institutionum Physicarum. Poson. 1790. 8. Compendium oeconomiae ruralis. Ibid. eod. In usum scholarum est praescriptum.

Mathias Platthy, lucem primam aspexit, Confessionis augustanae parentibus, in Provincia Liptoviensi, Nagy Palugyae 1726. in Soc. J. quatuor votorum solennium 1760. Philosophiam Cassoviae, Theologicas disciplinas Tirnaviae, Budae, Iaurini docuit. Postea invigilavit iuribus Societatis Pestini, qua sublata, factus Canonicus Neosoliensis et Praepositus B. V. de Liptó, defunctus Neosolii 1801. Prelo subiecit: Nicolaum Zrinium, elegiaco Carmine. Tirn. 1751. Vindicias Graecorum. Carmine Satyrico. Cassov. 1752. Primordia Ecclesiae, e sacris 4. seculorum monumentis, Graecis iuxta ac Latinis proposita. Budae 1790. fol.

Ioannes Prileszki, in Provincia Trenchiniensi natus 1709. Societati J. quatuor votis devinctus 1742. Philosophiam ac Theologiam Tirnaviae plures annos docuit, ibidemque Cancellarii munus sexennio gessit. Rexit. Sublata Societate Trencsinium profectus, annum Sacerdotii quinquagesimum celebravit 1787. Ex hac vita migravit XXVII. Octob. A. 1790. Ex pluribus eius operibus lucem viderunt: Historia Mariana, brevi metro concinnata. Cassov. 1734. Eloquentia pathetica. Ibid. 1735. Acta Sanctorum Hungariae,

Partes duae. Tirn. 1743 — 4. Notitia SS. Patrum, qui duobus primis Ecclesiae Seculis floruerunt. Tirn. 1753. Tractatus Theologicus de Deo uno et trino. 1756. 1760. De sacramentis in genere, et in specie: de Baptismo, Confirmatione, et Eucharistia. Tirn. 1757. De poenitentia, extrema unctione, Ordine, et Matrimonio. Cassov. 1759. Theologicorum Prologomenorum libri duo. Vien. 1761. Acta et scripta omnia S. Cypriani. Tirn. 1761. S. Theophili et M. Minutii Felicis. Ibid. 1764. Iraenaei. Cassov. 1763. S. Iustini. Ibid. eod. SS. Cornelii, Pontii et Victorini. Ibid. eod. S. Gregorii Neocaesareensis, S. Dionysii Alexandrini et Methodii Licii. 1766. 8.

Iosephus Rajnis, ortus Ginsii, S. J. tironibus adscriptu; Vien. 1757. Audita Tirnaviae Philosophia, studia inferiora ibidem docuit, Humaniora Iaurini, Mathesim ibidem professus, Exhortator Academicus, tum Correpetens Praemonstratensium; egit demum Archontem Keszthelyini. Ex ipsius operibus haec in lucem prodiverunt: Applausus poëticus festis honoribus Francisci Barkóczi oblatus. Budae 1761. Oratio de illibato M. V. Conceptu. Tirn. 1769. Panegyricus S. Ignatio dictus. Ibid. 1770. A' Magyar Helikonra vezető kalauz, cum appendicibus 1781. Poson. Virgilius Ekklogái. Poson. 1789. A' Velenczei Tükör. A' fordítás mesterségének reguláiról való itélet. Poson. 1789. Perfecta quadratura circuli. Jaur. 1793. Epicidion Comiti Georgio Festetics. Virgilius' Georgikona, Aeneise, et alia plura, quae vide in Tudom. Gyüjtemény a me deducta.

Ioannes B. Simunich, Croata, natus 1725. in Societatem J. susceptus Zagrabiae 1740. Quatuor vota professus 1758. Docuit Grammaticalia Tirnaviae, Philosophiam et Theologiam Graecii, factus Canonicus Chasmensis, ac Parochus Stridonensis. Edidit: De orientalium et occidentalium consensione circa processionem Spiritus S. Zagrab. Brevem notitiam Schismatis Graeci. Ibid. 1764. 8.

Franciscus Staindl, in Societatem J. Zagrabiae receptus 1763. in ea Grammaticalia ac Humaniora, illa sublata, Mathesim puram et applicatam docuit in Academia M. Varadinensi. Edidit: Elementa Geometriae practicae. Budae A. 1787.

David Szabó, Transilvanus Barotensis, ex Udvarhelyiensi Rhetorica S. J. tirocinium ingressus, Grammaticam Tirnaviae, Hummaniora Cassoviae plures annos docuit; Optime de Poësi metrica Hungarorum tentata meritus, edidit primo: libellum, quo breves Prosodiae hungaricae regulas; et opuscula sua miscellanea complectitur. Cassov. 1777. Paraszti Majorság, quo Vanierum metris hungaricis expressit. Cassov. 1779. Kisded Szótár. 1786 1794. Vers Koszorú. Partes tres. Ibid. 1786. 1789. Ki nyertes a' hang mérséklésben. Ibid. 1787. 8. A' Magyar Lovassághoz 1790. 8. Örvendező Vers T. N. Szabolcs Várm. öröm-ünnepére. 1791. Partes habuit in Kassai Museum. 1789.

„Virgilius Aeneisse“: Opus Posthumum: Orthographiai és Grammatikai észrevételek. 1800. 8. A' Magyarság virági. Komárom. 1803. 8.

Stephanus Szentiványi, in paternae ditionis cognomine municipio natus 1725. in Soc. J. quatuor vota professus 1759. Iaurini Philosophiam, Eloquentiam sacram Tirnaviae docuit; Edidit: Carmen heroicum, dum C. Joannes Illésházi, Supremus Comes Liptoviensis inauguratus est. Hungaricarum familiarum sigilla magno studio collegit, ac depinxit; quae ex parte possidet Archivum Bibliothecae Universitatis.

Franciscus Szuhányi, In Agriensi Rhetorica S. J. tironibus accensus, 1760. Grammaticam Tirnaviae, mansvetiores litteras Cassoviae aliquot annis professus, Pro-Director ibidem, demum Superior Studiorum ac Scholarum Director regius, Abbas B. M. V. de Pankota. Cons. C. R. Obiit A. 1824. XXIX. Ianuarii. Typo dedit: Thomam Morum. Cassoviae 1790. Originem et progressum ruinae Regnorum. Ibid. 1792. Considerationes super caussis, quae Iuvenum mores corrumpunt. Ibid. 1793. 8.

Emericus Vajkovics, in lucem susceptus M. Varadini 1715. Soc. J. tirocinium auspicatus 1733. solemnia quatuor vota professus 1751. Philosophiam exposuit Cassoviae, sacram linguam, eloquentiam et scripturam S. Tirnaviae, Theologiam Iaurini. Postquam altioribus scholis praefuisset Budae, Censorem librorum egisset Posonii, rexit Quinque Ecclesiis, ac M. Varadini. In Collegium Cannonicorum adscitus Coloczae 1776. Praepositus maior et electus Episcopus Almisiensis 1790. Rebus humanis exemtus XXVIII. Novembr. 1798. Ingenii eius singularis, ac solertiae indefessae fructus sunt: Oratio funebris pro Nicolao Csáki, Metropolita Strigoniensi. Tirn. 1757. Oratio gratulatoria C. Ladislao Kollonich, A. Episcopo Coloczensi. Vien. 1788. Dissertatio de potestate Principum secularium in censuram librorum. Coloczae 1791. Dissertatio de Censura librorum perniciosorum. Ibid. eod. Decas Dissertationum ecclesiastico-politicarum de censoria librorum disciplina. Pest. 1791. Cura superfluorum superflua de regulatione beneficiorum ecclesiasticorum. Ibid. eod. Censura religionario-politica libelli, cui titulus: Declaratio Statuum. Coloczae 1791. 1792. Quaestio prodroma de voto, et Sessione Episcoporum G. R. non unitorum. Ibid. 1792. Observationes Criticae super Henriade Voltero-Szilágyiana. Pest. 1793. Systema de origine S. Coronae. Coloczae 1794. Index alphabeticus propositionum damnatarum. Ibid. 1795. Iconismus orationis sacrae practice adumbratus. Coloczae 1796. 8.

§ 33. Egregiam e Societate Jesu in Academia Tirnaviensi Doctorum contentionem nemo inficiabitur, nisi invidus, aut ignarus. Multa eam fouerant incitamenta: Mansvetioribus nonnisi disciplinis exerciti, ad severiores;

tradita Philosophia, ad Theologiam explanandam eluctati; Universitatis Tirnav. Cathedras, qui scientias in Academiis iam cum laude professi fuerant, impleverant; erat ideo eruditio ipsorum non uniformis, quam unilateralem dicunt, sed multiformis, locuples quoque. Missiones Romam, Viennam, Graecium, Lincium etc. unde novis ideis instructi redierant, non absimiliter contulerant. Rectores ac Cancellarios Academiae Viri doctrina ac litteris celebres egerant; qui et studia moderabantur irrestricte. Ad honores, gloriamque aditus virtute, doctrina, ac litteris aquisitus nonnisi; Universitas verum fuerat lege hac eruditorum collegium; Doctores tam animo quam religione studiis addicti; non rei domesticae cura, non familiae providentia, non aegritudinis aut senectae anxietate distracti. Laboribus fessi, honorifica quiete sunt recreati. S u b s i d i a quoque contulerant amplissima plurimum: Bibliothecae usibus et indigentiis congruae; Typographiae ad excudenda liberaliter opuscula promtissimae; Revisio librorum domestica per viros doctissimos; Repetitiones studiorum apertae; Pretium, id temporis, litterarum amplius; Aulae Academicae Praesulum, Procerumque caterva ornatae; Communisque applausus, inter socios par, — sine invidia-studium, atque contentio. His artibus et adiumentis quamvis oportet efflorescere Academiam. Liceat Academiam Scientiarum, qualis sub Societate Iesu usque 1774. fuit, Baconii de Verulamio nobili effato concludere. „Illud notatu omnino dignum est: temporum incuria in Paedagorum delectu veluti obdormiri, vetus tamen querela sit, inde usque optimis et prudentissimis seculis deducta, Resp. circa leges quidem nimium satagere, circa educationem indiligentes esse. Quae nobilissima pars priscae disciplinae revocata est aliquatenus quasi postliminio in Jesuitarum collegiis quorum cum intueor industriam, solertiamque tam in doctrina excolenda, quam in moribus informandis, illud occurrit Agesilai de Pharnabazo: Talis cum his, utinam nostra esses.“ De Aug. Scient. L. I.

## II. UNIVERSITAS M. THERESIANA REGIA

*Ab anno* 1774 — 1784.

§. 34. Augusta Maria Theresia, Imperatrix ac Hungariae Rex, pro indesinenti, quo in subiectam sibi et imperio suo gentem, cumprimis Hungaram, maternae sollicitudinis ferebatur studio; iam inde a tempore suscepti Gubernii sui nihil antiquius in votis unquam habuit, quam ut subditorum saluti, et commissi sibi Regni huius Hungariae prosperitati benigne consuleret. Cum autem omnis Regnorum felicitas, et inde in privatos dimanantium com-

modorum successus a recte institutae Reip. administratione principaliter pendeat; haec vero, nisi efficacibus ingenuarum artium et scientiarum necessariarum fulciatur adminiculis, aegre admodum consistat: ideo de ampliando in regno Hungariae rei Litterariae incremento non postreme sollicita fuit. Posteaquam nempe animo reputasset, quod universitas ex munificentia gloriosae reminiscentiae Praedecessorum suorum, divorum quondam Regum, per Petrum de Pazman Cardinalem in libera regiaque civitate sua Tirnaviensi erecta, eis, quae ad rite gubernandam rempublicam ac civium salutem plurimum conferunt, caruisset; ut hac quoque in parte SS. Sua Maiestas uberiora gratiae Caesareo-Regiae, pietatisque maternae erga percharam illi gentem Hungaram ederet documenta: eandem ampliandam sumsit; Iuridicam quidem Facultatem novis accessionibus cumulavit, Medicam vero adiecit. A. 1769. exeunte.

§. 35. Quem in finem, cum plures informatores, peculiaribus animi dotibus et qualitatibus ornati, universarum item scientiarum doctrinis imbuti, necessarii utique forent; pro horum autem competente subsistentia, nec non aliis eo concurrentibus adminiculis notabiliores desiderarentur sumtus; idcirco, ut Universitas haec firmitatem suam eo certius obtineret, visum fuit Suae Apostolicae Maiestati benigne resolvere, ut, centies mille florenis, quos Archiepiscopus olim Strigoniensis, Petrus Pázmán pro Universitate hac, introducendoque ibi studio theologico, ac philosophico fundavit, penes administrationem Collegii Tirnaviensis S. J. ultro quoque, usque ulteriorem benignam ordinationem regiam, et cum denotata obligatione, relictis; praeter aliorum 37,000. flor. per Archiepiscopos aeque Strigonienses Losi et Lippai, pro studio Iuridico in eadem Universitate tradendo, fundatorum annuos census, insuper idem Collegium Tirnaviense S. J. ex fundis sibi titulo studiorum et Universitatis collatis, aut aliis etiam, prout ipse quoque P. Provincialis S. J. humillimam suam eatenus declarationem coram Sua Maiestate exhibuerat, Collegiis ac Residentiis, sub Corona Hungariae existentibus, in subsidium vocatis, annue decem millia florenorum ratis quartalibus a 1-ma mensis Novembris 1769. inchoatis, ad rationem praefatam Universitatis deponere teneatur. Et quia haec decem millia florenorum cum praeattacti 37,000. flor. Capitalis interusurio, in repetitae Universitatis necessitates impendendo, suffectura non esse, praevidisset altefata Maiestas Sua; ideo sensu etiam et dictamine articuli 12. 1548. Abbatiam quoque S. Helenae de Földvár, per mortem, et ex hac vita decessum Iosephi, quondam Landgravii, Hassiae Principis a Darmstadt, legitime vacantem, pro dote ac titulo perpetuae fundationis, eidem Universitati, ea nihilominus conditione contulit Maiestas sua; ut, prout fundationales eatenus Litteras, via Cancellariae R. H. aulicae iam

etiam effective expeditas, inferius denominato Superiori Universitatis Directori tradi fecit, deducta ex annuis dictae Abbatiae reditibus, 20. pro 100. quotta, in una quippe rata eiusdem medietate, titulo subsidii ecclesiastici pro fortificatorio, singulo anno Camerae Regiae Hungaricae administranda, id, quod ex iis proventibus resultabit, in ulterius rei literariae, ac scientiarum incrementum converti debeat.

§. 36. Ceterum siquidem pro eo, ut studium generale, seu Universitas completa dici possit, ab exemplo aliarum etiam in haereditariis Provinciis Caesareo-Regiis praeexistentium Universitatum, 4. requirerentur Facultates, utpote: Theologica, Iuridica, Medica, et Philosophica; interim, quod Medica Facultas memoratae Universitati hactenus defuerit; alia quoque ad maiorem eius perfectionem deservitura adminicula desiderari observata fuissent; eapropter Theologica quidem Facultas in eo, quo hactenus praeexistebat, statu, pro futuro quoque plene relicta, non tantum studium medicum, adeoque nominis huius Facultas, eorsum novitus introducendum; verum etiam Iuridicae et Philosophicae Facultatibus, in quantum studiis et exercitiis, ad ampliorem servitii sui altissimi promotionem, et communem quoque reipublicae utilitatem magis propagandam opitulantibus, destitutae esse viderentur, subveniendum, ac in reliquo totum Universitatis huius intrinsecum statum ita pro futuro regulandum duxit Maiestas Sua SSa, ut nimirum:

Theologica Facultas ex duobus Professoribus Theologicae dogmaticae, seu speculativae; duobus Professoribus Theologiae moralis, uno Professore sacrae Scripturae, uno Professore Controversiarum fidei, uno Professore Eloquentiae et Historiae sacrae.

Iuridica: ex uno Professore iuris Canonici Seculari; uno Professore Iuris naturae et publici, seu gentium; uno Professore Institutionum, seu Pandectarum, duobus item Professoribus Iuris hungarici, quorum alterutri etiam ius criminale tradere incumbet:

Medica porro: ex uno Professore institutionum medicarum, uno Professore Praxeos, uno Professore Anatomiae, uno Professore Chirurgiae, ac uno Professore Botaniae et Chymiae:

Philosophica demum: uno Professore Logices et Metaphysices, uno Professore Physices experimentalis, uno Professore Matheseos, uno Professore Ethices, uno Professore linguae hebraicae, uno Professore linguae graecae, uno Professore Eloquentiae et Historiae profanae, uno Professore studii politico-cameralis (cuius lectionibus ad exigentiam benigni sub 27-ma Octobris A. 1760, abhinc intimati Mandati Regii, omnes Theologiae candidati, etiam Clerici, interesse debeant.)

Praeterea uno Magistro linguae germanicae, uno linguae gallicae, uno porro saltus, ac denique uno artis digladiatoriae Magistris consistat.

§. 37. Resolvit praeterea SS. Maiestas Sua, ut theologicum et philosophicum studium, quod hactenus per supra memoratum Collegium Tirnaviense S. J. eiusdemque commembra, virtute fundationis Pázmánianae, ex censu videlicet hunc in finem fundatorum 100,000 flor. provisum fuit, in posterum etiam usque ulteriorem benignam ordinationem Regiam, per idem Collegium et commembra ipsius provideri possit; ea nihilominus cum conditione, ut quemadmodum per id alia quoque cuiuscunque ordinis et status idonea subiecta ab eo, quin ad consequendum eiusmodi Professorum munus adspirare valeant, nulla ratione exclusa haberi velit altefata Maiestas sua, ita dicti Patres S. J. ab omnibus inutilibus abstractionibus ac subtilitatibus praescindere, ac normae, in Universitate Viennensi introductae, plene semet conformare, sed et subiecta illa, quae pro obeundis Professorum eiusmodi muneribus idonea et digna esse censuerint, Maiestati Suae, medio inferius declarati Superioris Universitatis Directoris, praevie semper proponere, et a benigna ratificatione regia praestolari teneantur; prout vice versa, nullum ex eiusmodi per Suam Meiestatem benigne constitutis Professoribus, citra praevium ad Suam Maiestatem eatenus medio eiusdem Superioris Universitatis Directoris formandum Recursum, seu transponere, seu vero amovere valeant; benigne ceteroquin annuendo, ut iisdem Patribus S. J. Eloquentiae ac Historiae profanae quoque studium in praerepetita Universitate Tirnaviensi pro futuro tradendum, una cum salario, suum in finem e praenotato generali Universitatis fundo in 1200 florenis per Suam Maiestatem clementer emensum deferri possit. (Sors haec Stephanum Katona mansit feliciter.)

§. 38. „Quoniam vero altefata Maiestas Sua benigne expendisset, quod pro obeundis Professorum muneribus habilia et peculiaribus tum animi dotibus praedita, cum et e solidis scientiarum doctrinis imbuta subiecta requirantur; haec autem adeo rara esse comperiantur, ut reipsa quaeri debeant, et persaepe nonnisi summa cum difficultate procurari queant; consequenter interesse videatur, ut subiectis eiusmodi, si cumprimis apta et idonea sint, de honesta et competente subsistentia provideatur, ne secus ipsos, propter huius defectum, de procurando sibi meliori vivendi modo sollicitos, neglecti officii sui rationibus, ad alia extravagantia prolabi oporteat; hinc ad antevertenda haec et similia, ut subiecta eiusmodi pro Professoribus admovenda, in explendis muneribus suis eo magis contineri, et ad procurandam studiorum sibi concreditorum ampliorem perfectionem exstimulari possint; pro iisdem Professoribus, et notanter Iuridicae et Medicae Facultatis, prout et

12 *

dictae Eloquentiae ac Historiae profanae, uec non studii politico-cameralis, velut cum initio huius anni scholastici in toties repetita Universitate Tirnaviensi iam introducto Professore, linguae germanicae, gallicae, saltus et digladiatoriae artis Magistris, qualianam Salaria, et respective subsidiaria auxilia Altefata Maiestas sua benigne determinavit, ex hisce advoluta Tabella uberius innotescet."

§. 39. Tabella, cuius hic mentio fit, definit stipendium Professorum 5. Iuridicae, totidem Medicae Facultatis in florenis 1200. M. C. Septem Theologorum, sex Philosophicae Facultatis Professoribus ad fundationem Pazmanianam assignatis; ad eandem Facultatem Philosophicam pertinenti Professori eloquentiae ac Historiae profanae florenorum 1200. studii Politico-Cameralis fl. 800. ex universitatis fundo designatis; Magistri linguarum flor. 400. saltus et artis digladiatoriae flor. 200. in subsidium addictos habebant, praeter stipendium in convictu regio dari solitum.

§. 40. „Ne interim honori et dignitati Universitatis huius Tirnaviensis quidpiam deesse valeat, eandem in supremam Maiestati Suae C. R. ac Successorum Hungariae Regum protectionem, curam et potestatem assumens, medio Consilii huius L. R. adminisirandam benigne decrevit SS. Sua Maiestas. Pro eo nihilominus, ut intrinseca Universitatis huius administratio debite provideri posset, Superiorem Universitatis Directorem, qui totum rei litterariae ac studiorum negotium, prout et administrationem fundi, pro Universitate hac benigne destinati, concreditam sibi habeat, relationes suas pro re nata directe ad Maiestatem Suam facturus, benigne constituendum duxit; et quoniam ab auctoritate, probata scientia et dexteritate Directoris progressus et felicitas Universitatis plurimum commodi mutuare sibi videretur; a cuius videlicet discreto iudicio, et provida circumspectione res ipsa litteraria, docentium item et studentium industria, ac etiam designati fundi administratio, maiori cum parte fructum capere deberet; ideo pro hoc munere, meliori cum progressu sustinendo, Excell. D. Com. Georgium Fekete de Galantha Ins. Ord. S. Stephani commendatorem, utriusque S. C. et R. A. M. actualem Intimum Consiliarium, Comitatus Aradien. Suprem. Comitem, Curiae Regiae per Hungariam Magistrum, et per Regnum hocce Hung. Aulae Suae V. Cancellarium pro ea etiam, qua ipsum praestanti doctrina, iudicii sagacitate, ac peculiari dexteritate pollere, nec minori zelo, ac devotione erga se ferri SS. Sua Maiestas in comperto habeat, benigne denominavit.

§. 41. Quatuor autem Facultatum et humaniorum studiorum Directores, quos aeque in Universitate hac constituendos benigne resolvit, una cum Professoribus proxime, ac ubi e re fuerit, clementer denomina-

tura est Sua Maiestas SS. Superiori ceteroquin Universitatis Directori clementer deferens, ut idem Magistros linguarum, saltus et artis digladiatoriae constituere possit. Quodsi proinde vacantiam aliquam seu quoad memoratos 4. Facultatum et humaniorum studiorum Directores, seu vero Professores emergere contigerit, pro supplenda hac SS. Suae Maiestati alia idonea subiecta per eundem Superiorem Directorem proponenda venient; nec ullus sive Directorum seu Professorum eiusmodi per Suam Maiestatem benigne constitutorum, citra praeviam apud altefatam Maiestatem Suam eatenus factam insinuationem, et desuper accipiendam benignam Resolutionem transpositioni, aut amotioni cuipiam obnoxiari possit.

§. 42. Quod reliquum est, utut quidem clementer optasset summe nuncupata Maiestas Sua, quo reformatio haec toties repetitae Universitatis Tirnaviensis, quam hactenus tantopere anhelavit, cum initio decurrentis anni huius introduci potuisset; sequaciter effectum benignarum et pientissimarum intentionum suarum nunc statim conspicere Suae Maiestati licuisset; diversae item, quae pro docentibus non minus ac discentibus requirerentur quum interea necessaria hunc in finem procuratoria, commoditates, benignum huncce scopum regium, quo minus effectui mancipari possit, impedirent; ea propter benigne decrevit Sua Maiestas, ut praedeclarata Universitatis reformatio dumtaxat cum initio venturi anni scholastici in effectum abeat; ac interea de necessariis Universitatis huius aedificiis et commoditatibus ac ceteris praeparatoriis ex reditibus eiusdem Universitatis prospiciatur. Datum ex Consilio Regio L. H. Posonii die 14. mensis Decembr. 1769.“ V. Nro. X. a.

§. 43. Totus proin annus 1770. aedibus vetustate vitiatis restaurandis, novisque erigendis insumtus; aes ex fundatione Ferdinandea, quae Societate Iesu Hispaniae Regno 1767. exesse iussa, fuit requisita, suppeditatum; ut testatum reliquit Andreas Dugonics e S. J. in suis de origine Universitatis Tirnaviensis manuscriptis. Pro Facultate Iuridica lecti Professores: Perill. D. Ioannes Zelenai, AA. LL. et Philosophiae Magister, Professor Iuris patrii, Iuris utriusque Doctor. Docuit in eadem Academia iam annos 19. Perill. D. Gabriel Nittray, AA. LL. Philos. ac Iuris utriusque Doctor, Iuris patrii Professor alter. Hanc disciplinam in eadem tradidit annos 16. Perill. D. Georgius Sigism. Lakics, Iuris ecclesiastici Professor. Docuit antea Oeniponti, Iuris utriusque Doctor. Perill. D. Iosephus Stuhr, Iuris utriusque Doctor, Professor Iuris naturae et gentium. Perill. D. Ioannes Szedmáky, Iuris utriusque Doctor, Iuris Civilis Professor, quam scientiam in hac eadem Academia tradidit annis 26. Franciscus Xav. Gyurkovics, AA. LL. et Philos. Doctor, Politiae, et Politico-Cameralis Scien-

tiae Professor. Haec primum Philosophicae, mox Iuridicae Facultati est accensa. (In Cathedra Iuris civilis supplenda successit Antonius Demien 1776.)

Pro Facultate Medica: Sp. ac Cl. D. Michaël Schoretics, AA. LL. Philosophiae ac Medicinae Doctor, Pathologiae ac Praxeos Medicae Professor, nec non J. Facultatis Philosophicae Director. Claris. D. Adamus Ignatius Prandt, Medicinae Doctor, Physiologiae ac Materiae Medicae Professor. Cl. D. Iacobus Iosephus Winterl, Medicinae Doctor, Chemiae ac Botaniae Professor. Cl. D. Venceslaus Trnka, de Kržovicz, S. R. J. Eques, Medicinae Doctor, Professor Anatomiae. Cl. D. Iosephus Iacobus Plenck, Chirurgiae Doctor, Anatomes Chirurgiae et artis obstetriciae Professor.

§. 44. Apostolicae Suae Caes. Reg. Maiestatis benignissima voluntas fuit, ut universa in Universitate Tirnaviensi pro futuro tradenda studia iuxta methodum et normam in Universitate Viennensi per Gerardum van Swieten introductam regulentur, ac respective reformentur. Hinc prius, quam tam in altioribus, quam et humanioribus studiis necessariae hoc in passu instructiones suo loco transmittantur, methodus, secundum quam Iuris Hungariae Professores in Universitate actu tradunt, proximius submittenda fuit expetita. Benigno Exc. Cons. R. L. H. intimato A. 1769. Negotia vero Academiae per Consistorium sunt administrata: cuius Praeses: RR. Ioannes Galgóczy, Praepositus Maior Capituli Metrop. Strigon. Assessores Facultatum Directores: Theologicae, Ioan. Ivanchich, ex Societate J. Professor Theologiae emeritus; Iuridicae: Franciscus Comes Tolvay, Tabulae Districtualis Cis-Danub. Praeses, prius iam Studiorum Iuridicorum Rector. Medicae: Ioannes Gilg, Physicus Urbis Tirnav. Medicinae Doctor. Facultatis Philosophicae: Michaël Schoretics, qui supra, sunt denominati.

§. 45. Usque dum aedes consummatae fuissent, Praelectiones per domos distributae fuerant: apud Paulinos, Trinitarios, in aede Archiepiscopali etc. Surrexerunt illae cum inscriptione:

MARIA THERESIA<br>
MATER AUGUSTA<br>
MATER PATRIAE<br>
MATER SCIENTIARUM<br>
POSUIT MDCCLXXI.

Societate Jesu per Clementem XIV. Pontificem, Fratrem Laurentium Ganganelli, Ord. FF. minorum, XXI. Iulii 1773. domi quoque nostrae suppressa, Augusta Theresia Regina, Universitatis Protectrix, per universas Regni sui

ditiones edictum dimittit, quo omnes, qui eruditioni suae confiderent ad VI. Octobris Anni 1774. Tirnaviam invitati, ut facto e Theologia et Philosophia periculo, Professores pro his Facultatibus quam optimi legerentur. Proposuit annuum stipendium Secularibus 1200. flor. Ecclesiasticis 800. Religiosis 600. M. C. Vid. bgr. Intimatum N. X. b). Venire volentes semet per litteras Ill. ac. RR. Dno. Raphaëli Szent-Iványi de eadem, Electo Episcopo Arbensi, metrop. Ecclesiae Strigoniensis Lectori, et Canonico, ac Consistorii Regiae Univers. Tirnaviensis p. t. Praesidi, insinuare debebant. Concurrit ingens multitudo, partim curiositate, partim stipendio honorifico exciti. Pro Theolgia Dogmatica erant 15. — 4. Presbyteri seculares, 4. Piaristae, 7. Franciscani.

Pro Theologia morali 15.; — 7. Presbiteri seculares, 2. Paulini, 6. Franciscani.

Pro S. Scriptura, 4. omnes Presbyteri seculares.

Pro Eloquentia sacra 5. — Presbyteri seculares 2., Piarista 1., Franciscani 2.

Pro Logica et Methaphysica 24., Presbyteri secul. 3., Paulini 5., Piaristae 5., Franciscani 11., seculares 2.

Pro Eloquentia profana 6.; Presbyteri sec. 4., Piaristae 2.

Pro Historia naturali Concurrens unus.

Pro Mathesi sublim. 2.; Presbyter secularis et Piarista.

Pro Mathesi elem. 5.; Piaristae 4., et Secularis unus.

Alienigenae ex his duo.

§. 46. Iudices pro Cathedris concurrentium fuerant:

Excell. Ill. D. Georgius Fekete de Galantha, Iudex Curiae Regiae, Comit Arad. Supremus Comes, Ins. Ord. S. Stephani R. H. magnae Crucis Eques, universorum per Regnum Hung. Studiorum supremus Director, pro actu hoc regius Commissarius, et Professorum concurrentium Iudex primarius.

Illustr. D. Iosephus Űrményi de eadem. Exc. Cancellariae Regiae Hung. aulicae Consiliarius et Referendarius, pro actu hoc regius Commissarius et Concurrentium Iudex secundarius.

Ill. ac RR. D. Ioannes Galgóczi, electus Episcopus Traguriensis, V. Capituli Strigoniensis Praepositus maior et Canonicus, Abbas Lekériensis, ac Vicarius Generalis.

Ill. ac RR. D. Raphaël Szent-Iványi de Eadem, Electus Episcopus Arbensis, Ven. Capituli Strigoniensis Lector et Canonicus, ac Consistorii Regiae Universitatis h. t. Praeses.

RR. D. Stephanus N a g y , Canonicus Strigoniensis , Praepositus ac Facultatis Theologicae Director.

RR. D. Ioannes I v a n i c s, Ex-Iesuita, Canonicus Strigoniensis, ob peritiam Philosophiae assumtus.

A. R. D. Paulus M a k ó, Ex-Iesuita, in Collegio Theresiano Viennensi Matheseos Professor; hic pariter ob peritiam mathematicam assumtus.

Spect. ac Cl. D. Michaël S c h o r e t i c s, AA. LL. Philosophiae ac Medicinae Doctor, Pathologiae, ac Praxeos Medicae Professor, J. Facultatis Philosophicae Director.

RR. D. Georgius R i c h w a l d s z k i, Praepositus S. Georgii de viridi campo Strigoniensi Custos et Canonicus.

Scrutinio hoc Professores, speciminum exhibitorum merito, sunt delecti:

T h e o l o g i c a e F a c u l t a t i s: Franciscus H u b e r t, AA. LL. et Philos. nec non SS. Theolog. Doctor, Presbyter A. Dioecesis Strigoniensis. Cum iam anno uno, post exstinctam Societatem J. Theologiam docuerit, Professor Dogmatices renunciatus.

A. R. D. Georgius F r a n k, Presbyter A. Dioecesis Strigon., delectus pro tradenda Historia ecclesiastica, et Chronologia.

A. R. D. Adamus V i z e r, Decretorum Licentiatus, Dioecesis Quinque Ecclesien., veteris ac novi Testamenti scripturarum Interpres.

A. R. D. Emericus P e r c z e l, Clericus Regularis e scholis piis, Professor Theologiae Dogmaticae alter; delectus, quia illam iam octo annis tradidit, tum quia in concursu eruditam dedit Dissertationem.

A. R. D. Michaël H o r v á t h, prius Societatis Jesu, mox Viennensis Presbyter ac Parochus Regelsprunensis, Exhortator Academicus, ac Professor Theologiae pastoralis.

A. R. D. Florianus B e r t o n i, ex Ordine Eremitarum S. Pauli; Professor Theologiae moralis.

A. R. D. Franciscus S t i p s i c s, AA. LL. et Philosophiae, nec non SS. Theolog. Doctor, Presbyter Archi Dioecesis Strigoniensis, linguae graecae Professor.

A. R. D. Franciscus N a g y, Presbyter A. Dioeces. Strigoniensis, et Parochus. Professor Theologiae Polemicae, Patristicae, ac Historiae Litterariae.

A. R. D. Adamus K a s z a n i c z k i, AA. LL. et Philos. nec non SS. Theolog. Doctor, Professor Linguae Hebreae. — Cur Iesuitarum ad docenda Theologica adscitus fuerit nullus, causam lege: Elogii Eng. Klüppfel. Auctore I. L. Hug. Friburgi p. 10. sqq.

Philosophicae Facultatis:

A. R. D. Ioannes Bapt. Horváth, ex abolita Soc. J. Presbyter A. Dioec. Strigoniensis, Doctrina plurium annorum probatus. Professor Physicae generalis; particularis et experimentalis.

A. R. D. Franciscus Weis, ex abolita Soc. J. Archi Dioecesi Strigoniensi adscriptus, Speculae Astronomicae Praefectus, et Astronomiae Professor. Vir exercitio adprobatus.

A. R. D Mathias Piller, ex abolita Soc. J. Presbyter Dioeceseos Secoviensis in Stiria, Historiarum naturalium Professor, quas Viennae in Theresiano pluribus annis docuit, neminem nactus competentem.

A. R. D. Stephanus Katona, ex abolita Soc. J. AA. LL. et Philos. Doctor, A. Dioec. Strigonien. Presbyter, Historiae Universalis ac Litterariae Professor.

A. R. D. Iosephus Mitterpacher, de Mitterburg, ex abolita Soc. J. Dioec. Quinqueeccles. Presbyter AA. LL. ac Philosoph. Doctor, SS. Theologiae Baccalaureus, pro Mathesi sublimiore delectus, cum in ordine Mathesim elementarem praeclare docuerit.

A. R. D. Andreas Dugonics, e Clericis Scholar. Piar. Professor Matheseos elementaris.

A. R. D. Franciscus Handerla, AA. LL. ac Philosophiae Doctor, Presbyter Archi Dioeceseos Strigoniensis, Professor Logices, Metaphysices et Ethices.

A. R. D. Georgius Szerdahelyi, ex abolita Soc. J. Presbyter A. Dioec. Strigon., Eloquentiae profanae, ac Aesthetices Professor.

Studiorum mansvetiorum:

R. D. Augustinus Pupikhoffer, ex abolita Soc. J. Professor Rhetorices, A. Dioec. Presbyter.

R. D. Andreas Zachar, ex abolita Soc. J. Strigonien. Presbyter, Professor Poëseos.

R. D. Adamus Pinterics, ex abolita Soc. J. A. Diocc. Strigon. Presbyter, Professor Syntaxeos.

R. D. Stephanus Spaics, ex abolita Soc. J. Professor Grammatic.

§. 47. Anno 1776. XXX. Novembris, more apud alias Universitates recepto, ad electionem Rectoris processum fuit, quam laudatus Dugonicsius descripsit. Modus eligendi iste fuit: Convenimus, ait, in Palatium Universitatis maius omnes Facultatum quatuor Doctores, earum ratione neutiquam habita, divisi sumus in quatuor nationes. Ire in unam vel alteram cuilibet

liberum fuit, non item ab illa deinceps transire. Nationes erant quatuor: Hungarica, Germanica, Croatica, et Bohemica.

Nationis Hungaricae fuerant: Andreas Dugonics, Emericus Perczel, Florianus Bertoni, Gabriel Nittrai, Stephanus Katona, Gabriel Szerdahelyi, Franciscus Weis, Augustinus Pupikoffer, A. R. D. Rosos cooptatus in Facultatem Theologicam, Repetens Theologiae, Presbyter Dioeceseos Weszprimiensis.

Nationis Germanicae: Iacobus Iosephus Winterl, Iosephus Iacobus Plenk, Adamus Kaszaniczki, Iosephus Stuhr, A. R. D. Eisenpaitl, ex abolita Societate, cooptatus in Facultatem Philosophicam, prius Professor Linguae Graecae, A. Dioec. Strigon. Presbyter.

Nationis Croaticae: Michaël Schoretics, Sigismundus Lakics, Franciscus Xav. Gyurkovics, Adamus Ignat. Prandt, Franciscus Hubert, Iosephus Mitterpacher, A. R. D. Taucher, ex abolita Societate, A. Dioec. Strigonien., Professor astronomiae Secundarius, cooptatus in Facultatem Theologicam.

Nationis Bohemicae: Venceslaus Trnka, Ioannes Zelenai, Franciscus Handerla, Ioannes Bapt Horváth, Adamus Vizer, Andreas Zachar.

Hae igitur quatuor nationes, ubi singulae singulos Palatii angulos occupassent, suum quaevis elegerant Procuratorem; Hungarica delegit P. Bertoni, Germanica D. Stuhr, Croatica D. Prandt, Bohemica R. D. Zachar. Hi in secretum conclave ingressi, inita consultatione, quoniam Rector anno hoc e Facultate Theologica esse debebat, convenerunt in A. R. D. Ludovicum Csapodi, ex abolita Soc. Jesu, olim hac in Universitate Dogmatices Professorem primarium, libris etiam editis clarum.“

§. 48. Restauratae iam Universitatis Tirnaviensis occasione cogitatum de loco illius commodiori fuisse, memoriae prodidit laudatus Dugonicsius; de Strigonio, Buda, vel Pestino fuerat agitatum: Consilium Excell. D. Georgii Fekete, Supremi Studiorum Directoris, pro illa Tirnaviae conservanda, ratione illa, quod iam ibidem Specula astronomica creata, aedificiaque constructa sint, praevaluit. Augustae Mariae Theresiae, consideratione illa nequicquam obstante, visum clementissime fuerat, Universitatem cum Convictu Regio, Budam, in meditullium Regni transponere, et in palatio regio collocare; oblatisque per Civitatem Budensem gratia ea 10. millibus florenorum, congruos ordines super necessariis elargiri. Vid. Decretum Augustum. Viennae VI. Martii A. 1777. Nro X. sub c).

§. 49. Anno eodem Ratio Educationis, totiusque rei literariae per Regnum Hungariae ac Provincias eidem ad-

n e x a s, edita fuit, Vindobonae Typis Ioannis Thomae nobilis de Trattnern. B a s i s eius fixa fuit: Ut suprema educationis procuratio, bonarumque artium administratio e placitis legum domesticarum inter iura Regibus ipsis reservata referretur; ipsa vero tanti negotii executio politicis Regni Tribunalibus concrederetur; ut nimirum adolescentum institutio, atque litterarum studium huc unice dirigeretur, ut teneri eorumdem animi virtutis amore sensim caperentur; ut insitae a bona natura facultates perpolirentur; ut vis intelligendi pedetentim augeretur; ut voluntas ad honesti leges fingeretur; ut iis artibus erudirentur, quae in posterum usui cuique, atque emolumento esse possint; denique ut aequabilis quaedam studiorum, ac totius educationis forma Regno toto observaretur, praesentisque instituti fructus ad omnes ex aequo pertinerent. Prooemii §. 1.

§. 50. Politica Studiorum administratio comparate ad Universitatem Regiam praescripta fuit: ut illa per Consilium Locumtenentiale Reg. Hung. ope peculiaris C o m m i s s i o n i s S t u d i o r u m pertractetur; cuius Praeses sit idem, qui supremus Universitatis Regiae Director renunciatus; munus: quaevis litterarum ac Scholarum negotia minutatim expendere, ad Consiliumque ipsum referre. Mandata Regia per Consilium R. L. H. communicentur Senatui Regio Universitatis, provideaturque, ut hoc ipsum institutum, aut studiorum systema adprobatum executioni mandetur, atque accurate observetur. Eiusdem sit: omnia, quae e bono litterarum fore videbuntur, ad Regiam Maiestatem referre; ad Cathedras vacantes viros selectissimos proponere, aerarii litterarii administrationi solerter ac fideliter invigilare, nec unquam citra consensum regium admittere, ut sumtus fiant extraordinarii, sive in constituendo augendoque Magistrorum stipendio, sive in proponendis praemiis, sive in exstruendis aedificiis, aliisve generis eiusdem occasionibus; denique quovis exeunte mense adversaria (seu Protocollum) in quo negotia ad rem litterariam spectantia in Commissione referenda erunt, Maiestati Regiae pro Statu notitiae submittenda erunt. Sect. I. §. VIII. et IX.

§. 51. Universitati Regiae iussus praeesse idem, qui una supremus Studiorum per Regnum Hungariae Director. §. 10. Cui addictus Senatus, e quatuor Facultatum Directoribus, uti et literarum humaniorum, artiumque liberalium Directore, auctoritate Regia constitutis, uno item Actuario coalescens. Cuius cetera inter fuit etiam curare, ut H i s t o r i a U n i v e r s i t a t i s a p r i m i s i n i t i i s o p e r a c u i u s p i a m e x H i s t o r i a e D o c t o r i b u s, a u t B i b l i o t h e c a e P r a e f e c t i s concinnetur, atque accurate continuetur. Tum: librorum etiam, aut rerum quarumvis ad studiorum et Scholarum materias pertinentium, ubicunque per Regnum Hungariae, et Pro-

vincias eidem adnexas typo edendarum censura; ea tamen lege, ut argumenta graviora, ad Statum publicum attinentia, etiam ad memoratum Consilium censenda submittantur §. XV. Magistratum, quemadmodum in aliis illustribus per Europam Universitatibus, constituerunt: Rector eiusdem, Cancellarius, et quatuor Facultatum Decani ac Seniores, Pro-Director item artium liberalium ac humaniorum. Rectoris Magnifici munus iis duntaxat Doctoribus concessum, qui inter alios eruditione, vel dignitate eminent. Officium Cancellarii perpetuum fuit, atque adeo authoritate regia conferendum. Decani quotannis Facultatum suarum suffragiis eligendi. Facultates singulae suis gaudebant Directoribus. §. XVI. XVII.

§. 52. Ordo studiorum, ac norma quoque praescripta: In Facultate Theologica penes Decretum Theresianum A. 1769. sunt relicta. V. nro. X. sub d).

In Facultate Iuridica: Anno I. Doctor Iuris publici explanavit Semestri 1-mo Ius naturae publicum universale, ac gentium. Altero: Ius publicum Hungariae, tam politicum, quam ecclesiasticum. Doctor Scientiarum politicarum: Sem. 1-mo explanavit: Notitiam artium, manufacturarum, fabricarum etc. tanquam introductionem ad Scientiam Politiae, Commercii ac rei aerariae. 2-do Politiam. Doctor Historiae Statuum: Sem. 1-mo explanavit Provinciarum Europae Hist. Sem. 2-do repetiit ope Tabellae synchronisticae.

Anno. II. Semestri 1-mo Doctor Historiae Statuum explanavit Historiam Uninersalem veteris ac medii aevi, ope Tabellae synchronisticae; altero: Historiam universalem aevi hodierni. Doctor Iuris patrii: Semestri 1-mo Iuris hungarici Historiam, et Institutiones, receptasque in Regno consuetudines. 2-do Institutiones Iuris hungarici et Praxim. Doctor Politiae: Sem. 1-mo Scientiam commerciorum. 2-do Scientiam rei aerariae. Pro discentibus Historiae Statuum Sabbatho a meridie: Collegium novorum.

Facultati huic admensae insuper fuerant Scientiae extraordinariae: Explanatio institutionum Iustiniani, Diplomaticae, Rei numariae hungaricae, Cultura silvarum, et ferarum. Explanatio Institutionum Iuris ecclesiastici etc. etc. V. Tabellam cursus Iuridici biennalis.

Tabella cursus quadriennalis Medicae non prodivit. Vid. nro. X. sub e).

In Facultate Philosophica: Anno 1-mo Sem. 1-mo Doctor Philosophiae: explanavit Logicam. Sem. 2-do Historiam Philosophiae. Doctor Matheseos, Sem. 1-mo Mathesim puram. Sem. 2-do Mathesim

applicatam. Doctor H i s t o r i a e : Sem. 1-mo Partem Historiae Pragmaticae Hungariae. Sem. 2-do Partem alteram. Doctor P h y s i c e s : Historiae naturalis usum in oeconomia rustica, et artefactis.

Anno II. Doctor H i s t o r i a e : Sem. 1-mo Historiam Religionis ac Ecclesiae, cum litteraria Hungariae. Sem. 2-do Historiam Imperatorum ac ditionum haereditariarum. Doctor P h y s i c e s : Physicam utroque Semestri. Doctor P i l o s o p h i a e : Philosophiam practicam et Metaphysicam, primo et altero semestri. Doctor M a t h e s e o s : 1-mo et 2-do Sem. Partes Matheseos applicatae ad oeconomiam rusticam et artefacta. Pro Historicis Sabatho a meridie: Collegium novorum.

Huic Facultati accensae insuper sunt: Institutiones Linguae graecae; Institutiones Historiae Universalis; Institutiones Heraldicae, Institutiones ordinum Equestrium; Institutiones Eloquentiae ligatae, ac solutae; Exercitationes linguarum latinae, germanicae, et aliarum domesticarum in Conventibus eo fine habendis. (Sed hae non invenerunt Auditores; quia s t u d i a e r a n t e x t r a o r d i n a r i a; uti etiam Iuristis praescripta).

Diebus Dominicis et festis accesserant Exhortationes mane; post meridiem consvetae Marianae Congregationes.

§. 53. Insigne hoc promovendorum Hungariae commodorum, ornamentorumve studium, quo scientiis altius domi nostrae provehendis opitulata fuit, eadem Augusta tertio a traducta Budam Universitate anno, solemni eiusdem inauguratione consummavit. Adamus Patachich, Colocensis Archiepiscopus, Senatusque Universitatis Praeses, Antistites et optimates Regni cum omnibus Comitatibus, et Liberis Regiisque civitatibus ad hanc solennitatem, litteris typo vulgatis, invitavit. (Ephem. Vindob. 1780. p. 286.) „Postquam, inquit, Sua Maiestas SS. e fide dignis tam Regii huius Senatus, quam et aliorum scholarum et Studiorum Directorum, ope Exc. Consilii L. H. submissis relationibus benigne intellexisset, quod systema litterarium, anno adhuc 1777. sub titulo: Ratio educationis, totiusque rei litterariae per Regnum Hungariae, et Provincias ei adnexas, typo editum, atque in universa studiorum instituta introductum, ad hoc usque tempus felici adeo successu continuatum fuerit, ut uberrimos indidem fructus in rectam Iuventutis patriae educationem dimanaturos, non immerito sibi valeat polliceri; sed et Academia Regia nobilium Theresiana, Budae in ipsa scientiarum sede liberalissime fundata, non solum intra Regni limites, verum apud alias quoque haereditarias Caesareo-Regias Provincias, eam consecuta sit celebritatem; ut complures e diversis ditionibus adolescentes, educationis gratia ad eandem missi, numerentur; illud adhuc reliquum esse existimavit eadem Maiestas SS. ut cuncta haec in-

stituta, triennali usu probata, et idoneis per id tempus incrementis ad quampiam maturitatem deducta, omni, qua licet, ratione roborentur, atque publica etiam auctoritate perennem quodammodo firmitatem nanciscantur. Quare, ut toti Regno, provinciisque ad idem pertinentibus, palam faciat, quantam haec in materno corde suo alant sollicitudinem, quoque zelo eam regiminis et administrationis publicae partem, quae in dirigenda, atque ad quosvis reip. fines accommodanda iuventutis institutione consistit, sibi curandam esse existimet, primum universa studiorum instituta generatim, tum vero Universitatis Regiae in Libera Regiaque Civitate Budensi, ubi iam olim sub Sigismundo et Mathia Corvino, gloriosae memoriae Praedecessoribus suis huiusmodi scientiarum Academia floruerat, et quidem in ipso Palatio regio, una cum Academia Nobilium, collocationem, eiusdemque amplificationem die 25. imminentis proxime mensis Iunii, utpote quo a felici sua in Reginam Hungariae coronatione bis vicenalis recolitur annus, solemni inauguratione, ipsa in arce Budensi suscipienda, constabilire, auctoritateque sua Regia in perpetuum confirmare constituit. Qua occasione triplicis ordinis Diplomata regia, unum pro universo studiorum instituto, alterum pro Universitate Regia Budensi, tertium vero pro Theresiana Nobilium Academia, super confirmatis institutis, collatisque amplissimis fundis, per Cancellariam Regiam Hungarico-Aulicam, et quidem duplici in exemplo, quorum unum ad nominatorum institutorum, alterum ad publicum Regni Archivum reponi debeat, expedita, solemniter tradi, atque in sinum quoddammodo status publici resignari; denique in perpetuam solennitatis huius, maternique sui in omne Regnum hac quoque occasione testati affectus memoriam, numos etiam speciatim cudi imperatos, distribui clementer vult eadem Maiestas SS. Quum vero ipsamet in altissima persona Sua, quemadmodum complures ante annos Vindobonae praestitit, ut pro materna sua in gentem Hungaram clementia, maximopere cuperet, inaugurationem hanc, et Diplomatum traditionem, factaeque a se donationis publicam confirmationem perficere nequeat; eapropter ad supplendas vices suas primum Cancellarium suum Regium Hungarico-Aulicum Excell. C. Franciscum Eszterházi de Galantha, clementer destinare: hoc tamen impedito, Aulae Suae per Regnum Hungariae Pro-Cancellarium Excell. C. Carolum Pálfi, ex Aula Sua regia, benigne delegare dignata est, ut vice Sua omnia haec Budae perficiat, et in effectum deducat. Quam Suae Maiestatis SS. Clementiam, dum nos de genu humillime veneramur, eadem ita iubente Sua Maiestate SS. — finem in eum annunciat Senatus hic Regius, ut quum beneficia liberalissime collata, ad totius Regni cedant decorem et emolumentum, publicae etiam solemnitatis, quae idcirco die 25-ta

mensis Iunii, ac iam pridie post meridiem Budae instituetur, universi SS. et OO. reddantur participes. Rem sane pergratam factura est — — si solennem hanc inaugurationem sua praesentia condecorare placuerit. Datum ex Consessu Regii Senatus Universitatis Budensis, celebrato die 31. Maii A. 1780.

§. 54. Adventante praestituto tempore (Ibid. pag. 304.) XXIII. Iunii viri quidam ex Comitatu Pestinensi delecti, Vaciumque missi sunt; qui Comitem Carolum Pálfi, ut Augustae vices fungeretur, delegatum salutarent. XXIV. Iunii post meridiem Regius hic Commissarius, praecedentibus equitibus Prvinciae Pestinensis, Vacio discessit. Extra urbis Pestanae pomeria B. Adamus Patachich de Zajezda A. Episcopus Colocensis et Regii Scientiarum Universitatis Budensis Senatus Praeses, cum magno illustrium hospitum numero, adventum eius in tentorio, ad id exstructo, praestolabatur. Eo, quum regius Commissarius circa horam 5-tam advenisset, ab A. Episcopo breviter salutatus, et curru, pro dignitate ornato, acceptus est. Tum inter fragorem tormentorum tam Pestini, quam Budae ter displosorum, solemnis pompa processit. Quum Regius Commissarius ad destinatam sibi hospitio domum, quae familiae Comitum de Báttyán est, pervenisset, in eius atrio a Scientiarum Universitatis Rectore Magnifico, Doctoribus, Archigymnasiorum et Academiarum Directoribus, nobilibusque Academiae Theresianae Alumnis, latus eius stipantibus, brevi oratione salutatus est. Subin 100. Pyrobolarii, quibus centurio praeerat, cum vexillo eodem concesserunt, excubias pro domicilio Regii Commissarii acturi. Sub horam denique octavam et dimidiam a cunctis militibus praesidiariis ter sclopi displosi sunt.

§. 55. XXV. Iunii, paulo ante horam nonam Regius Commissarius solus splendide ornato auratoque curru, sex equis iuncto, ad Palatium regiae Scientiarum Universitatis, ubi una Centuria Pyrobolariorum vigilias egit, processit. Quum ad paratam sibi mensam consedisset, ornatissima oratione beneficia augustae recensuit; ac primum diploma Regium, quo universorum studiorum institutum in Hungaria stabilitur, Iosepho Brunszvick, C. ac R' Consiliario ac Secretario Aulico recitandum dedit; ab eo recitatum, et subin Augusto nomine Senatus Regii Praesidi traditum est. Deinde, quum Commissarius Regius pauca de Scientiarum Universitate regia Budensi praefatus esset, Diploma alterum, pro hac nempe Universitate, ab eodem Aulico Secretario recitatum, et pariter Senatus Regii Praesidi, ac hoc vero, una cum clavibus Palatii, Rectori Magnifico traditum est. Denique, quum idem Commissarius regius breviter etiam de regia Nobilium Academia verba fecisset, tertium Diploma, in quo de eadem Academia agitur, recitatum, Praesidi Senatus regii, et ad hoc Academiae Directori traditum est. His peractis A.

Episcopus Colocensis, et Senatus regii Praeses copiosissima et gravissima oratione, quae typis edita est, Augustae pro tantis beneficiis, primum Regni totius, tum Regiae Scientiarum Universitatis, ac denique Academiae Nobilium nomine gratias egit. V. numero X. e). Deinde regius Commissarius cunctos — adhortatus est: ut se se acceptis beneficiis dignos exhiberent — Exhortationem hanc fausta omnium acclamatio consecuta est; tum etiam sclopi a militibus displosi, ac tormenta incensa sunt. Post haec regius Commissarius viros ab Augusta per occasionem horum solemnium ad altiorem dignitatis gradum evectos promulgavit.

§. 56. Promulgatione ea facta, Franciscus Nagy, Historiae literariae Professor, e suggestu verba fecit; subinde regius Commissarius cum amplissimo Comitatu, Doctoribus videlicet, Magistratibus Academicis, et illustribus hospitibus, in templum scientiarum Universitatis concessit; ibi primum hymnus Ambrosianus decantatus, tum res divina a Cancellario (Ignatio Nagy, Episcopo Albensi) inter scloporum tormentorumque fragorem facta, ac frequentissimo populo D. Stephani manus dextera osculanda exhibita est. Eadem cum pompa in memoratum Conclave maius (palâtium Universitatis) reditum est, ubi numismata etiam, ad memoriam huius conservandam cusa, distributa sunt. Horum primum effigiem Augustorum in adversa fronte exhibet cum hac epigraphe: „Imp. Caes. Iosephus II. Aug. M. Theresia Aug.“ In aversa facie regiae aedes Budensis Scientiarum Universitatis elegantissime expressae cernuntur; in superiori orbiculi ora haec verba: „Aedes Reg. Lit. et Nob. Iuv. Conleg. assig.“ In inferiori autem numi parte haec leguntur: Bonae artes a Sigismundo et Mathia Corv. Regg. Budam inductae, belli terrore fugatae, a M. Theresia Aug. revocatae Reg. XL.“ Alterius numismatis antica pars eadem, quae prioris, est; in aversa autem parte haec inscriptio duobus laureis ramis, in quorum apice Corona Regni Hungariae cernitur inclusa, legitur: „Ratio educationis. totiusque rei litterariae per Regnum Hungariae provinciasque eidem adnexas die XXV. Iunii A. MDCCLXXX. Budae constabil.“ Singula haec argentea numismata duas uncias et dimidiam pondere aequant. Praeterea numus minor cusus est, in cuius antica parte effigies Augustorum est, cum hac epigraphe: „Iosephus II. M. Theresia Augg.“ In adversa autem iam memorata inscriptio: Ratio educationis etc. Ex his melius meritis Auditoribus quoque distributi. Hunc denique totius Ungariae applausum insignes Poëtae: Paulus Makó, Ioan. Chrysost. Hanulik, e Scholis Piis, Arcas. Georg. Aloys. Szerdahelyi, Franciscus Xav. Hinterholczer, Franciscus Sebastianovics, et alii concelebrarunt.

§. 57. Altissimum hoc Decretum Auctor Ephemeridum Vindobonensium ad A. 1777. p. 95. sequentibus annunciavit: „Tanta inde in universum Regnum redundabunt emolumenta, tantus ex eo splendor, honosque artibus accedet, vt hoc vnum ex illis Augustae beneficiis sit, cuius sera Hungarorum posteritas recordari non poterit, quin talem, tantamque Reginam nostris temporibus invideat. — Primum Augusta memoratae universarum Scientiarum Academiae non modo regiam suam in arce Budensi sitam, cum omnibus, quae ad eam pertinent, veluti stabulis, praedio et horto sacratarum Deo Virginum Anglicarum, quae in posterum Vacii Domicilium habebunt; sed aedificium earum, quae nunc Budae sunt, Scholarum et Collegiorum, ac Seminarium, quae antehac Societatis J. fuerunt, addixit; quibus eius permissu, Civitas Budensis domum Corvinianam adiecit. Iuris Consultorum, Medicorum, Philosophorum, Aesthetices, ac Grammaticae Scholae, excepta nationali, quae in pristinis Academiae aedibus cum Theologia collocabitur, Musea item mechanicum, physicum, rerumque naturalium, Bibliotheca, et quod huic adiungetur, rerum rariorum, antiquarumque, ac rei nummariae Museum, auditoria etiam, quibus opus erit, in aedificio regio constituentur. Experimentis medicorum chymicis, et anatomicis aedes extra Regiam; practicis eorum praelectionibus Nosocomium civicum, horto vero botanico hortus extra Civitatem, aptabuntur. Specula astronomica cum Museo mathematico in Regia exstruetur; in domo Corviniana — Typographia; quae ipsa quoque Tirnavia Budam transferetur, collocabitur. Ac quoniam Augusta quoque decrevit, ut Seminarium generale Cleri Regni Hungariae, ac Academia Regia Iuvenum nobilium sedem, quae hucusque Tirnavia erat, in posterum Budae habeant, Seminario quidem illi, quod ex 200 Clericis componetur, pristinum Collegium Societatis J. ac Seminarium Budense cum horto; praedio ac reliquis, quae ad illud pertinent, tradetur; Academiae vero locus in ipsa Regia assignabitur. Haec Academia, utpote quam Augusta condet, in sempiternam tanti beneficii memoriam, nomen Theresianae geret. Alentur in ea 100. alumni; 50. nempe liberalitate regia, et 50. alii suis expensis.“ Tum pag. 107. In tolerandos translationis sumtus Augusta 30. millia florenorum de aerario regio, Civitas Budensis 10. millia florenorum suppeditabit, quae etiam aquae ductum, ac porticum, quae ex inferiori ad superiorem urbis partem ducat, suis impensis se structuram, nundinas insuper Hebdomadales in superiori urbe se instituturam recepit.“ Ad faciliorem breviorem ascensum eadem occasione aperta est porta nova ad meridiem, dimidia sumtuum parte per urbem, alia per Universitatis aerarium tolerata.

14

§. 58. Supremus rei literariae per Regnum Hungariae Praeses, C. Georgius Fekete, Iudex Curiae Regiae; Praeses autem universarum Scientiarum Senatus Adamus L. B. Patachich, A. Episcopus Colocensis; Cancellarius Universitatis Ill. Ignatius Nagy, Episcopus Albensis; Director Scholarum Theologorum Andreas Szabó Canonicus Strigoniensis; Iurisconsultorum M. Antonius Vörös; Medicorum, Iosephus Vezza; Philosophorum, Paulus Makó; Literarum humaniorum Ioan. Molnár sunt denominati. Die III. Nov. A. 1780. totus hic Academiae Senatus regius in templo paroeciae convenit; ad quod cum iuventute Professores, praelatis Facultatum sceptris ex arce regia processimus, ibique scro solenni de Spiritu S., quod Andreas Szabó decantavit, interfuimus" ait laudatus Katona ad hunc annum.

§. 59. Status Universitatis Budensis personalis A. 1778. fuit iste:

Director Supremus: Excell. ac Illust. D. Comes Georgius Fekete, Iudex Curiae. Obiit XVIII. Octob. 1788.

Senatus Regii Praeses: Excell. Illustr. ac RR. D. Adamus e L. B. Patachich de Zaiezda, Metropolita Colocensis.

Assessor ex Facultate Theologica: Ill. ac RR. D. Andreas Szabó, M. Ecclesiae Strigon. Canonicus, Praepositus S. Ioan. Bapt. de Buda, Consil. C. R. Facultatis Theologicae Director.

Assessor ex Facultate Iuridica: Spect. D. Antonius Vörös, ad Excel. Tabulam Regiam Vice-Locumtenens Regius, Consiliarius Caes. Reg. I. Facultatis Iuridicae Director, una Provincialis per Districtum Budensem Director ac Praeses.

Assessor ex Facultate Medica: Magnif. D. Gabriel de Vezza, Consil. Caes. Reg. Praesidii militaris Budensis, nec non II. Comitatuum Pest, Pilis et Solt Physicus Ordinarius, Facultatis Medicae Director.

Assessor e Facultate Philosophica: RR. ac Clarissimus D. Paulus Makó, Abbas S. Margarethae de Bela, Consil. C. R. Facultatis Philosophicae Director.

Assessor ex parte Scholarum humaniorum: RR. ac Cl. D. Ioannes Bapt. Molnár, Cath. Eccl. Sabariensis Canonicus Honor. Consil. C. R. Humaniorum Director.

Cancellarius: Illustr. ac. RR. D. Ignatius Nagy, Episcopus Albensis, Consil. C. R.

## Professores Theologiae:

A. R. D. Franciscus Hubert, Theolog. dogmaticae, Georgius Frank, Historiae ecclesiasticae, Adamus Vizer, Hermeneuticae novi Te-

stamenti ac linguae graecae, Adamus Kaszaniczki, Hermen. vet. Testamenti ac Ling. hebreae. Emericus Perczel, e S. PP. Theologiae dogmaticae. Michaël Horváth, Theologiae pastoralis et Eloquentiae. S. Florianus Bertoni, e Paulinis, Theologiae morum. Franciscus Nagy, Institutionum Dogmaticae, Patrologiae, ac Historiae literariae Theologiae. Ladislaus Tompa, Rei liturgicae. Michaël Szvorényi, Presbyter A. Dioec. Strigon. Professor extra ordinarius.

Professores Iuris:

Spect. ac Cl. D. Georgius Lakics, Iuris ecclesiast. Gabriel Nittray, Institutionum Iuris hungarici, ac Praxeos. Iosephus Stuhr, Historiae Institutionum, ac Pandectarum, nec non Iuris criminalis. Franciscus Xav. Gyurkovics, Politiae, Commercii et rei aerariae. Successit Caspari Ehrenfels Iosephus Petrovics, Iuris naturalis, publici universalis et gentium, nec non Iuris publici hungarici tam politici, quam ecclesiastici. Adalbertus Barics, Historiae Statuum et universalis. Michaël Hirsch, Professor Iuris extraordinarius.

Professores Medices:

Spect. ac Cl. D. Michaël Schoretics, Pathologiae et Praxeos. Adamus Ignat. Prandt, Physiologiae ac Materiae Medicae. Iacobus Iosephus Winterl, Chemiae ac Botanices. Venceslaus Trnka de Krzovicz, Anatomes. Iosephus Iacobus Plenk, Anatomes, Chirurgiae, et artis obstetriciae. Samuel Rácz, Medicae Praxeos, Chirurgis destinatae, et simul extraordinarius Medicinae.

Professores Philosophiae:

A. R. ac Cl. D. Ioann. Bapt Horváth, Theoriae Physicae sublimioris, Physicae item experimentalis et Mechanicae. Franciscns Weiss, Speculae astronom. Praefectus. Stephanus Katona, Historiarum Professor. Iosephus Mittterpacher, de Mitternburg, Matheseos sublimioris purae. Franciscus Handerla, Logices, Metaphysices, et Ethices. Franciscus Taucher, Speculae Astronom. Praefectus secund. Andreas Dugonics, a S. Angelo Custode e Clericis regularibus Schol. Piar. Matheseos elementaris. Ioannes Nepom. Sajnovics de Galocz, Speculae astronom. Adiunctus. Mathias Piller,

Historiae naturalis. Ludovicus Mitterpacher de Mitternburg, Oeconomiae rusticae. Franciscus Rausch, Matheseos sublimioris applicatae. Franciscus Püspöki, Physicae, et elementorum Oeconomiae. RR. D. David Újvári, metrop. Eccl. Colocen. Canonicus Philos. Professor extraordinarius.

Professores Artium liberalium ac humaniorum.

A. R. D. Georgius Szerdahelyi, Aesthetices Professor. Augustinus Pupikoffer, Repetentium Humaniorum. Andreas File, Exhortator. Wolfgangus Tóth, Humaniorum primus. Franciscus Xav. Hinterholczer, Humaniorum secundus. D. Andreas Haliczki, Primus Grammaticae. A. R. D. Antonius Korbéli, secundus Grammat. D. Ladislaus Magyari, tertius Grammat. D. Franciscus Xav. Zanelli, Human. et Grammat. extraordinarius. V. nro. X. e).

§. 60. Series eorum, qui penes Universitatem Regiam Hundaricam ab anno 1770. usque 1785. in singulis Facultatibus Decanorum munus gesserant.

In Facultate Theologica:

Anno 1771. Ludovicus Csapodi, e Soc. J. Dogmatices Professor. 1772. Idem. 1773. Iosephus Kenyeres, e Soc. J. Prof. Dogmatices. 1774. Ioannes Hyros, E. M. Strigon. Canonicus, Abbas SS. Petri et Pauli de Tata. 1775. Franciscus Hubert, Prof. Dogmat. 1776. Adamus Vizer, Prof. Hermeneut. N. T. 1777. Georgius Frank, Prof. Hist. ecclesiast. 1778. Franciscus Stipsics, Parochus Vet. Budensis. 1779. Adamus Kaszaniczky, Profes. Hermen. V. T. 1780. Emericus Perczel, Prof. Dogmat. 1781. Michaël Horváth, Prof. Pastoralis. 1782. Florianus Bertoni, Prof. Ethices christ. 1783. Ladislaus Tompa, Prof. Liturgiae. 1784. Franciscus Krammer, Prof. Hist. litt. et Inst. 1785. Adamus Kaszaniczky, Idem qui supra.

In Facultate Iuridica:

An. 1770. Georgius Lakics, Prof. Iuris ecclesiast. per vota primus electus. 1771. Alexander Mich. Szedmáky, Iuris civ. Prof. 1772. Ioann. Ioseph. Zelenai, Iuris patrii Prof. 1773. Simon Faba,

Eccl. Metr. Strigon. Canonicus. 1774. Ioannes Ios. Zelenai, Idem 1775. Idem. 1776. Gabriel Nitray, Encyc. Method. et Iuris patrii Prof. 1777. Georgius Lakics, Idem qui supra. 1778. Iosephus Stuhr, Hist. Iuris Jnsit. Pandect. ac criminalis Prof. 1779. Idem. 1780. Idem. 1781. Franciscus Xav. Gyurkovics, Scient. polit. et camer. Prof. 1782. Alexander Barics, Statistices Prof. 1783. Mathias Markovics, Iuris ecclesias. Prof. 1784. Gabriel Nitray, I. q. s. 1785. Franciscus Xav. Gyurkovics, I. q. s.

### In Facultate Medica:

Anno 1770. Adamus Ignnatius Prandt, Physiol. et mater. med. Professor. 1771. Idem. 1772. Idem. 1773. Iacobus Ios. Winterl, Chemiae et Botaniae Prof. 1774. Idem. 1775. Wenceslaus Trnka, Patholog. Prof. 1776. Idem. 1777. Adamus Ignat. Prandt, I. q. s. 1778. Michael Schoretics, Pathol. et medicinae Praxis Professor. 1779. Iacob. Ios. Winterl, I. q. s. 1780. Venc. Trnka, I. q. s. 1781. Samuel Rácz, Anatomiae Prof. 1782. Adamus Ignat. Prandt, I. q. s. 1783. Michaël Schoretics, I. q. s. 1784. Iacobus Ios. Winterl, I. q. S. 1785. Wenceslaus Trnka, I. q. s.

### In Facultate Philosophica:

A. 1770. Franciscus Weiss, e Soc. J. Speculae astron. Praefect. 1771. Idem. 1772. Matthaeus Eisenpaitl, Linguae graec. Profes. 1773. Ioannes Bapt. Horváth, Prof. Physices. 1774. Stephanus Katona, Histor. univers. Prof. 1775. Franciscus Xav. Gyurkovics, qui inter Iuristas. 1776. Iosephus Mitterpacher, Mathes. sublim. Prof. 1777. Franciscus Handerla, Log. ac Metaph. Histor. liter. Philos. Prof. 1778. Georgius Aloysius Szerdahelyi, Aesthetices Prof. 1779. Andreas Dugonics, Mathes. elem. Prof. 1780. Franciscus Püspöki, Phil. elem. ac rei rusticae Profes. 1781. Stephanus Schönvisner, Custos primarius Bibl. ac rei num. Prof. 1782. Stephanus Katona, Idem q. s. 1783. Ioannes Babt. Horváth, Idem q. s. 1784. Leopold. Schaffrath, e Scholis Piis, Gymnasii Pestien. Director. 1785. Franciscus Rausch, Mathes. applicatae Professor.

Rectores Universitatis fuerant A. 1770 — 1785.

Anno 1771. Comes Sigismundus Keglevics, Canonicus E. M. Strigoniensis. 1772. Idem 1773. Georgius Sigism. Lakics. 1774. Ignatius Prandt. 1775. Franciscus Weiss, 1776. Ludovicus Csapodi. 1777. Ioannes Zelenai. 1778. Stephanus Nagy, Episcopus Themiscen. 1779. Gabriel Nitrai. 1780. Iacobus Winterl. 1781. Iosephus Mitterpacher. 1782. Franciscus Hubert. 1783. Franciscus Gyurkovics. 1784. Michael Schoretics. 1785. Ioan. Bapt. Horváth,

§. 61. Fuit decennium hoc doctrina, litterisque florentissimum:

Adamus L. B. Patachich de Zajezda, natus in Croatia 1717. Philosophiam Viennae, Theologiam Romae didicit, lauream utriusque adeptus, inter Arcadesque cooptatus 1738. Canonicus Zagrabiensis 1750. Nonensis Episcopus, et in Cancellaria Consiliarius 1751. Varadinensis Episcopus ac Supremus Comes Bihariensis 1760. Colocensis A. Episcopus 1776. In Universitate Budensi Senatus Regii Praeses 1777. Ordinis S. Stephani magnae Crucis Eques creatus 1778. Curas humanas posuit Coloczae 1784. Tres facundissimas Orationes in lucem emisit: 1) S. Stephanum Regem in equestris eius Ordinis institutione coram M. Theresia laudavit. Poson. 1764. 2) Clerum populumque suum in aditu Metropolitanae Ecclesiae Colocensis salutavit. 1776. 3) Collectum Budae Regni florem in Universitatis inauguratione in facundiae suae admirationem rapuit. 1780. V. Nro X. f). Complura Poëmata, Lexiconque Croaticum in manuscriptis Bibliothecae Coloczensi, quam 17 millibus voluminum auxerat, reliquit.

Excell. Illust. RR. Ignat. Nagy de Séllye, natus Albae Regiae, A. 1733. in Clerum Veszprimiensem cooptatus, Theologiae studuit Romae in Seminario Appollinari; A. 1759. Can. Honor. 1760. Actualis Veszprim. tum Praep. de Kaposfö. 1773. Ecclesiae Cathedralis Veszprim. Cantor et Canonicus, nec non S. C. et R. A. M. Con. Inclytae Tab. Reg. Iudiciariae Praelatus, A. 1775. Episcopus Titularis Drivest. et ad Excels. Consil. R. L. H. Consiliarius, A. 1776. ad Universitatem vero Cancellarius; Anno 1777. Primus Albaregalensium Episcopus. Obiit Pestini IX. Decembris Anno 1789. In lucem emisit: 1) Az igaz Ajtatosságról (versum ex Muratorio: De vera Devotione.) 1779. Pesten. 2) A' keresztény hit- és erkölcsbeli tudomány. Posony. 1786. 3). Az Oltári Szentségről. Pest. 1777. 4). Vasárnapi és ünnepi Énekek. (Opus Pauli Ányos, et Ioachimi Egyed.) 5). Keresztény Imádságok (verbis Scripturae S.) 1786. 6) A' Szent Lélek' imadása. 1787. Pest. 7). Repraesentatio in puncto Tolerantiae

Iosephino - Caesareae 1785. In Manuscripto reliquit dictiones Sacras, quas Episcopus ex ambone dixit, et alia.

Paulus Makó, Jász Apáthini natus 1724. in Societatem J. receptus Agriae 1741. Solenni quatuor votorum sponsione se devinxit 1759. Tirnaviae traditis Matheseos elementis, exorsus explicare Logicam et Metaphysicam, Semestri non evoluto, traductus Viennam; easdem disciplinas in Academico Collegio tertium, octavum in Theresiano Mathematicas docuit. Universitati Tirnaviensi Budam translatae, Facultati Philosophicae Director datus, Abbas et Canonicus Vaciensis subin renunciatus, infausta morte sublatus XIX. Aug. 1793. Exquisitam eius doctrinam sat superque loquuntur opera, repetitis typis excusa: 1) Elegiarum liber unicus. Tirn. 1752. 2) Carminum libri tres. Ibid. 1764. Basileae 1783. 3) Compendiaria Logicae Institutio. Vindob. 1760. 1764. 4) Compendiaria Physicae Institutio. Vindob. 1762. 1766. 6) Compendiaria Matheseos Institutio. Vindob. 1764. 1766. Budae identidem. 7) Institutio Calculi differentialis et integralis. Vindob. 1768. 8) De arithmeticis et geometricis aequationum resolutionibus libri duo. Vindob. 1770. 9) Abhandlung von den Eigenschaften des Donners. Wien. 1773. 10) Elementa Matheseos purae. Budae 1778. et iterum. 11) Elementa Geometriae purae. Budae 1778. 12) Elegiacon. Budae 1780. 13) Oratio (elegans) in Universitatis Budensis inauguratione. Budae 1780. 14) Descriptio Povinciae Moxitarum. Budae 1791. In Lexico Linguae hungaricae adornando extremam impendit operam. Vertit in latinum Ethicam Eberhardianam, ab Antonio Kreil in usum Scholarum editam A. 1795. Redactor item fuit utriusque rationis educationis.

Ioannes Molnár, in Csécsén Provinciae Iaurinen. in lucem editus 1728. Societati J. quatuor vota nuncupavit 1763. Tirnaviae Philosophiam, Budae Theologiam docuit; ubi humaniores scholas, Universitate translata, moderatus 1780. Sub eiusdem inauguratione Canonicus renunciatus Scepusiensis, Abbas Belae fontis. Eius ingenii, solertiaeque singularis monumenta sunt: 1). A' régi jeles épületek. Tirn. 1760. cum cupris in 4. 2). A' megtérő Reformatus emélkedései. Ibid. 1763. 3). Az igaz penitentzia tartó Bünösnek eleven példája. Ibid. eod. 4). Concionum pro Dominicis annus unus. Ibid. 1766. 5). Az Anyaszentegyház történeti. Ibid. 1769 — 1771. Tomi III. in 4. Tom. IV. post obitum editus Poson. 1794. 6). Az Oltári Szentségröl. Poson. 1775. 7). A' Természetekröl. Ibid. 1777. 8). Szent Ágoston hármas levele. Ibid. 1780. 9). Oratio funebris pro M. Theresia. Ibid. 1780. 10). Zoologicon, Oryctologicon, Phytologicon. Ibid. 1786. 11). Magyar könyvház. Opus vastissimae lectionis, inchoatum 1783. usq. XIX. tomum continuatum Pos. Pestini, Cassoviae. 12). Responsorium ad obiectiones Antichristianorum libri

IV. Cassov. 1789. 13). Eucharisticon. Cassov. 1789. A' Nevton Philosophiájának eleji. A' Pásztor ember. A' nevelésről. Carmina multiplicia latina et hungarica, quae longa serie deduxi in Biographia ipsius. V. Tudományos Gyüjtemény anni 1819. Fuit mei ad litteras incensor.

Florianus Bertoni, Belgradi natus 1734. hoc amisso, Budam traductus, et in ordinem S. Pauli adlectus 1756. in quo Philosophiam explanavit Pestini, Theologicas disciplinas Quinqueecclesiis et Tirnaviae. Facto hic concursu, publicus Theologiae moralis Professor delectus; hanc Tirnaviae Budae ac Posonii docuit usque A. 1787. Supremum diem obiit Budae in domo Péchiana. A. 1809. Dissertationem edidit: De flammis piacularibus. Tirnaviae 1774. 4.

Antonius Demien, natus 1744. XXII. Iunii, nobilis Siculus, in Possessione Szent-Kátolna, Sede Kezdi in Transilvania. A. 1776. Cathedram Iuris civilis digestorum, Iuris publici Universalis et gentium in Academia primum Tirnaviensi supplevit, docuit easdem Scientias Tirnaviae, Budae ac Pestini A. 1779. — 1806. Rude donatus, Consiliarii Regii honore auctus A. 1820. et Facultatis Iuridicae Praeses ac Directer constitutus, 1825. ad plenam quietem repositus, ad aeternam transivit 1833. XXVI. Aug. Disseruit de eo: An Pater liberos suos per testamentum simpliciter excludere possit? Tirn. 1778. 8.

Andreas Dugonics, natus Szegedini XVIII. Octobr. 1740. Clerum Scholarum Piarum amplexus A. 1756. Traditis inferioribus studiis, Nitriae Philosophiam docuit annis duobus 1773 — 1774. In concursu Tirnaviae celebrato, Professor Matheseos theoreticae et applicatae delectus A. 1774. quam docuit Tirnaviae, Budae ac Pestini usque A. 1807. Publico hoc munere, temporumque difficultatibus neutiquam prohibitus, ad litteraturam praesertim patriam promovendam totus incubuit. Edidit: Poëtica, Mathematica, et Historica. 1). Troja veszedelme 1774. in 4. 2). Argonautica. 1778. 3). Ulissesnek történeti 1780. 8. 4) Magyar Tudákosság. (Mathesis pura) 1783. 5). Etelka P. I. II. (Historico-Romanensis) A. 1788. 1791. 6). Opera celeberrimi Poëtae Steph. Gyöngyösi revidit. Pest. 1785. 8. 7). Az arany Pereczek (Macskási Julianna) szomorú történetek. Poson. 1790. 8. 8). A' magyar Játékszinre alkalmasztatott jeles Történetek. Pest. 1794—5. 8. 9). A' Gyapjas vitézek (Argonauticorum versio) Poson. 1794. P. I. II. 10). A' Szerecsenyek. Europai történetek. Poson. 1798. 11). A' Tudákosság' könyvei. Megbővitett kiadás. Poson. és Pest. 1798. 12). A' Romai tërténetek. Ibid. 1800. 13). A' Magyarok' uradalmaik, tizen négy részre mettszett paizsokkal. Ibid. 1801. 8. 14). A' Szitthai történetek, Partes II. cum mappis. Ibid. 1804. 15). Magyar példa beszédek, és jeles köz mondások. Opus posthumum. Szeged. I. Pars

1820. In MSS. reliquit: Primordia Universitatis Tirnaviensis. Biographiam suam, tum aliorum, variaque. Me gratum discipulum invisit in Parochia Kovácsiensi A. 1807. Pestini cum ceteris suis discipulis A. 1815. Fatis functus XXVI. Iul. 1818.

Georgius Frank, in lucem editus M. Varadini 1742. Clero Dioecesis Strigoniensis adscriptus, in concursu Cathedram Historiae ecclesiasticae adeptus, quam docuit Tirnaviae, Budae, Posonii annum usque 1787. Ibidem Abbas mellei fontis renunciatus, Generali Seminario praefuit usque annum 1790. Postea Canonicus Iaurinensis, Vicarius generalis, et A. Diaconus Cath. mortem oppetiit 1822. XXX. Novemb. Iuris publici fecit: Introductionem in Historiam ecclesiasticam cum Chronologia. Budae 1783. 8. Opus Scholis praescriptum. Humfredi Dittoni opus praeclarum: de veritate Religionis christianae ex resurrectione Iesu Christi. Poson. 1811. Synopsim Historiae ecclesiasticae in MSS. reliquit. Fui eius Posonii Auditor.

Franciscus Handerla, Tirnaviae lucem primam aspexit A. 1745. kal. Octob. in Clerum Strigoniensis Dioeceseos receptus, facto concursu, Ca thedram Logices ac Metaphysices meruit; hasque tradidit Tirnaviae ac Budae usque A. 1782. quo decessit IX. Kal. Martii. Prelo subiecit: Historiam criticam Philosophiae. Budae 1782. Logicam. Ibid. 1783. 8

Ioannes Bapt. Horváth, Strigonii natus 1732. Soc. J. tironibus adlectus 1760. solemnibus quatuor votis devinctus 1766. Philosophiam primum Budae, mox Tirnaviae docuit; tum Physicam generalem, particularem, ac experimentalem, quam etiam facto scrutinio retinuit, prosecutus Budae ac Pestini usque A. 1789. In membrum correspondens Regiae Scientiarum Societatis Göttingensis cooptatus, demum Abbas B. V. de Egres. Hos ingenii, solertiaeque singularis egregios partus in lucem publicam emisit: 1). Panegyricum D. Francisco Xav. Tirn. 1760. 2). Orationem de SS. V. intaminato conceptu. Ibid. 1761. 3). Panegyricum de S. Ignatio. Ibid. 1762. 4). Institutiones Logices. Ibid. 1767. 1770. 5). Institutiones Metaphysices. Ibid. 1768. 1771. 6). Institutiones Physicas. Ibid. 1767. 1770. Agriae 1774. Venetiis 1780. Praescriptae hae sunt in usum Scholarum, ac cum augmentis identidem recusae. — Calculum orgiae civilis. Budae 1792. Dissertationem de methodo pontis firmitatem investigandi. Budae 1780. Praelectiones mechanicas. Budae P. I. 1782. P. II. 1783. P. III. 1784. Theoriam globi aërostatici. Budae 1783. Elementa Physicae. Budae 1792. Institutiones Logicae, quas olim in usum Auditorum Philosophiae conscripsit. Budae 1795. 8. Summarium elementorum Physicae. Budae 1794. 8. Declarationem infirmitatis Fundamentorum operis Kantiani Criticae rationis purae. 1797. 8. Tantus vir uti-

lis ac laboriosae vitae suae finem fecit Pestini 21. Octob. 1800. Meus in Physica Studiorum moderator, piae memoriae! Biographum necdum reperit.

Michaël Horváth, ex Horváth-Sidány, Comit. Soproniens. oriundus, Soc. J. tirocinium ingressus 1749. Tertia probatione perfunctus, vestem religiosam posuit Cassoviae 1768. Parochialibus muniis in Regelsprun, Dioec. Vien. administratis, adscitus est ad eloquentiam sacram Tirnaviae, Budae ac Posonii Clero minori tradendam. Illam cum Theologia pastorali prius germanice, tum latine professus, rude donatus 1790. Praepositi de Graba titulum obtinuit. Vulgavit: 1). Historiam Hungariae politicam. Vien. 1770. 1786. 1792. Arcanam belli Turcici A. 1737. 1738. 1739. Historiam in idioma latinum ex gallico traductam. Tirn. 1776. Theologiam pastoralem. Vindob. 1780. Orationem habitam Uuiversitatis Budensis inauguralem 1778. versam germanice 1780. Viennae. 4. Crestomathiam pastoralem. Partes duae Pestini 1772. 8. Supplementarem Statisticam Regni Hungariae. Poson. 1794. 8. 1802. Notitia commercialis rei. Posonii 1806. Poëcile Poson. 1786. 8. Memoria Posthuma C. Nicolai Pálfi. 1800. Positiones ex Theologia pastorali in MSS. reliquit. Mortuus A. 1810.

Franciscus Hubert, A. Dioec. Strigon. Presbyter, primus abolita Societate J. Theologiae dogmaticae in Universitate Professor, confirmatus 1774. Eam tradidit Tirnaviae, Budae, ac Posonii. Evasit Canonicus Posoniensis, tum Tirnaviensis, Seminarii Rector. Defunctus Posonii A. 1800. XXI. Iunii, Apoplexia tactus. Edidit Theologiae Partem 1-am de Deo ac II-am de sanctissima Trinitate. Budae 1783. in 8. Systematice.

Adamus Kaszaniczki, in oppido S. Nicolai, Provinciae Liptoviensis, nobili genere natus, ordinem ecclesiasticum amplexus A. D. Strig. sacram linguam docuit Tirnaviae, Budae, Posonii, meritis in rem publicam exigentibus, in Collegia primo Posoniensium, dein Tirnaviensium Canonicorum adlectus, confecit, et iuris publici fecit Grammaticam linguae sacrae Institutionem. Vien. 1791. 8. Obiit 1804. V. Octob. fulmine apoplectico.

Stephanus Katona, magno Reip. literariae emolumento in oppido Bolyk, Provinciae Neograd. in lucem susceptus A. 1732. XIII. Decembris. In Societatem J. cooptatus 1750. Studiis mansvetioribus traditis, solemnioribus votis obstrictus An. 1767. in Eloquentiae sacrae cathedra inclaruit 1769. Oratione de S. Calasanctio panegyrica. Tirn. 1769. 4. Ad Historica proprio transiit ingenio, quam cum Eloquentia profana tradere iussus fuit. In Concursu Tirnaviensi A. 1774. probatus, confirmatusque, totum se deinceps Historicis impendit. Memoriae perenni nomen consecravit operibus editis: 1), Historiam Hungariae cum suis Regibus, per Ladislaum Thuroczi coeptam, per-

polivit, ac continuavit usque 1768. Tirn. in 4. 1769. 2). Synopsim chronologicam P. I. Tirn. 1773. ibid. edidit in 8. 3). Historiam criticam primorum Hungariae Ducum ex fide domesticorum et externorum Scriptorum ab A. 884 — 1000. Historia literaria praemissa. Pest. 1778. 8. 4). Historiam criticam Regum Hungariae ab A. 1000—1810. tomis XLI. in typis, prout potuit, diversis ab A. 1779—1817. 8. 5). Historiam Pragmaticam Hungariae Tomis duobus. Budae 1782—84. 6). Epitomen chronologicam rerum Hungariae, Transilv. et Illyricarum ab A. 884—1797. Partes tres. Budae A. 1796 — 98. 7). Synopsim Historiae Imp. Budae 1771. 8. 8). Chronologiam Regum Hungariae a S. Stephano usque Leopoldum II. in 4. 9). Examen vetustissimi M. Moraviae situs, cum Vindiciis Anonymi Belae Regis Notarii iustitutum. Budae 1786. 8. 10). Amicum responsum ad Hypercriticon Georgii Szklenár. Ibid. 1788. 8. 11). Vetus Moravia rursus ad suos limites reducta. Ibid. 1789. 8. 12). Ad amicum Aug. Confessionis amici Catholici de Pacificatione Viennensi et Lincensi Epistolae tres. s. l. 1790. 8. 13): Dissertatio critica in commentarium Alexii Horányi de S. Hungariae Corona. (simulque mendis Veszprimianis et Péczelianis de eadem corona) Budae 1790. 8. 14). A' magyar Sz. Koronáról D. Décsi Samueltől irtt Historiának meg rostálása. Ibid. 1793. in 8. 15). Epistola inter exegeticas II. Pestini 1784. 8. 16). Historiae Metropolitanae Colocensis Ecclesiae Partes duae. Colocae 1800. 8. 17). Appendix ad Partem III. Epitomes chronologicae in 8. 18). Dissertatio de mansvetudine Evangelica. Budae 1785. in 8. 19). Responsio ad Epistolam commonitoriam M. Antonii Praepositi Bienicensis. Ibid. 1785. 8. 20). Larva Pseudo-catholico (Antonio Abaffi scriptori virulento) detracta A. 1791. 8. 21). Sz. István, Magyarok első Királlyának dicsérete. Bécsb. 1788. 22). Orationes, opus posthumum. Pestini 1813. 8. Colocae. In MSS. reliquit: Chorographiam urbium Hungariae Scholis florentium etc. Rude donatus A. 1784. Inopiam Scriptoris optime meriti levavit Excell. Ill. ac RR D. Ladislaus Kolonicz, Archi-Episcopus Colocensis: Bibliothecarius primum constitutus 1790. mox Canonicus 1794. titulo Abbatiae S. Petri de Bodrog munificentia regia ornatus 1799. Fatis cessit, Ecclesiae Colocensis Cantor, et Canonicus XVI. Kal. Sept. 1811. Aetatis 79. Memoriam eius, cui hoc quoque in opere debeo plurimum, grato exhibitam animo, V. Cod. Diplom. Tomi VII. Vol. III. in praefatione.

Sigismundus K é l e r, in Scholis Augustanis Posonii litteris institutus, gratia floruit apud Aug. Iosephum II. cuius novum Ius Budae tradidit; ac edidit: Tractatum de Processu Concursuali pro Regno Hungariae instituendo. Viennae 1786. Collectanea Diplomatico-historieo reliquit Tomis 4. in folio, quae Musaeum nationale possidet.

Franciscus Kromer, natus in vico Gajar Comit. Posonien. Archi Dioec. Strigon. Presbyter, primum Iaurini, dein Budae, demum Posonii Historiam litterariam, Patrologiam, Institutionesque theologicas, quamdiu per valetudinem licuit, professus; iam in collegium Posoniense Canonicorum adlectus, eiusd. Lib. Reg. Civitatis Parochus, Praepositus S. Sapientiae de Titel. Fuit Studiorum meorum in Dogmatica moderator, tum fautor; Metropolitani Capituli Strigoniensis Custos et Canonicus mortem oppetiit A. 1818. XXII. Octob. Pro amplissima sua eruditione, in fidemque catholicam zelo, luce publica donavit: 1) Institutiones Historiae literariae Theologiae Pars I. Isagogica et generalis. Budae 1783. 8. P. II. Theologiae exegeticae Poson. 1785. 8. P. III. Theologiae dogmaticae. 1787. 8. 2). Examen schediasmatis de sola salvifica in fasciculis duobus. Poson. 1791. 8. 3). Fragmenta sex historico-dogmatica de Christiani solius salvifici dogmatis fundamento. In tomis quatuor Tirnaviae 8.

Georgius Sigismundus Lakics, in Provincia Castriferrei natus 1736. Iuris utriusque Doctor, et Legum ecclesiasticarum primum in Universitate Tirnaviensi, dein Budensi Professor usque A. 1780. Tum regius librorum Censor, et Facultatis Senior, Commissionis litterariae Commembrum, iam Facultatis Iuridicae ac Typographiae Director, demum ad Fxcelsum Consilium R. L. H. Consiliarius, Aulicus quoque. Desiit Posonii A. 1819. Hos ingenii praeclari partus produxit: 1). Iuris publici ecclesiastici partem generalem. Vien. 1774. 8. 2). Institutionem elementorum Iuris naturalis. Budae 1778. 8. 3). Institutiones Iuris ecclesiastici. Tom. I. Budae 1779. Tom. II. 1779. Tom. III. 1781. 8. 4). Praelectiones Canonicas. Vien. 1783. 8. 5). De constituendis ac destituendis Episcopis. 1790. 8. Plura reliquit MSS. Sacrario Aulico illata.

Mathias Markovics, natus Pestini 1752, ad profitendum Ius Canonicum, quod Tirnaviac repetiit, Iaurino Budam A. 1780. inde cum Universitate regia Pestinum translatus, edidit: Dissertationem inauguralem iuridicam de fontibus Iuris hungarici. Tirn. 1775. Principia Iuris ecclesiastici Hungariae. Budae 1789. 8. Commissionis litterariae diu membrum, ac Typographiae Director, capta quiete, vitam clausit Pestini. 1832.

Ludovicus Mitterpacher, in Bellye natus 1734. quartum in Soc. J. Pontifici votum dixit 1768. In Collegio Theresiano Viennae Philosophiam et oeconomiam plures annos professus, hanc etiam in Universitate Budensi, dein Pestinensi constanter ab An. 1777. docuit grandibus meritis exigentibus, factus Abbas S. Spiritus de Monostor, Academiae Scientiarum Instituti Bononiensis Socius, Societatis oeconomicae inferioris Austriae commembrum, nec iam oeconomiae tantum rusticae, sed etiam Historiae natu-

ralis nniversalis, Geographiae Physicae ac Technologiae Professor P. O. Stallum capitulare M. Varadinense clementer sibi oblatum deprecatus, docendo vitae pientissimae finem fecit An. 1815. 24. Maii. In lucem publicam emisit: 1). Orationem de SS. V. intaminato conceptu. Vien. 1760. 2). Physicam, Geographiam, Astronomiam, Germanice Vien. 1774. Elementa rei rusticae. Partes III. Budae 1777. 1779. 1784. Secundis curis A. 1810—2. 8. 4). Iter per Poseganam Sclavoniae Provinciam. Budae 1783. 5). Primas lineas Historiae naturalis. Budae 1799. 5). Compendium Historiae naturalis. Budae 1799. 7). Praelectiones technicas. Budae 1800. 8. 8). Dissertatio de cultura lini. 9). Institutio de lino et cannabi excolenda. Utrumqne germanice. 10). De cultura arborum opus Heintlianum ex germanico, de cultura Gossipii opus de Lastiryanum ex gallico in latinum vertit. (Ego in hungaricum) De cultura vinearum Chaptalii in latinum. 11). Ideam Instituti oeconomico-practici in R. Universitate erigendi. — Fratrem huius, Iosephum ad Cathedram matheseos sublimioris promotum, opus edidisse scimus, ast nullibi reperimus.

Emericus Perczel, Vesprimii nobili genere natus 1733. Institutum S. Piarum amplexus, philosophicas et theologicas disciplinas in eode m docuit; ex pluribus ad tradendam in Universitate Regia Theologiam dogmaticam concurrentibus delectus, hoc munere primum Tirnaviae, dein Budae, demum Posonii perfunctus usque A. 1787. Collegium Debreczinense, postea Provinciam universam rexit; Coloczae, quum suos inviseret, e vivis ereptus, ac in Ecclesia metropolitana conditus. A. 1795. IV. Cal. Iulii. Luce publica donavit: Dissertationem de fundamento Iuris divini in homines, et obligationis humanae in Deum. Adversus Hobbium. Tirn. 1777. 8.

Iosephus Petrovics, in Croatia praeclaro genere natus, in Universitate Budensi, evocatus Zagrabià, Iuris naturae, gentium ac publici Professor. Pub. Ord. 1778. An. altero patriam repetiit; Tabulae Iudiciariae Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae, tum Septemviralis Assessor, Universitatis Pestanae Vice-Praeses. Decessit 1818. XV. Decemb. Panegyrico celebratus a Paulo Markovics. Concinnavit ac vulgavit: Introdnctionem in Ius publicum Hungariae. Viennae. 1790. 8.

Mathias Piller, Styrus Graecensis, ex abolita Societate J. Historiam naturalium professus Tirnaviae, Budae ac Pestini, Iuris publici fecit: Historiam naturalem in Regnis tribus: Animalium, vegetabilium ac mineralium. Tirn. 1775. Budae repetitim. Iter per Poseganam Provinciam cum Ludovico Mitterpacher, ut supra.

Iosephus, Iacobus Plenck, natus Viennae A. 1732. XXVIII. Novembris. Chirurgiae Doctor, Anatomiae, Chirurgiae, Obstetriciae Professor

Ordinarius, ad Universitatem Hungaricam Tirnaviae ac Budae — annum 1783: quo ad Academiam medico-chirurgicam militarem Viennam evocatus, docuit Chemiam et Botanicam; Director Apothecae campestris, archiaterque bellicus; Anno 1798. nobilitate Hungarica donatus, Consiliarius Regius, et Academiae Medico-Chirurgico-Iosephinae Secretarius. Obiit A. 1807. XXIV. Augusti, aetatis 75. Indefessae suae diligentiae specimina edidit: Schreiben an Herrn Rumpelt von der Wirksamkeit des Quecksilbers und Schierlings. Wien 1766. 8. Methodus nova et facilis argentum vivum aegris venerea labe infectis exhibendi. Accedit hypothesis nova de actione metalli in vias salinales. Ibid. 1766. 8. 1778. Vien. 8. Germ. 1767. 8. Novum systema tumorum, quo hi morbi in sua genera et species rediguntur. Vien. 1767. 8. Perciv Pott Abhand. von den Mastdarmfistel, aus dem Englischen übers tzt. Ibidem 1768. 8. Anfangsgründe der Geburtshülfe. Strasb. 1769. 8. Neue Auflag. Vien. 1774. gr. 8. 1786. 8. Ibid. 1795. 8. Ibid. 1805. V. Ausgab. Vien. VI. 1812. VII. 1822. — Neues Lehrgebäu der Geschwulste. Dresden. 1769. 8. Materia Chirurgica. Vien. 1771. 8. Sammlung von Beobachtungen über einige Gegenstände der Wundarzneykunst I. Th. ibi 1769. II. Th. 1770. 8. Neue Auflag. 1775. Lehrsätze der praktischen Wundarzneywissenschaft zum Gebrauch seiner Zuhörer. Wien. 1774. 8. II. Th. ib. 1776. 8. 1799. Ibid. eod. Pharmacia chirurgica. Vien. 1775. 8. Editio II. emen. ibi 1777. 8. 1786. 8. 1791. 8. — Selectus Materiae chirurgicae. Ib. eod. 8. Auswahl der chirurgischen Arzneymittel, nebst einem Verzeichniss der chirurgischen Werkzeuge und Bandagen. Ibid. 1775. 8. Primae lineae Anatomes. Ibid. eod. 8. Edit. II. Ib. 1777. 8. mai. Edit. IV. aucta 1795. — Doctrina de morbis cutaneis, qua hi in suas classes, genera et species rediguntur. Ibid. 1776. 8. maj. Ed. II. aucta et emend. ib. 1780. 8. — Compendium Anatomes pro tironibus Chirurgiae, III. Part. ib. 1778. 8. maj. — Anfangsgründe der chirurgischen Vorbereitswissenschaften für angehende Wundärzte. III. Th. ibid. 1777. 8. 1794. edit. II. — Doctrina de morbis oculorum ibid. eod. 8. maj. Ed. II. aucta ib. 1783. 8. maj. — Doctrina de morbis dentium ac gingivarum. Ib. 1779. 8. mai. — Doctrina de morbis Venereis. Ib. 1779. 8. — Elementa Medicinae, et Chirurgiae forensis. Ibid. 1781. 8. maj. Germanice ibid. 1782. 8. 1803. 8. Ibid. Elementa artis obstetriciae. ib. eod. 8. mai. — Pharmacologia chirurgica. Ibid. eod. 8. maj. — Bromatologia, sive doctrina de esculentis et potulentis. Vien. 1784. 8. maj. — Toxicologia, seu doctriua de Venenis et antidotis. Ib. 1785. 8. maj. A. 1802. Ib. 8. — Bemerkungen über den Gebrauch der Salzsäure im bösen Kopfgrinde. In Mohrenheim's Wiener Beytr. zur prakt. Arzneykunst. II. B. 1783. Bemerkungen über die Heilung einer sechsmonathlichen Heiserkeit.

Ibid. — Anfangsgründe der Chirurgie für die angehenden Wundärzte im Königreich Hungarn. Pest. 1783. gr. 8. — Chirurgiscbe Pharmacologie — aus dem lateinischen übersetzt. Wien 1786. 8. — Lehre von den Venerischen Krankheiten. II. Aufl. 1786. Ibid. gr. 8. — Icones plantarum medicinalium, secundum systema Linnaei digestarum. Vol. I. fasc. I. — IV. Vindob. 1788 — 9. Vol. II. fasc. IV. Ibid. 1789. 1790. Vol. III. fasc. I. II. et III. Ibid: eodem. Vol. IV. fasc. I. II. Ibid. 1791. fol. maj. cum tabulis pictis. Vol. V. et VI. ultimum 1795. Ibid. Physiologia et Patologia plantarum. Viennae 1794. 8. maj. — Hygrologia corporis humani. Ib. eod. 8. — Bemerkungen über den Gebrauch der Zimmettinctur bei Blutstürzen aus der Gebährmutter in Mohrenheim's. Wien. Beyträgen I. Band. 1781. — Von der Heilung einer Lähmung der untern Gliedmassen. Ibid. B. II. 1783. Bemerkung über die Heilung einer gäh entstandenen Nasenpolyp. Ibid. Uiber den Gebrauch der Fieberrinde, des Quecksilbers, und des Opiums beym Tetanus von einer Verwundung. In den Abhandl. der k. Iosephin. med. chir. Akademie. B. I. 1787. Beobachtungen über die Krampfstillende Eigenschaft der Ipecacuanha bey den Convulsionen der Schwangern, und Gebährenden. Ibid. Elementa Terminologiae Botanicae, ac systematis sexualis plantarum. Viennae 1797. 8. maj. Compendium Institutionum chirurgicarum, edit. nova, multum aucta. 1797. Ibid. Anfandsgründe der botanischen Terminologie und des Geschlechts Systems der Pflanzen. Wien 1798. 8. Anfangsgründe der Pharmaco-Katagraphologie. Ibid. 1199. 8. Elementa Chymiae. Ibid. 1800. 8. Lehrsätze der praktischen Wundarzneywissenschaft. III. Auflag. 1799. Ibid. Anfangsgründe der pharmaceutischen Chemie. Vien. 1803. gr. 8. Pharmacologia medico-chirurgica specialis. Pars I. continens medicamenta simplicia. Pars II. continens medicamenta praeparata. Pars III. continens medicamenta composita. Ibid. 1804. 8. Germanice in partibus tribus ibidem 1804. 8. Doctrina de cognoscendis, et curandis morbis infantum. Viennae, et Tergesti 1807. 8. etiam Germanice Wien 1807. 8. maj. Doctrina de morbis sexus feminei. Ibid. 1808. 8. Beobachtungen über den Nutzen des Mexikanischen Traubenkrautes (Chenopodium Ambrosoides L.) zur Heilung des Veitstanzes. In den Beobachtungen der Med. Chir. Iosephs Akademie, zu Wien B. I. nro. V. A. 1801. Icones plantarum medicinalium Centuria VII. fasc. I. III. 1803 — 1804. Cent. VIII. 1807.

Adamus Ignatius Prandt, Sclavonius Petrovaradinensis, docuit materiam medicam Tirnaviae, Budae, Pestini. Obiit 1809. Scripsit: Dissertationem inauguralem medicam de vesicantibus. Vien. 1767. 8.

Augustinus Pupikoffer, in Loos natus 1734. XXVII. Aug. In Soc. J. quatuor vota professus 1769. Aestheticam in Universitate Tirnaviensi ac

Budensi docuit, quum apoplectico fulmine prostratus, vivere desiit. A. 1783. IX. Apr. Aet. LXVIII. Vulgavit : Pindari Olympia cum explanatione. Bud. 1779. 8.

Franciscus R a u s c h, absoluta Posonii Rhetorica Soc. J. tironibus adlectus A. 1761. Mathematicis Iaurini traditis, ad Universitatem regiam translatus 1777. primum Budae, dein Pestini Geometriam ac Mathesim practicam docuit. Iam Abbas S. Demetrii de Sirmio, Ecclesiae Colocen. Canonicus honorar. Societatis oeconomicae inferioris Austriae commembrum, Canonicus Poson. per eundem Districtum V. Direct. per Iaur. Studiorum Superior. Ob. 1816. In lucem edidit: Elementa Architecturae ad structuras oeconomicas applicatae. In usum Academiarum per Regnum Hungar. conscripta cum tabulis aen. XI. Budae 1779. 8. 2). Praktische Mathematik. Zwey Bände mit Kupfertaf. Presb. 1788. 8. 3). Arithmetica. Budae 1797. 8. 4). Compendium Geometriae subterraneae. Ibid. 1797. cum tab. aen. 3. in 8. 5). Idea specularium munimentorum breviter adumbrata. Ibid. 1797. in 8. cum tabulis aen. 6). Descriptio brevis construendae fornacis, quae calorem pro arbitrio temperandum cum lignorum compendio admittit, cum tab. aeneis 6. Ibid. 1797. 8. 7). Compenhydrotechnicum cum Tab. aeneis 6. 1797. 8. Vertit Majláthianam orationem: Rede auf den glorreichen Geburtstag M. Theresiens XIII. May 177:

Samuel R á c z, Siculus reformatus opera Iesuitarum conversus, et educatus, prius Physicus civitatis Nagy-Bánya, docuit Anatomiam ac Physiogiam ab A. 1776. Budae, ac Pestini. De re litteraria meruit operibus editis: 1). Orvosi oktatás, a' belső nyavalyák jeleiről, és orvosságairól. 1776. item 1778. Posonyban és Kassán. 8. 2) Idem liber in graecum conversus: Zabira etc. Pestini 1787. 8. 3). A' skarlátos hidegnek leirása és orvoslása. Pest. 1784. 8. 5). A' Physiologiának rövid summája. A' szerzönek és másoknak képeivel. 1789. 8. 5). A' borbélyi tanitások első darabja. Az Anatomiáról, Physiolog, Pathol. Materia medikaról, és Babaságról. II. Dar. A' törvényes orvosi Tudományról, és az orvosi Policziáról. Pest. 1794. 8. 6). Orvosi Tanitás, forditva Störkből. 1798 — 99. 7). A' Saletrom fözésről, forditva Haeckelből. Budán 1803. in 8. 8). Prolusio Academica de utili ac necessaria Chirurgiae cum medicina coniunctione, habita Budae I. Nov. 1779. Budae 8. 9). Compendiaria Miologiae Institutio. Pest. 1785. 8. 10). Oratio ad Sodales Marianos die XXVII Martii 1782. Editio tertia Pest. 1794. 8. 11). Notio potentiarum incitantium, quam in supplementum ad suam vitae notionem edidit. Pest. 1805. 8. Vita defunctus A. 1807.

Stephanus S p a i c s, natus Budae, in S. J. tirocinium adlectus Trencsinii 1761. Litteras humaniores tradidit Tirnaviae, Budae; earumdem Albae Regiae Director, obiit ibidem 1803. Multas elegantes Odas produxit.

Georgius Aloys. Szerdahelyi, in Provincia Castriferrei primam lucem adspexit 1750. Soc. J. tirocinium ingressus Viennae 1756. Theologiam Tirnaviae publice defendit. Ibidem primum Aesthetices Professor, dein Budae, tum Director A. Gymnasii Budensis; iam ad Exc. Consilium R. L. H. in Studiorum commissione Referens, Abbas S. Mauritii de Both, et Canonicus Vaciensis. Pluribus ingenii partubus editis inclaruit: 1). Ode in adventum Ser. Alberti et Christinae. Budae 1768. 2). Panegyricus D. Francisco Xav. dictus. Tirn. 1767. 3). Oratio de SS. V. illibato conceptu. 4). Panegyricus D. Ignatio dictus. Ibid. 1769. 5). Aesthetica, seu scientia boni gustus. Partes duae. Budae 1778. 6). Ars poëtica generalis ad Aestheticam conformata. Budae 1785. 7). Poësis dramatica. Bud. 1784. 8. 8). Memoria trium ex Universitate Professorum, Georgii Handerla 1783. Augustini Pupikoffer 1784. Iosephi Mitterpacher. 1788. 10). Silva Parnassi Pannonii. Vien. 1788. 11). Elegia epidictica. Vien. 1789. 12). Carmina Ladislao Kollonics, quum in Exc. Consilio R. L. H. officium et locum caperet, oblata 1800. 13). In restitutione ordinis religiosi Benedictinorum, Cisterciensium ac Praemonstratensium. 1801. 14). In Ephemeridibus publicis plura huius auctoris epigrammata sunt publicata. 15). Imago Aesthetices, seu Scientia boni gustus breviter delineata. Budae 1780. 16). Poësis narrative ad Aestheticam conformata. 1784. Ibid. 17). Memoria Francisci Weiss, Astronomi Budensis, dum Universitas Pestana mortuo parentavit. 1785. ibid. 18). Historia Uraniae Musae, inter planetas a Herschelio detectae. 1787. 19). Programma, quod habuit A. 1784. anno Scholastico ac incolatu terminato Budae. 20). S. Ivo, Iuris consultorum Patronus, sermonibus tribus celebratus. Budae 1784. 21). Elegia de funere Comitis Geogii Fekete, Iudicis Curiae, ac Supremi Studiorum Directoris. Budae 1788. 22). Edidit Diploma quoque S. Stephani Graecum, monialibus de valle Veszprimiensi concessum, cum transumto Regis Colomani latino. Commentationibus ac Biographiis pluribus insertis. A. 1801. 8. 23). Applausum dum Seren. ac haered. Pinceps Regius, A. Dux Austriae Carolus V. Idus Sept. A. 1803. Budam venit. Budae in 4. Rationem Educationis alteram iuxta Commissionis literariae Diaetalis sensum cum RR. D. Paulo Makó reformatam edidit. A. 1807. Obiit A. 1808.

Michaël Szvorényi, natus in oppido Eniczke Provinciae Abaujvár. XVII. Sept. 1750. Ecclesiasticus Strigoniensis A. 1769. Primum extraordinarius Budae Professor in Facultate Theologica 1777. tum ordinarius Zagrabiae 1784. Dioec. Veszprim, dein Pestini ac Posonii Historiae ecclesias. Professor in Seminario generali 1788—90. demum Veszprimii, Parochus in Karád, denique Abbas de Hahót Keszthelyini. 1806. Decessit A. 1814. XXVI.

Octobris. Luce publica donavit: 1). Caussam Religionis contra libertinos defensam. Budae 1779. 8. 2). Caussam Religionis contra Helv. et Aug. Confessionis cultores. Ibid. 1781. 3). Officia hominis catholici erga Deum. ibid. 1783. 4). Historiam Religionis et Ecclesiae christianae. Partes duae. Poson. 1789. 5). Ius ecclesiasticum, iuribus Hungariae attemperatum. Tomi quatuor. Veszpr. 1804. 6). Historiae ecclesiasticae Regni Hungaricae Amoenitates. Fasciculi VI. Iaurin. 1795. 7). Historiae Synodorum Hungariae Synopsis. Veszpr. 1807. 8). Vitéz Kinisi Pálnak hamvai. 1797. 4). 9). Sermonem panegyricum in obitu RR. Jos. Fengler, Episcopi Jaurin. 10). Ideam Encylopediae Theologicae, secundum Vindobonensem studii theologici reformationem propositam. Vien. et Zagrab. 1785. 8. 11). Sermonem ad Auditores Theologos, quum in Uuiversitate Regia Pestini Theologicae disciplinae primum tradi auspicato coeperunt. Pest. 1786. in 8. 12). Purpurae Pannonicae continuationem. Agriae 1811. 13). Zirczi Apáturi templomban Sz. István, és Sz. Bernárd Apátur napján tartatott beszéd. 1792. Veszpr. in 4. 14). A' Felséges Austriai háznak az Annya-Szentegyház és magyar Haza iránt szakadatlanúl tettérdemei 1804. Veszpr. in 4. Dissertatio Critico-Historica de dupplici incolatu B. Margaritae. Belae IV. R. H. filiae. Veszprim. 1808. Dissert. Hist. de Alben. Custodiatu. Veszpr. 1809. Reliquit praeterea in MSS. Insignia Cleri Hungariae in utramque Remp. merita, opus prelo dignissimum.

Wolfgangus Tóth, natus Quinqueecclesiis, Soc. J. tirocinium ingressus Trencsinii 1762. Theologiam auspicatus Tirnaviae, sublata Societate, vestes primum profanas tum ecclesiasticas assumsit, et multis annis in A. Gymnasio Budensi humanitatis Professor, iam Gymnasii Soproniensis Director, mox repetentium in monte Pannoniae apud Benedictinos moderator. Decessit An. 1825. E pluribus eius odis tam patrio, quam latio sermone vulgatis, praecipuam memoriam merentur: A' Magyar Sz. Koronának utolsó haza jövetele. Budae 1790. A' Trenk csúfos ember. Ibid. eod. A' magyar koronás Fejedelmet megtámadni nem Tanácsos. Poson. 1796. 8. Carmen amoebeum virtuti et honori Adami e L. B. Patachich, A. Episcopi Colocensis oblatum 1782.

Wenceslaus Trnka, in Bohemia Taborii natus 1739. medicas disciplinas primum in Universitate Tirnaviensi, dein Budensi, demum Pestinensi docuit. Ibidem exstinctus 1792. Prelo subiecit: Commentarium de Diabete. Vindob. 1778. 2). Historimam Cophoseos. Ibid. eod. 3). Historiam Amenroseos. Ibid. 1781. 4). Historiam leuehoneocae. Ibid. eod. 3). Historiam febris hecticae. Ibid. 1783. 6). Historiam ophthalmiae. Ibid. eod. 7). De prolapsu ani. Pest. 1785. 8. 8). Oratio funebris in exequiis Michaelis Schoretics (Siegen-

dorſio-Sopron. Hungari) Praxeos clinicae Professoris, ab Regia Universitate Pestinensi celebratis, dicta Pestini 1786. in 8.

Adamus Vizer, Quinque-Ecclesiis A. 1793. XXVIII. Decemb. patre nobili genitus, AA. LL. et Philos. ac SS. Thuologiae Doctor, Dioec. Quinqueecclesien. primum Tirnaviae 1774. dein Budae, demum Posonii Linguam graecam et Hermeneuticam novi foederis docuit usque 1788. Iam Abbas B. M. V. de Kompolt, Quinqueecclesien. Ecclesiae Cathedr. Canonicus Honorarius, ac Bibliothecae Episcopalis Praefectus. Anno 1803. die II. Febr. defunctus. In lucem emisit: Praenotiones hermeneuticas novi Testamenti. Tirn. 1777. 8. Hermeneuticam novi Testamenti Tomis IV. Budae 1784. Sermonem pro religiosis fratribus Ord. S. Ioannis de Deo. Quinqueeccles. 1796. 4. Adorationem S. Eucharistiae. 1787. in 8. min. Concinnavit etiam Harmoniam quatuor Evangeliorum, plures Dissertationes historico-theologicas. Doctore ipso usus sum. Huius abitum totus luxit Clerus Iunior Posoniensis. Vide eorum Carmina in Catal. Mus. Széchényi. Sub Vizer.

Franciscus Weiss, Tirnaviae natus 1717. Societati J. quatuor votis arctius adstrictus 1751. Mathematicis tam publice, quam privatim traditis, primus astronomicam turrim et Tirnaviensem, et Budensem instruxit, et utrobique cursum siderum diligentissime observavit annis 50. Cursu vitae consummato Budae 1785. X. Ianuarii. Iuris publici fecit: Posthumos honores C. Alexandri Károlyi. Cassov. 1744. Historiam Comitis Gabrielis Erdődy, Episcopi Agriensis. Ibid. 1745. Annuas observationes astronomicas, quas Parisiis et alibi summis laudibus extulerunt.

Andreas Zachár, Teplae natus, in Soc. J. quatuor vota nuncupavit 1770. Tirnaviae Poësim, dein Rhetoricam multis annis professus. Academia inde Posonium translata, Director localis constitutus est. Eius industriae fructus sunt: Oratio de SS. V. intaminato conceptu. Tirn. 1762. Panegyricus S. Ignatio dictus. Ibid. 1763. Cliens Marianus. Ibid. 1772. Carmina lyrica, cum tractatu de Poësi lyrica. Ibid. 1777 Oratio funebris pro M. Theresia. Ibid. 1781. Memoria Thomae Dav. Szlabigh (Dubovan. Poson. Hung.) iustis solenniori ritu solutis. Tirn. 1784. in 8. Paradigmata orationis solutae, ex usu hodiernae eloquentiae, cum tractatu de Stilo bene latino. Ibid. 1783. 8. Editio altera 1794. Ibid. in 8.

§. 62. Decennium hoc Universitatis Regiae viris, literisque, inquam, florentissimum, quadruplici insuper ratione insigniter meruit de literatura: 1). Iustis Collegarum persolutis: merita ipsorum omnium peroratione publica sunt memoriae commendata; munus hoc nobile Doctoribus Aesthetices incubuit. 2). Cursus Scholastici Programmatibus inchoati, clausique. V.

Georg. Aloys. Szerdahelyi. 3). Calendariis, ita dictis, annue fragmenta historica fugientia, vel physica in usum publici addita; quo in genere Steph. Katona ac Ioan. Horváth laudis sertum messuerant praecipue. 4). Ab iisdem annunciati quoque libri in usum publicum emissi.

§. 63. Laeti huius Literarum penes Universitatem regiam Hungaricam profectus, si respicimus, complura fuerant incitamenta: 1). Quid quid ad liberaliorem notitiam augendam, promovendamque tendebat, excipiebatur fovebaturque Viennae praesidibus rei et educationis literariae, immortali utroque van Swieten, Simone Andrea Storch, Iosepho Űrményi, Alexandro Pásztori, etc. faventissime. Dat. Viennae XXVIII. Decembris 1777. 2). Viri de literis egregie meriti praemiis, honoribus, numismate donati: Makó, Molnár, Ioannes Horváth etc. Dat. Viennae XXX. Martii A. 1780. 3). Decreto Aulico, ne per eos, penes quos foret censura, editioni operum remora iniiceretur, cautum fuerat. Dat. Viennae XXV. Iulii 1778. 4). Par fuit Senatus Academici Praesidis ac Cancellarii in viros literatos affectus. „Partim in Supremo, inquit Steph. Katona ad Exc. Illustr. ac RR. D. Praesidem, Septemvirum Senatu, partim in regia hac Universitate, Sapientiae Tuae radios in omnes diffundis. — Isthic addis bene meritis laudes, addis grandes moderatoribus ipsis stimulos, eosque exhortari, quo collectam in suum Auditorumque suorum usum suppellectilem, in publicum emittant, non desinis.“ Praef. Hist. Crit. Tomi I. 5). Diutinae, ac multiplices Cathedrarum vacantiae nullae. 6). Stipendia Docentibus conscientiose integra depensa: „Kein Staat- und Schlagsatz, als der, den der Himmel aus der Volkstiefe ausschickt, und keine Gottes Domaine wird so verschwendet, als die der Köpfe. Die Samenkörner ewiger Ernten wirft der Himmel umsonst in die Beete; aber wir begiessen und impfen nichts.“ Aphorismen von Jean Paul nro. 35.

## UNIVERSITAS REGIA PESTANA.

### *Ab anno* 1784 — 1834.

§. 64. Iosephus II. Imperator Augustus, qui aditu Regiminis A. 1781. systema Studiorum confirmaverat (Vid. nro. XI.) mox emendationum studiosissimus, nec Academiam scientiarum potuit in sede Theresiana relinquere. „Quum ad rite administrandae Reip. rationem id pertineat, ut Dicasteria, partim legum exequutionem sibi concreditam habentia, partim ad opportunitates Regni incolarum, aerariumque Regii constituta, versus centrum Regni contrahantur; ad quod e cunctis Regni partiumque ei adnexarum circulis

aequalis sit gerendorum negotiorum caussa accessus, pari item celeritate suprema Iussa sua in omnes Regni partes perferantur; decrevit, Regium Locumtenentiale Consilium, Cameram item Hungarico-Aulicam, nec non Curiam Regiam primo, quo fieri poterit, tempore in liberam Regiamque civitatem Budensem, velut ipsa vetustate, arceque Regia claram, ac versus regni centrum commodissime sitam, transferre. Ob arctam, et prope quotidianam negotiorum communionem, eodem, quo Consilium et Cameram anno 1784. supremam etiam armorum Praefecturam Posonio Budam translocare, aedesque regia munificentia partim e fundamentis excitatas, partim adaptatas occupare.“ Kereszturi Norm. Const. P. 1. p. 51. Idem in Ephem. ad a. 1784. pag. 318. Aedes proin Academiae Theresianae evacuatae, supellex licitatione vendita etc. Sumtus in Universitatis Pestinum translationem necessarii e fundo studiorum constituti. V. nro. XII.

§. 65. Facultati Theologicae Buda Posonium decima iam septima Aprilis migrandum fuit. Clerus iunior, utriusque Ordinis, partibus regni superioribus, uniformis doctrinae gratia, collectus, aedes in arce regia incolere iussus. Prospero cum eventu: is enim, urbis eodem tempore florentioris cultu mores elegantiores; sub lectissimorum in studiis ac disciplina Superiorum moderamine, maiorem Scientiarum gustum combibit. Anno in annum 2 — 3. millia florenorum Venetias et Augustam Vindelicorum pro libris optimis misit; expositis quotidie mercibus literariis, notitiam bibliographicam contraxit. Cleri huius symbolis collatis opera Caroli Witasse tomis XIII. Francisci Veronii Regula fidei fasciculis duobus, Benigni Bossucti ea, quae de fide catholica sunt, e questionibus controversis; Cultus sanctorum, in 8. typis sunt mandata. Scriptorum domesticorum editiones praenumerationibus factis in lucem promotae. Linguarum exterarum studium ferventissimum. Dramaturgiae specimina exhibita; quin et ardui Literaturae calles in Poësi, Theologia, per complures tentati. Numerus iuventutis sacrae anno 1786. Septuaginta novem supra quingentos, praeter Theologos seculares 45. pro diversis Dioecesibus candidatos, fecit. De quibus Vates — non vanus — cecinit:

Sacra Dei cultu, Regis secura favore,
Pisonii montis culmina celsa colens,
Pannoniae Divum, quae olim tueatur, honorem,
Sistitur ante oculos, Lector amice, Cohors.
Ex hac accipiet Rex Cives, Patria natos,
Virtus cultores, Ecclesiaeque Patres. —
Sunt haec Christiadum lectissima membra catervae,
Queis radiet virtus, Patria, Relligio.

Dicite Pannonides: Clerum hunc Deus ipse gubernat;
Dicite: Io Paean Pignora nostra virent."

Sed vide Carmen Agychii nro. XIII. Reliquus Regni ac Provinciarum adnexarum Clerus, Agriae, et Zagrabiae fuerat contractus.

Facultatibus Philosophicae, ac Iuridicae Pestini aedes Curiae Regiae, Medicae domicilium suppressae Societatis Iesu destinata. Dum haec accomodata fuissent, Philosophica in Collegio Piaristarum, Iuridica apud Patres Servitas: Medica in Coenobio Paulinorum hospitabantur. Praelectionibus V. Novembris datum initium. Novi Athenaei, quod subin apparatum fuit, Epigraphe:

BONIS. ARTIBUS.
IOSEPHUS II.
M.DCC.LXXXV.

Senatus Academicus Regius, qui sapientia non minori, quam providentia, educationi litterariae annos decem et ultra consuluit, ob vicinitatem Excelsi Consilii R. L. H. sublatus, Commissioni eius gremiali directionis locum cessit. Ipsi quoque Facultatum Directores suppressi. V. Decretum nro. XIV.

§. 66. Nondum Budae litibus fora personabant, quum regia scienrum Universitas Pestini, clypeo cum Tribunalibus Iudiciariis mutato, has ab Augusto constitutiones, ad rationem educationis, remque literariam pertinentes accepit, (Ephem. Vindob. 1784. p. 354.) I. „Sodalitia omnia B. Mariae nomine congregata, exhortationes academicae in templis, et exercitia, ut dici solent, spiritualia, quae postrema hebdomada verni ieiunii institui solebant, abrogantur. II. Litterarum studiosis posthac ad theatra et loca publica, in quibus honesti ludi vel saltus habentur, adire licebit. III. Iisdem suadendus quidem erit frequens Sacramentorum, quibus animi labes expient, usus; non tamen ad eum cogendi sunt. IV. Qui altiores scholas obeunt, quum nullum peculiarem oratorem sacrum habituri sint, sacris, ad quae ecclesiae praecepto adstringuntur, diebus dominicis et festis in quocunque templo intererunt, utque his intersint, parentibus curae erit; inferiorum tamen scholarum alumni, comitantibus Professoribus, simul divino sacrificio aderunt; quo finito, in maius quoddam conclave ad audiendum Evangelium, quod iis lingua germanica ab aliquo Presbytero praelegetur, et breviter explanabitur, convenient. V. Post triennium scientiae omnes, demta Theologia, in scholis germanico idiomate tradentur. VI. In delectu puerorum ad scholas admittendorum, ratio haec tenenda: ut, qui sunt conditionis rusticae, ad eas non admittantur, nisi in-

genio excellant, atque primae in litteris proficientium (quos Eminentes dicimus) classi adnumerentur; oppificum pariter filii a scholis prohibeantur, nisi saltem secundae classi (haec nunc prima est) accenseantur; praeterea omnes ad scholam admittendi, linguam germanicam calleant, oportet. VII. Nemo, nisi linguae germanicae gnarus in numerum Doctorum cooptabitur, ne in Schola quidem Theologica, tametsi disciplinae theologicae deinceps etiam latino sermone tradentur.“ Reliqua altissima iussa fuerant: De Professoribus Universitatis scientiarum constitutis: Carolo Koppio e Scholis Piis Katonaio cum flor. 500. pensione pro Historia Universali suffecto (Vid. nro. XIV). Pap Iosepho de Fogaras, filio Ministri Szászvárosiensis, pro Logica et Metaphysica; Fr. A. Clemente Werthes, Würtenbergo, cum 1200. florenorum, pro Aesthetica, Daniele Cornides pro Diplomatica, Stephano Schönwisner pro re numaria, Ioanne Aloysio Hoffman pro lingua germanica cum 600. flor. pensione resolutis; de sociis, seu adiutoribus, e quibus pro Medica ac Philosophica Doctores formentur, constituendis; de libris, a Doctoribus nonnullis, qui nominati sunt, in usum discipulorum edendis; de novo Nosocomio struendo, ac proventibus instruendo; de hortis botanico et oeconomico Pestini designandis excolendisque. Vid. nro. XIV.

§. 67. Id quoque Iosephus Aug. universe constituit (Ephem. Vindob. p. 251.) „Ut proximo mense Novembri, nempe initio anni scholastici, gratuita institutio in cunctis Gymnasiis, Lyceis et scientiarum Universitatibus desineret, et a quovis litterarum studioso, mediocris pro institutione summa persolveretur; quae tota pecunia ab Imperatore augendis egregiorum ingeniorum, quibus necessariae facultates desunt, stipendiis destinata fuit. Haec institutionis pecunia hac ratione fuit definita: Pro latinis scholis, aut Gymnasiis, sive haec sola in aliquo loco, sive Lyceis vel Scientiarum Universitatibus adnexa sint, singulis annis 12 floreni; pro philosophicis et chirurgicis studiis in scientiarum Universitatibus et Lyceis 18. floreni, pro reliquis scientiis sublimioribus in scientiarum Universitatibus 50. floreni. Ut haec solutio facilior reddatur, annua summa in 10 menses scholasticos ita distribuebatur, ut in latinis scholis singulis mensibus 1 fl. 12 xr., Pro philosophicis ac chirurgicis studiis 1 fl. 48. xr., pro scientiis sublimioribus in Lyceis, totidem in Scientiarum Universitatibus quinque fl. in antecessum ei, qui ad colligendas institutionis pecunias destinatus fuerit, pendendi sint.“ Reliqua Vide nro. eodem.

§. 78. Intentiones Augusti — meomet novi experimento — successu caruerant. In Facultatė Philosophica in triennium diducta, praelectiones idiomate germanico debuissent inchoari, authoresque praescripti: Logica, Metaphysica, Moralis Eberhardiana, Physica Delafondiana, Mathesis Kaestneriana,

Historia Universalis Remeriana, etc. Ast auditorum non decima parte idioma germanicum callente, Doctores clarissimi Ioannes Horváth, Andreas Dugonics etc. ut lingua latina sua opera et porro tradere possint, petierant, et obtinuerunt. Vide Nro. XV. Ioannes Bapt. Horváth Physicam suam Venetiis editam, ordine duntaxat Delafondiano, Dugonics Mathesim suam puram hungaricam explanavit; applicitam vero iuxta Kaestnerum; unus Clemens Werthes Aestheticam ad calamum dictaverat, authores vero classicos interpretatus germanice, miserando cum profectu. Linguae graecae studium a tempore virorum Soc. J. intermissum fuerat adeo, ut duo nonnisi nostrum Iliadem noverimus interpretari. Didactrum anno 1785 — 6. invaluit. Antonius Kreil, Bavarus, Cathedram Philosphiae theoreticae, criticae, ac practicae a. 1786. implevit usque 1795. Clemens Werthes, Iosepho Imperatore fatis functo, Aesthetices Cathedrae nuncium misit 1791.

§. 69. Mutationum maximas, imperante Iosepho, passa est Theologica Facultas: intervallo annorum quinque systematis ternas: An. 1784 — 7. valuit in ea systema studiorum Theresianum: Primo cursus anno tradita sunt per unum Professorum, Chronologia, Geographia vetus, ac Historia ecclesiastica; per alterum: Encyclopaedia Theologica. Elementa linguae hebreae, ac Hermeneutica vet. foederis cum exegesi. II. Per unum: Elementa Linguae graecae, Hermeneutica novi foederis, item Harmonia quatuor Evangeliorum. Per alterum institutiones Theologiae, seu introductio in Theologiam Dogmaticam cum Patrologia ac Historia literaria. III. Per unum: Theologiae dogmaticae Pars 1.; per alterum Ethica christiana cum huius Historia. IV. Per unum: Theologiae dogmaticae pars reliqua cum Historia; per alterum (Cl. D. Thadaeum Pleiner J. U. D.) Ius ecclesiasticum cum Decretis Caesareo-regiis. V. Per unum: Liturgia sacra, et Polemica; per alterum: Theologia pastoralis cum eloquentia sacra. — An. 1787: Anno I. Historia ecclesiastica, iuxta compendium Schröckii, Hermeneutica V. F. iuxta Monsperger. II. Hermeneutica N. F. iuxta Hayd. Institutiones Theologicae ac Pars I. Dogmatices iuxta Gazzaniga. III. Pars altera Dogmatices iuxta Bertieri; Ethica christiana: Schanza. IV. Ius ecclesiasticum iuxta Pehem, ac pastoralis germanice ac latine iuxta Gifschütz. V. Praxis, methodus normalis, catechetica et Historia naturalis ad oeconomiam et medicam applicata. Ab anno 1789 — 90. Anno I. Historia ecclesiastica. Schröck. Hermeneutica utriusque foederis. Monsperger et Hayd per unum: II. per unum: tota Dogmatica: Engelbert. Klüpfel. Per alterum christiana Ethica: Schanza; A. III. Per unum pastoralis. Gifschütz. per alterum Ius ecclesiast. Pehem. IV. ut prius an. V. — Facultas Theologica anno 1786 — 87 in Professores penes aliud generale Cleri iunio-

ris Seminarium Pestini constitutos transiit, perstititque ad annum 1790., quo Seminariis generalibus dissolutis, ecclypsim passa est usque An. 1805—6.

§. 70. Brevi, quo Pestini perstitit (A. 1786—90.) Facultas Theologica tempore, hisce coaluit membris:

Rectores Seminarii ac Facultatis: 1) RR. DD. Maximilianus Verhovácz, Cath. Eccles. Zagrabiensis Canonicus, SS. Theol. Doct., Seminarii Gener. Rect. 1786. Episc. Zagrab. 1788. 2) RR. D. Philippus Wohlgemuth, Cath. Eccl. Zagrab. Canonicus, SS. Theol. Doct. Sem. gen. Rect. 1788—90.

Professores; Maximilianus Chiolich, SS. Theol. Doctor, Prof. Theolog. mor. Sen. et Decan. Facult. Theol. Rector. A. 1789.

Franciscus Simanovich, SS. Theologiae Doct. e Dioec. Zagrab. linguae graecae ac Hermeneut. nov. Foed. Prof.

Michaël Szvorényi, Presbyter Dioec. Veszprim. Hist. eccles. Prof. SS. Theol. Doct. usque 1788.

Iosephus Tóth, Presb. Dioec. Agrienis. Hist. Eccl. Prof. 1788—90.

Philippus Prandhuber, Theol. pastoralis Prof. Latine, Dioec. Iaurin.

Mathias Zsivics, Dioec. Quinqueecles. Presb. SS. Theol. Doctor, P. II. Dogmaticae Professor.

Andreas Zazio, Canon. regul. ex. Ordinis Praemonstrat. Iaszovia, SS. Theol. Doct. Linguae hebraeae ac Hermeneut. Vet. Foed. Prof.

Tobias Mollik, Ord. S. Bened. ex Hungaria, SS. Theol. Doctor, Theol. Dogmat. P. I. Professor.

Carolus Rechberger, Ordin. S. Benedicti ex Austria, Professor Theologiae pastoralis, germanice. SS. Theolog. Doctor 1787.

Gabriel Gabelhoffer, Theolog. pastoral. german. Prof. A. 1788.

Sunt omnes partim Zagrabia, partim Agria suis e cathedris evocati, excepto ultimo, qui facto concursu est cooptatus.

Clerus Iunior in Seminario Pest. Posoniensem numero neutiquam aequavit ab A. 1786—90. Fuit is anno 1786. nro. 358.

§. 71. Quae molesta, dispendiosaque visa litteris fuerant, Leopoldus II. Rex sapiens, cum aditu regiminis A. 1790—91. rescidit: didactra stitit; scholarem disciplinam restituit; ut studia latine tradantur, indulsit. Quae adhuc nutabant, e proiecto Deputationis literariae A. 1791. art. 67. operantis Franciscus I. feliciter imperans, Studiis Iuridicis ac Philosophicis ex aede curiae Regiae 1805—6. in aedem Seminarii Generalis translatis, ac Facultate Theologica restaurata, provide fixit ratione nova Educationis publicae, totiusque rei litterariae per Regnum Hungariae et Provincias eidem adnexas, Budae typis ac sumtibus Regiae Universitatis Hungaricae A. 1806. edita. „Universi-

tas, inquit, Facultates Philosophicam, Medicam, Iuridicam ac Theologicam sinu suo complectens, natura sua eiusmodi est institutum, in quo Iuventus bonarum artium studiosa non disciplinas modo, quae tradi solent in Academiis, perinde condiscere, sed in iisdem, si studia porro etiam prosequi voluerit, altius provehi, et alias insuper, quibus locus illic non conceditur, sibi comparare possit. Quapropter iis, quae annis hisce postremis permixta, confusa, non levi studentibus, eorumque parentibus incommodo fuerant, relegatis, ita complectetur Universitas studia etiam Academica, ut Professoribus eadem tradituris integrum sit, Collegia etiam privata dare, eorum in gratiam, qui in scientiis quibusdam, Universitati reservatis, plenius erudiri cupiunt; modo id ne fiat ex illa, quam quisque ex incumbente sibi munere praelegere debet, disciplina. Simili institutionis iure uti fruique licebit omnibus illis, qui nomen honoremque Doctoris sunt adepti. Quo quidem pacto id consequetur Universitas, ut alumnis suis in quovis eruditionis genere proficiendi amplissimam suppeditet occasionem.“ §. 111 — 2.

§. 72. Fundamento hoc sunt studia Facultati Philosophicae cum Academiis communia: Anno 1) Philosophia theoretica. 2) Mathesis pura. 3) Historia pragmatica Hungariae. Anno II. 1) Methaphysica cum Ethica. 2) Mathesis applicata. 3) Physica cum Historia naturali et oeconomia rustica. 4) Historia Universalis. Praeterea: Doctrinae christianae impendentur duae per singulas hebdomadas horae. Lingua et Litteratura hungarica suas horas habebunt: Institutio linguae graecae est extraordinaria. V. Tabellam VIII.

Studia Universitati reservata: a) Mechanica theoretica et experimentalis. b) Geometria practica, cum necessariis Hydrodynamicae et Hydrotechniae Principiis, mapparumque delineationibus. c) Mathesis sublimior. d) Aesthetica cum litteris et artibus amoenioribus. e) Scientia rei militaris, cum Architectura, Pyrotechnia, re tormentaria, et ceteris disciplinis, fingendo militi necessariis. f) Oeconomia rustica plenior cum technologicis applicationibus. g) Astronomia practica. h) Heraldica. i) Diplomatica. k) Numismatica.“ §. 114.

§. 73. Facultas Medica praesentat reipublicae scientias et artes tuendae reparandaeque civium valetudini salutares. Quod ut fiat, Studiis medicis anni quinque admensi sunt: Anno I. a) Anatomia. b) Chemia. c) Botania. d) Historia naturalis. e) Pathologia generalis et specialis chirurgica. II. a) Physiologia. b) Anatomia sublimior. c) Doctrina de operationibus, instrumentis ac ligaturis chirurgicis. d) Ars obstetricia. III. a) Pathologia. b) Materia medica, et ars ophthalmica, seu doctrina de morbis oculorum. IV. a) Therapia specialis morborum acutorum et chronicorum cum clinice, seu

institutionibus medicis et chirurgicis practicis ad lectos aegrorum. b) Veterinaria. V. a) Therapia specialis cum Clinice continuatur. b) Medicina publica. c) Politia medica.

Candidatis Chirurgiae, spatio duorum annorum tradentur: Anno I. a) Anatomia. b) Pathologia generalis et specialis. c) Institutiones medicae theoreticae. II. a) Doctrina de operationibus, instrumentis et ligaturis chirurgicis. b) Ars obstetricia. c) Praxis chirurgica et obstetricia. d) Institutiones practicae ad lectos aegrorum cum Therapia speciali, in separato Clinico.

Ars obstetricia quanta est; tradetur omnibus medicinae ac chirurgiae Auditoribus sexus utriusque ope linguarum vernacularum in patria praecipuarum, et absolvetur unius anni dimidio.

Qui se arti medicamentariae dare, illamque profiteri voluerint, Pharmacopaei, institutiones accipient in a) Historia naturali speciali, b) Chymia, c) Botania, lingua, quae ipsis est necessaria.“ §. 120 — 127.

§. 74. Studia in Facultate Iuridica cum aliis Academiis propria sunt: Anno I. a) Statistica Hungariae, ac Ditionum haereditariarum caesareo-regiarum, nec non aliorum Europae Regnorum. Ius montanum, seu metallicum. b) Ius naturae, publicum universale, ac gentium, et horum in nexu Ius quoque publicum Hungariae. Anno II. a) Politia et scientiae Camerales, Ius Cambiale et mercatorium. b) Institutiones Iuris civilis romani, Ius feudale in compendio et ius criminale. Anno III. a) Ius privatum Hungariae, seu patrium, ac stylus curialis. b) ius ecclesiasticum.

Studia Universitati reservata: a) Historia pragmatica Statuum Europaeorum, cumprimis a Carolo V. b) Historia memorabilium atque illustrium inter nationes Europaeas controversiarum, cum enarratione pacificationum, Tractatuum ac Conventionum publicarum inde a pace Westphalica. c) Institutiones Prudentiae Politicae. d) Introductio in Criticam historicam et iuridicam Regni Hungariae. e) Ius positivum commune gentium Europaearum, iura item Legationum, et nauticum. f) Ius publicum historicum Regni Hungariae, seu memorabiliorum eventuum ac revolutionum eruderationes. g) Ius publicum Imperii Romano-germanici. h) Introductio in artem scripta statistica seu publica concipiendi. i) Litteratura Iuris universi. §. 31.

§. 75. Ut Facultas Theologica postliminio Universitati restitui possit, excitatum est generale Seminarium Anno 1805 — 6. in quod tirones aliquot ecclesiastici, singulari pollentes ingenio, e quavis Dioecesi, ad ediscendas theologicas disciplinas traducantur. In illa sequentes disciplinae sunt tradendae: Anno I. a) Institutio linguae hebraeae, ac Scripturae S. veteris foederis explanatio. b) Historia ecclesiastica cum Chronologia, Geographia

veteri ac Critica. Anno II. a) Lingua graeca, ac Scripturae S. novi foed. expositio. b) Institutiones theologicae, ac Patrologia. Anno III. a) Theologia Dogmatica. b) Theologia moralis. Anno IV. a) Theologia pastoralis cum Catechetica et Eloquentia sacra. b) Ius ecclesiasticum. Accessit 1814. studium linguarnm arabicae, chaldaeae, ac siriacae.

Ad studia Universitatis accesserunt subin: Paedagogia, Rationaria, et alia, quae ipsa Professorum series est declaratura.

§. 76. Studia philosophica sunt professi:

1) Historiae Hungariae pragmaticae ac litterariae, item Universalis: Carolus Koppi, e Scholis Piis. A. 1785 — 1796. Michael Trnka, ex abolita Soc. J. A. 1796 — 1809. Iosephus Kereszturi, Secularis. A. 1811 — 1826. vacat 1827. Iosephus Weszerle, Secularis, ab anno 1828.

2) Matheseos purae, et applicatae: Andreas Dugonics, e Scholis Piis. 1786 — 1808. Carolus Hadali, A. 1810 — 1831. vacat 1832. Iosephus Wolfstein, A. 1832.

3) Philosophiae theoreticae ac practicae: Antonius Kreil, 1786 — 1795. Georgius Hedlmár, Pres. A. D. Strig. 1795 — 6. Vacat. Iosephus Szücs, e Scholis Piis 1798 — 1819. Vacat. Ioannes Imre, Presbyter Archi Dioec. Agriensis 1822 — 1832. Vacat. Iosephus Verner, 1834.

4) Physicae ac Mechanicae: Ioannes Bapt Horváth, ex abolita Societ. J. 1785 — 9. Iosephus Domin, ex abolita Soc. J. 1790 — 1801. Adamus Tomtsányi, secul. 1802 — 1832. Laurentius Gröber, 1833. † 1834. XX. Sept. aet. 57.

5) Aesthetices et artium amoeniorum: Fridericus Clemens Werthes, 1785 — 1790. Ludovicus Schedius, 1791 — 1834.

6) Matheseos applicatae, seu Geometriae pract. Hydraul. etc. Franc. Rausch, e Soc. J. 1785 — 1792—1800. Georgius Schmidt, 1801—1834.

7) Historiae naturalis generalis, Technologiae, et Oeconomiae ruralis: Ludovicus Mitterpacher 1785 — 1814. Vacat 1815. Michaël Faliczky, 1816 — 1834.

8) Sphragistices ac Heraldicae: Georgius Pray, ex abol. Soc. J. 1785. Martinus Schwartner, qui et Diplom. 1792.

9) Diplomaticae: Daniel Cornides, 1785 — 6. Martinus Schwartner, Diplom. Heraldices ac Sphragist. 1792 — 1823. Vacat ab anno 1824.

10) Numismatices ac Geographiae veteris: Stephanus Schönvisner, 1785 — 1795. Petrus Katancsics, ex Ord. FF. minor. S. Francisci,

Prov. Capistranae 1796 — 1800. Aloysius Stipsics, 1801 — 1815. Vacat 1816. Iosephus Weszerle, 1817 — 1828. Vacat — 1834.

11) Matheseos sublimioris: Iosephus Mitterpacher, ex abolita Societ. J. 1784 — 5. Vacat. Ioannes Pasquich, Presbyter, 1792 — 1798. Franciscus Bruna, 1798 — 1817. Vacat 1818. Iosephus Wolfstein, 1820 — 1832. Vacat.

12) Astronomiae: Franciscus Taucher, ex abolita Soc. J. 1792. Franciscus Bruna, Secund. 1792. Ioannes Pasquich, 1809 — 1824. Secundar. Iosephus Littrow, 1817. Paulus Tittel, Presbyt. A. Dioec. Agrien. 1825 — 1831. Vacat. Adiuncti: Franciscus Bruna, ex abolita Soc. J. 1785. Daniel Bogdanich, 1796. Stephanus Huliman 1801. Laurentius Gröber, 1809. Daniel Kmeth, e Scholis Piis. 1817. Vacat.

13) Linguae ac Literaturae hungaricae: Andreas Vályi, 1792 — 1803. Nicolaus Révai, 1804. — 7. Franciscus Czinke, 1808 — 1830. Vacat.

14) Linguae literaturae germanicae. Ioannes Aloysius Hofman, 1785 — 1790. Andreas Haliczky, 1792 — 1829. Ioannes Reseta, 1831.

15) Linguae gallicae: Franc. Roussel, Presb. Sec. 1810—1819. Ludovicus Sêhets, ling. gallicae et italicae Prof. 1819 — 1831. Ioannes Le Mouton, 1833.

16) Linguae graecae: ab initio Vacat.

17) Adiuncti, Prof. Physices ac Mechanices: Iosephus Nemecz, 1785. Ioannes Pasquich, 1786. Georgius Schmidt, 1794. Ioannes Gröber, 1807. Georgius Kiss, 1814. Ioannes Degen, 1817 — 1830. Vacat.

18) Adiunctus rei oeconomicae: Ludovicus Fabrici, Presb. Sec. 1807. Profes. secundarius 1809.

19. Scientiae altioris Educationis: Ioannes Kroboth, Presb. Dioec. Nitriensis, 1816 — 1825. Vacat.

20) Rationariae: Ios. Szarka, 1819 — 30. Vacat. Ioan. Degen, 1831.

21) Doctrinae Religionis, et Acad. Exhortator: Basilius Alexovics, 1792 — 1796. Iosephus Baldt, ex abolita Soc. J. 1801—4. Thomas Aq. Siegl, 1805 — 1814. Vacat 1815. Augustinus Popol, AA. et Phil. Doct. Presb. A. Dioec. Strigon. 1816 — 1829. Vacat 1830. Franciscus Szaniszló, Presb. Dioec. Sabarien. 1831.

§. 77. Studia Medica:

1) Praxeos Clinicae: Ignatius Prandt, 1786 — 1815.

2) Chemiae ac Botanicae: Iosephus Winterl, 1786 — 1802. Paulus Kietaibel, 1803 — 1816. Carolus Const. Haberle, Botaniae. 1818 — 1832. Vacat — 1833. Iosephus Sadler, 1834.
3) Historiae naturalis specialis: Mathias Piller, 1785. Iosephus Schönbauer, 1792. Vacat 1808. Ioannes Schuster, 1809. Ioannes Reisinger, 1812 — 1834.
4) Materiae medicae, et Pathologiae generalis: Adamus Ignat. Prandt, 1786. Ferdinandus Stipsics 1792. Vacat 1820. Ludovicus Tognio 1825 — 34.
5) Anatomiae: Samuel Rácz, 1786. Ioannes Szening, 1792. Vacat. 1808. 1809. Ignatius Stáhly, 1810 — 1833. Vacat 1834.
6) Physiologiae: Wenceslaus Trnka, 1786. Samuel Rácz, 1792. Vacat 1808. Michaël Lenhossék, 1809. Vacat 1821. Sigism. Schordann, 1824 — 1834.
7) Chirurgiae et artis obstetriciae: Georgius Stáhly, 1792. Franciscus Eckstein, 1804. Vacat 1832 — 3. Ignatius Stáhly, 1834.
8) Artis veterinariae: Alexander Tolnaj, 1790. Vacat 1820. Iosephus Hoffner, 1826.
9) Theoriae Medicae pro Chirurgis, item Politiae ac Medicinae forensis. Franciscus Schraud, 1792 — 1802. Franciscus Bene, 1807 — 1817. Carolus Böhm, 1818 — 1834.
10) Artis oculisticae: Alexander Ágoston, 1805. Vacat 1810. Ioannes Theoph. Fabini, 1818.
11) Chirurgiae theoreticae: Ioannes Eckstein, 1809. Vacat 1813 — 15. Ioannes Veleczky, 1816 — 1834.
12) Chemiae: Ioannes Schuster, 1810 — 1834.
13) Therapiae specialis: Iosephus Schönbauer, idem qui Hist nat. spec. Vacat 1809. Petrus Stulfa, 1810. Vacat 1823. Franciscus Gebhardt, 1824 — 34.
14) Obstetriciae theor. et pract. Franciscus Eckstein, q. s. 1814. Vacat. Florianus Eduard. Birly, 1818 — 1834.
15) Praxeos Medicae et Therapiae specialis: Prandt, qui supra. Vacat 1815. Franciscus Bene, 1817 — 1834.
16) Institutionis medicinae theoret. pro Chirurgis: Sigismundus Schordann, 1821. Antonius Bugát, 1825 — 1834.
17) Prosector, Iacob. Frankenburg, 1809. Balthas. Kieninger, 1813.

§. 78. Studia Iuridica:

Iuris patrii: Gabriel Nitrai, 1786 — 1792. Emericus Kelemen,

1794 — 1817. Vacat 1818. Iosephus Bognár, 1825. Vacat 1826. Ignatius Frank, 1828 — 1834.

Iuris civilis romani ac criminalis: Iosephus Stuhr, 1786 — 1792. — 1808. Math. Vuchetich, 1809. Vacat 1824 — 8. Michael Szibenliszt, 1828 — 1834. Vacat.

Politicarum scientiarum et styli curialis: Franciscus Gyurkovics, 1786 — 1792. Iosephus Reviczky, 179¾ — 1806. Michaël Sax, 1807. Vacat 1820. Stephanus Gyurian, 1822. Vacat 1827. Petrus Tipula, 1833.

Historiae Statuum, ac iuris Montani: Adalbert. Barics, 1786 — 1792. — 1804. Math. Mészáros, 1805. A. 1808. Vacat. Martin. Vinkler, 1811. Vacat 1830. Iosephus Jurjevich, Zagrabiae prius Professor. 1834.

Iuris naturae, gentium et publici: Antonius Demien, 1792. Vacat 1807. Michaël Hirsch, 1808. Vacat 1810. Paulus Markovics, 1811. Vacat 1827. Antonius Virozsil 1833.

Iuris ecclesiastici: Mathias Markovics 1780 — 1792. Vacat 1807. Adamus Brezanóci Anno 1808. Vacat 1826. Franciscus Vizkeleti, An. 1830.

§. 79. Studia theologica:

Hermeneuticae Vet. Test. ac linguae hebraeae: Ioannes Alber, e Scholis Piis, 1806 — 1831. Vacat.

Historiae ecclesiasticae: Michaël Korbélyi, AA. LL. nec non SS. Theol. Doct. S. Sed. Consist. Districtus Strigon. Assessor, Presbyter A. Dioec. Strigon. Tum Canonicus Quinqueecclesiensis. An. 1816. Ladislaus Vass, Presbyter Dioec. Sabar. 1817 — 1834.

Hermeneuticae novi Test. ac Linguae graecae: Iosephus Tumpacher, Presbyter Dioec. Iaurin. 1806 — 1820. Vacat 1821. Iosephus Godinger, Presb. A. Dioec. Strigon. 1824. Vacat a 1832. Leopold. Fillinger, Presb. Dioec. Iaurin. A. 1834.

Institut. Theolog. Patrolog. ac Hist. literar. Theologiae: Ionnes Bapt. Lang, AA. LL. et Philos. nec non Iuris ecclesiast. Doctor, S. Sed. Consist. Districtus Strigon. Assessor, Presbyt. A. Dioec. Strigon. 1806 — 1819. Vacat 1820. Franciscus Xav. Oswald, Presbyt. A. Dioes. Strig. 1823.

Theologiae dogmaticae Partis I. Ignatius Zimányi, S. Sed. Consist. Distr. Strigon. Assessor. Presb. tum Canon. ac Praep. Pos. A. Dioec. Strig. 1806. Vacat 1807. Georgius Fejér, SS. Theolog. Doctor, Parochus Kovácsiensis 1808 — 11. Anno 1812. contracta Theologia Partis I. Professor. Ioannes Bapt. Lang, 1819.

Theologiae morum: Franciscus Kiss, Presb. Dioec. Vesprim. nec non eiusd. S. Sed. Asses. 1806. Vacat 1807. Ioannes Predanoczy, Presb. Dioec. Nitrien. 1808. Vacat 1817. Barthol. Fischer, Dioec. Scepusiensis Presbyter 1818 — 1834.

Theologiae dogmaticae P. II. Stephanus Vrana, SS. Theolog. Doctor S. Sedis Consist. Districtus Strigoniensis Assessor, Presb. A. Dioec. Strigon. Canonicus Strig. 1806 — 10. Theologia contracta, cathedram hanc implevit Georgius Fejér, 1811 — 1818. Vacat 1819. Mathias Kovács, Presb. A. Dioec. Agrien. 1820 — 1832. Vacat.

Theologiae pastoralis, et Eloquentiae sacrae: Gabriel Nagy, AA. LL. et Philos. nec non SS. Theolog. Doctor, Presb. Dioec. Sabar. et eiusd. S. Sedis Assessor 1806. Vacat. 1810. Iosephus Orgler, Presb. A. Dioec. Strigon. 1811. Vacat. 1824. Emericus Szalay, Presb. Dioec. Sabarien. 1825 — 1834. Vacat.

Linguarum Arabicae, chald. et syriacae: Ioannes Dercsik, Presb. A. Dioec. Strigon. et Consist. Assessor, A. 1814 — 15. 1826. Vacat.

Extraordinarius Professor: Optatianus Maszarik Ord. S. Franc. Capucinorum. 1806. Hoc munus obeunt Seminarii Generalis Pestani alumnorum Praefecti ab An. 1817.

§. 80. Series eorum, qui penes Universitatem Pestanam ab anno 1786 — 1834. Decanatus munus gesserunt.

## I. In Facultate Theologica:

Anno 1786 Michaël Kratochvila, Prof. Pastor. lat. 1787 Michael Szvorényi, Profes. Hist. eccles. subst. 1788. Maximilianus Chiolich, Prof. Theolog. mor. 1789 Andreas Zazio, Linguar. orient. et Hermeneut. Prof. 1790 Philippus Prandhuber, Prof. Theol. pastor. 1791 Vacat. 1806. Stephanus Vrana, Theol. dogmat. Professor. 1807 Gabriel Nagy, Theol. mor. Prof. 1808. Mich. Korbélyi, Hist. eccles. Prof. 1809. Ioannes Nep. Alber, Hermen. vet. Test. Prof. 1810 Ioannes Bapt. Lang, Instit. dogmat. Prof. 1811 Ioannes Predanoczi, Theol. mor. Prof. 1812 Idem. 1813 Idem. 1814 Idem. 1815 Idem. 1816 Iosephus Orgler, Theologiae pastoral. Profes. 1817 Georgius Fejér, Dogmat. P. II. Prof. 1818 Ioannes Dercsik, Ling. Prof. 1819 Ladislaus Vass, Hist. eccles. Prof. 1820 Bartholomaeus Fischer, Theol. mor. Prof. 1821 Aloysius Battyányi, Canon. Strigon. Seminarii Pest. Rector, SS. Theol. Doctor. 1822 Idem.

1823. Mathias Kovács, Dogmat. P. II. Prof. 1824. Ladislaus Vass, Hist. eccles. Prof. 1825. Franciscus Xav. Osvald, Dogm. P. I. Prof. 1826. Mathias Kovács, qui supra. 1827. Iosephus Godinger, Hermeneut. nov. Test. Prof. 1828. Emericus Szalay, Theolog. pastor. Prof. 1829. RR. D. Georgius Haulik, M. E. Strig. Canonicus. 1830. Barthol. Fischer, q. s. 1831. Franciscus Osvald, q. s. 1832. Emericus Szalay, q. s. 1833. Franciscus Osvald, q. s. 1834. Emericus Szalay, q. s.

II. In Facultate Iuridica:

A. 1786. Franciscus Gyurkovics, Scient. polit. et Styli cur. Prof. 1787. Adalbertus Barics, Statist Prof. 1788. Math. Markovics, Iur. eccles. Prof. 1789. Antonius Demien, Iur. nat. gent. ac publ. univ. Prof. 1790. Iosephus Stuhr, Iur. civil. et crimin. Profes. 1791. Idem. 1792. Adalbertus Barics, q. s. 1793. Matth. Markovics, q. s. 1794. Antonius Demien, q. s. 1795. Idem. 1796. Emericus Kelemen, Iur. privati hung. Prof. 1797. Idem. 1798. Math. Markovics, q. s. 1799. Idem. 1800. Idem. 1801. Anton. Demien, q. s. 1802. Ios. Stuhr, q. s. 1803. Adalb. Barics, q. s. 1804. Idem. 1805. Math. Markovics, q. s. 1806. Idem. 1807. Emer. Kelemen, q. s. 1808. Math. Mészáros, Statist. ac Iuris metall. Prof. 1809. Ioan. Sax, Scient. polit. Prof. 1810. Adam. Brezanoczy, Iur. eccles. Prof. 1811. Matth. Vuchetich, Iur. civil. Prof. 1812. Idem. 1813. Paul. Markovics, Iuris nat. Prof. 1814. Idem. 1815. Martinus Winkler, Statist. Prof. 1816. Michael Ioan. Sax, q. s. 1817. Idem. 1818. Idem. 1819. Alexander Iun. Lipthay, de Kisfalud, AA. LL. et Philos. nec non Iur. Utri. Doctor, coron. Dominior. V. Buda et Vissegrad secund. Fiscalis. 1820. Idem. 1821. Iosephus Rőth, I. U. D. Regius Directoralis Fiscalis. 1822. Idem. 1823. Idem. 1824. Idem. 1825. Franciscus Vizkeleti, I. U. D. Fori utriusq. Advocatus. 1826. Idem. 1827. Idem. 1828. Iosephus Havas, I. U. D. Liberae R. Civitatis Pest. Ord. Fiscalis. 1829. Idem. 1830. Idem. 1831. Idem. 1832. Antonius Ottmayer, J. U. D. ad Supr. armorum Praefect. Hung. Decret. Advocatus: 1833. Idem. 1834. Paulus Miksó, AA. LL. Philos. ac Iur. U. Doct. Advocatus.

III. In Facultate Medica:

An. 1786 Samuel Rácz, Physiol. Prof. 1787. Georgius Stáhly, Chir. et obstetr. Prof. 1788. Ignatius Prandt, Pathol. et mater. med. Prof.

1789. Iacobus Ios. Winterl, Chem. ac Botan. Prof. 1790. Ignatius Prandt, q. s. 1791. Idem. 1792. Georgius Stáhly, qui supra. 1793 Iacobus Winterl, q. s. 1794 Ferdinandus Stipsics, Pathol. ac mat. med. Prof. 1795 Iosephus Schönbauer, Hist. nat. et Therapiae spec. Prof. 1796 Ferdinandus Stipsics, q. s. 1797. Samuel Rácz, q. s. 1798. Georg. Stahly, q. s. 1799. Ferd. Car. Stipsics, q. s. 1800 Franc. Schraud, S. C. et R. A. M. Consil. Instit. med. pro Chirurgis, Politiae item medicae, et medicinae forens. Prof. 1801 Ignat. Prandt, q. s. 1802 Idem. 1803 Ios. Schönbauer, q. s. 1804 Ferdinandus Stipsics, q. s. 1805 Idem. 1806 Ioannes Szening, Anatom. et art. obstetr. Prof. 1807 Franciscus Eckstein, .Cirurg. Prof. 1808 Franciscus Bene, Instit. med. etc. pro Chirurg. Prof. 1809 Idem. 1810 Michaël Lenhossék, Physiol. et anat. sublim. Prof. 1811 Idem. 1812 Ioannes Schuster, Chem. et Botan. Prof. 1813 Idem. 1814 Ioannes Reisinger, Hist. nat. spec. Profes. 1815 Idem. 1816. Michaël Lenhossék, q. s. 1817. Andreas Palkovics, L. R. Civit. Buden. Physicus Ordin. 1818 Idem. 1819 Ioannes Streit, med. Doct. Seren. C. R. Princ. Regni Hung. Palatini medicus Aulicus. 1820 Idem. 1821 Idem. 1822 Idem. 1823 Ioannes Nep. Beer, Med. Doct. L. R. Civ. Buden. Physicus. 1824 Idem. 1825 Idem. 1826 Idem. 1827. Iosephus Sadler, AA. LL. Philos. et med. Doct. item Pharm. Magist. penes Museum nation. Camerae naturae Productor. et Technol. Custos. 1828 Idem. 1829 Idem. 1830 Idem. 1831 Mart. Csausz, Fac. Med. membrum Colleg. 1832 Idem. 1833 Idem. 1834 Idem.

### IV. In Facultate Philosophica:

A. 1786 Franciscus Rausch, Prof. applicatae. 1787 Frideric. Werthes, Aesthet. Prof. 1788. Car. Koppi, Histor. Prof. 1789. Anton. Kreil, Philos. Prof. 1790. Mart. Schwartner, Biblioth. Univ. Custos, et Prof. Diplom. 1791. Idem. 1792. Ioan. Pasquich, Prof. mathes. subl. 1793. Andr. Dugonics, Mathes. pur. et applic. Prof. 1794. Iosephus Domin, Phys. et Mech. Prof. 1795. Idem. 1796. Idem. 1797. Ludovicus Schedius, Aesthetic. et AA. elegantior. Profes. 1798. Michael Trenka, Histor. univ. Prof. 1799. Franciscus Bruna, Mathes. sublim. Prof. 1800. Stephanus Szücs, e S. P. Log. Metaph. ac moral. Prof. 1801. Andreas Dugonics, q. s. 1802. Idem. 1803. Emman. Aloys. Stipsics, Numism. et Archaeol. Prof. 1804. Ge-

orgius Schmidt, Geom. pract. Prof. 1805. Adamus Tomcsányi Physic. Prof. 1806. Aloysius Emman. Stipsics, q. s. 1807. Idem. 1808. Idem. 1809. Idem. 1810. Ludovicus Schedius, q. s. 1811. Carolus Hadaly de Hada, Mathes. purae Prof. 1812. Idem. 1813. Iosephus Kereszturi, Hist. Prof. 1814. Idem. 1815. Iosephus Szarka, Rationariae Prof. 1816. Idem. 1817. Ioannes Kroboth, Paedagogiae Prof. 1818. Idem. 1819. Michael Faliczky, Hist. nat. gen. Prof. 1820. Idem. 1821. Augustinus Popol, Doct. Rel. Prof. 1822. Iosephus Weszerle, Numism. Prof. 1823. Iosephus Wolfstein, Mathes. sublim. Prof. 1824. Idem. 1825. Idem. 1826. Ioannes Imre, Philos. theor. et pract. Professor. 1827. Idem. 1828. Iosephus Wolfstein, q. s. 1829. Idem. 1830. Georgius Schmidt, q. s. 1831. Iosephus Weszerle, Hist. Prof. 1832. Ioannes Reseta, linguae ac liter. german. Prof. 1833. Idem. 1834. Idem.

§. 81. Rectores Universitatis, ab anno 1786 — 1834.

Anno 1786. Adalbertus Barics, Statist. Prof. 1787. Venceslaus Trnka, Physiol. Prof. 1788. Andreas Dugonics, Mathes. purae et appl. Prof. 1789. Maximilianus Chiolich, Theolog. moral. Prof. 1790. Mathias Markovics, Iur. eccles. Prof. 1791. Iacobus Iosephus Winterl, Chem. ac Botan. Prof. 1792. Franciscus Rausch, Mathes. applicatae Prof. 1793. Iosephus Stuhr, Iur. civ. et crim. Prof. 1794. Samuel Rácz, Physiol. Prof. 1795. Stephanus Schönvisner, Biblioth. Praefect. 1796. Antonius Demien, Iur. nat. publ. univ. et gent. Prof. 1797. Ferdinandus Car. Stipsics, Pathol. et mater. med. Prof. 1798. Iosephus Francis. Domin, Phys. et Mechan. Prof. 1799. Emericus Kelemen, Iur. priv. hung. Professor. 1800. Iosephus Schönbauer, Hist. nat. et Therap. spec. Profes. 1801. Ludov. Mitterpacher, Oecon. Rur. Prof. 1802. Mathias Markovics, q. s. 1803. Ferdinandus Car. Stipsics, q. s. 1804. Michael Trenka, Hist. Prof. 1805. Antonius Demien, q. s. 1806. Ferdinandus Car. Stipsics, q. s. 1807. Stephanus Georg. Szücs, Philos. theor. et pract. Prof. 1808. Stephanus Vrana, Dogmat. Prof. 1809. Emericus Kelemen, q. s. 1810. Franciscus Bene, Instit. med. pro chirurg. Prof. 1811. Franciscus Bruna, Mathes. sublim. Prof. 1812. Michael Korbélyi, Hist. Eccles. Prof. 1813. Michael Ioan. Nep. Sax, Scient. polit. Prof. 1814. Francisc. Ekstein, Chirurg. pract. Prof. 1815. Emman. Stipsics, numis.

Prof. 1816. Ioannes Bapt. Fort. Lang. Dogm. P. I. Profes. 1817. Adamus Brezanoczy. Iur. eccles. Prof. 1818. Michael Lenhossék, Physiol. et Anat. sublim. Prof. 1819. Georgius Schmidt, Geometr. pract. Prof. 1820. Iosephus Tumpacher, Canon. Iaur. Hermeneut. nov. Test. Prof. 1821. Mathias Vuchetich, Iur. civil. Profes. 1822. Ioannes Schuster, Chem. Profes. 1823. Adamus Tomcsányi, Physic. Prof. 1824. RR. D. Aloysius Battyáni, M. E. Strig. Can. Seminarii Rector. 1825. Paulus Markovics, Iur. natur. Profes. 1826. Ioannes Reisinger, Hist. nat. spec. Profes. 1827. M. ac RR. D. Ioannes Kroboth, Studii Philos. Director. 1828. Ladislaus Vass, Hist. eccles. Prof. 1829. Iosephus Röth, Famil. Com. Károlyi et alior. Iur. Director. 1830. Ignatius Stáhly, Anatom. elem. Prof. 1831. Michael Faliczky, Hist. natur. gen. Prof. 1832. Barthol. Fischer, Theol. moral. Prof. 1833. Ignatius Frank, Jur. patrii Profes. 1834. Ioannes Veleczky, Chirurg. theor. Professor.

§. 82. Ex his praeclare de litteris sunt meriti:

Ioannes Nep. Alber, natus Óvárini in Comitatu Moson. 1758. VII. Iulii. Institutum Scholarum amplexus, Theologiae Baccalaureatum 1783. Doctoratum 1784. in Universitate Budensi consecutus, in Gymnasio Pestano humaniores litteras docuit; dein ad Collegium Scholar. Piar. Nitriense Professor Scripturae S., linguarum orientalium, ac Historiae ecclesiasticae constitutus, subin Coloczam, 1806. ad Universitatem Pestanam transiens, Ling. hebream, Archaeologiam biblicam. Introductiones in libr. Canon. vet. foed. et apologiam eorumdem, ac Exegesim tradidit; librorum hebraeorum in Hungaria Revisor, Provincialis Praepositi Assistens, vitam integerrimam pie obiit 1830. die XXI. Iunii. Lugubri carmine celebratus ab Auditoribus. Opera eius typis expressa sunt: 1) Cogitationes philosophicae de immediato corporum contactu, Theoriam Cl. Ios. Rog. Boscovicsii respicientes. Vien. 1783. 8. 2) Institutiones Historiae ecclesiasticae a nato Christo usque 1790. Tomuli IV. (non duo, ut Status Univ. editor habet) in 8. mai. Colocae 1793. 3) Oratio in instauratione coetus Mariani in Gymnasio Colocen. Apud. Schol. P. habita A. 1795. die XV. Aug. Colocae. 1795. 4. 4) Institutionis S. Script. per omnes vet. ac nov. foed. libros, specimen. Pest. 1800. 8. 5) Interpretatio S. Script. per omnes vet. ac nov. foed. libros Tomi 16. Pest. 1801—4. in 8. m. 6) Institutiones linguae hebreae. Vien. 1807. 7) Institutiones hermeneuticae Scripturae S. vet. Test. Tomuli III. Pest. 1807. 8) Instit. hermeneut. S. Script. vet. Test. iuxta systema Theologiae novissime praescriptum, secundo editae

Tom. III. 1817. 8. 9) Instit. hermen. S. Script. N. Test. Tom. III. Pest. 1818. 8. (Institutiones hae praelectae fuerant Cracoviae, et in Helvetia.) 10) Instit. Hermen. S. Script. N. Test. alterum editae Pestini 1830. 8. 11) Dissertationes in selecta argumenta Historiae eccles. Tomi II. Pest. 1820. 8. 12) Institutiones linguae hebreae. Budae 1826. 8. mai. 13) Institt. Hist. ecclesiast. alterum editae ac continuatae Tomi IV. Agriae 1729—30. 8. Praeterea suam quoque in totam Scripturam S. Interpretationem revisam in Ms. reliquit.

Basilius Alexovics, natus Agriae 1744. ad unionem reversus, Ordinem Eremitarum S. Pauli est professus 1764. docuit amoeniores et severiores Scientias, Mathesim, quam proprio Marte combibit, ac Theolog. in suo Ordine; hoc abolito orator sacer, ac Doctrinae Relig. Professor datus Universitati Pestanae; placida vita defunctus A. 1796. II. April. Edidit: 1) Halottas Beszéd. Oratio Funebris pro Laurent. L. B. Orczi. Pest. 1789. 2) Ünnepi Predikátziók. Ibid. 1789. 3) Vasárnapi Prédikátziók. Vol. IV. Ibid. 1790. 1791. Recus. Poson. 4) A' könyvek szabados olvasásáról. Pest. 1792. 5) Az emberséges ember. Sz. István dicsérete. Vien. 1793.

Adalbertus Barics, Neoplantae in lucem editus 1742. Viennae Iuridicis ac politicis Scientiis imbutus, has primum docuit Varasdini 1769. post triennium. Zagrabiae, post quadriennium Iaurini, demum ad Regiam Scientiarum Universitatem Budam promotus 1777. Historiam Statuum et Universalem exposuit, ab anno vero 1784. Pestini statisticam Europaeam explicuit. Rude donatus 1804. Ingenii eius foetus sunt: 1) Solennis ritus coronandi Reges ac Reginas Hungariae. Pest. 1790. germanice. 2) Nonnihil de Scholasticae Iuventutis educatione. Ibid. 1792. 8.

Franciscus Bene, Consiliarius Regius, in lucem editus 1775. XII. Octob. in Mindszent, pago Provinciae Csongrad. A. 1798. VII. Sept. Medicinae Doctoris gradum literarium consecutus, chirurgis civilibus institutiones medicas praelegit, dein Anatomiam tradidit a Novembri 1800. usque Maium 1801. in locum Professoris Szening, ad insurrectionem discedentis, tandem in vicem Schraudii promoti Cathedram subintravit 1803. nominatus Professor XVIII. admotus XXXI. Ianuar. Professor Institutionum medicarum pro Chirurgis, Politiae medicae, ac medicinae Studiosis. 1814. IX. Aug. Ignatio Prandt ad quietem reposito qua Professor Therapiae specialis ac Praxeos successit 1816. II. April. Plura fecit in Galliam, Angliam ac Germaniam itinera. Praeclara ingenii eius monumenta sunt: 1) A' himlő veszedelmei ellen való oktatás. Pest. 1800. 8. 2) Második megbővitett kiadás. Pest. 1801. 8. 3) Kurzer Inbegriff der nöthigsten Grundsätze zur Kenntniss und Heilung der gewöhnlichen Krankheiten der Menschen für angehende Wundärzte im Königreich Un-

garn. Pest. 1801. 8. 4) Rövid oktatás a' mentő himlőnek eredetéről, természetéről és béoltatásáról. Pest. 8. 5) Második kiadás. Budán 1815. 8. 6) Elementa Politiae medicae. Budae 1807. 8. 7) Elementa Medicinae forensis. Budae 1811. 8. 8) Az orvosi Tudományok' rövid rajzolattja. Budán 1812—13. két kötet. 9) Kurzer Abriss des medicinischen Unterrichtes für Civil- und Landwundärzte. Ofen. Zwey Bände. 8. 10) Elementa Medicinae practicae. E praelectionibus Patris edidit filius Pestini 1834 — 5. Tomi V. in 8.

Florian. Eduard. Birly, natus 1787. VI. Dec. in oppido Hodság, Com. Bacs. Viennae 1814. XXVII Iunii artis obstetriciae Magister renunciatus, XIV Iulii subsequi eiusdem Professoris Assistens, XXX. Augusti Doctoris medicinae laurea insignitus, Cathedram supplevit. In sequelam concursus Vindobonae peracti, 1817. April. XXII. Professor obstetriciae ad Universitatem literarum hungaricam denominatus, XXIX. Maii Cathedrae huic praeesse coepit. Typo subiecit Dissertationem inaug. med. de Epilepsia. Vien. 1814. 8.

Daniel Em. Bogdanich, natus in oppido Verőcze 1762. suomet ingenio ad mathesim ductus, eam Budae publice ac privatim combibens, in Academia M. Varadin. professus fuit extraordinarie. Amplioris sui perfectionis studio Viennam petiit, 1796. penes speculam Budensem Adiunctus secundus, 1798. primus in locum Francisci Bruna successit. Observationibus astronomicis, in Ephemeridibus Vindobon. vulgatis, inclaruit. Labore: Mechanicae coelestis confectus 31. Ian. 1802. obiit. Vulgavit Varadini: Formulas pro spatiis rectilineis, aut quae in hac resolvi possunt, per lineas parallelas dividendis, editas Pestini 1786. 8. Longitudines et altitudines locorum pro mappis Lipszkianis locorum diversorum fuit dimensus. V. Zach's allgem. geogr. Ephem. III. 180. 324. 411.

Carolus Ios. Franc. Xav. Böhm, natus Budae 1778. Anno 1804. Apr. XXIV. in Doctorem medicinae promotus, 1805. ad Regium generale Pestanum Cleri iunioris Seminarium munus Medici ordinarii adiit. 1815. Concursum pro vacante Cathedra subiit, quam 1817. IV. Februarii obtinuit, et XXII. Martii adiit, Politiae medicae forensis Professor. Dissertationem inauguralem, quam hungarice dixit, edidit in Tudományos Gyüjtemény A. 1833.

Adamus Brezanóczy, ortus nobili genere A. 1751. in oppido montano Jolsva Com. Gömör. Soc. J. tiro, ea sublata, Professor Grammatices in Gymnasio Quinqueecclesiensi. Anno vero 1780. Professor iuris extraordinarius ad Academiam reg. Cassov. 1784. Iuris. eccles Professor extraord. ad Academ. Poson. 1787. Cathedram Iuris naturae, publ. Univ. gent. ac publici Regni Hung. obtinuit, ex qua A. 1807. ad Universitatem Pestanam ut Pro-

fessor Iuris ecclesiastici promotus. A. 1826: quiete donatus, Studii Iuridici Directoris, ac Facult. Iurid. Praesidis vices gerens, lenta febri consumtus. A. 1833. Memoriae nominis providit editis operibus· 1) Explanatio Iuris naturae. Poson. 1795. 8. 2) Explanatio Iuris politici. Ibid. 1796. 8. 3) Vindiciae Systematis Philosophici de origine Civitatis. Poson. 1801. 8. 4) Nova Neovidensia in latinum vertit, Ephemeridibus Poson. adnexa. Poson. 1804—1807. 8. 5) Ius patrium ab Elia Geörch hungarice editum latinitate donavit. TT. IV· Poson. 1806—1807. 8. 6) Oratio piis manibus Mathiae Mészáros, Professoris Statist. in Reg. Universitate dicta Pestini 1808. 9. 7) Oratio, qua Michaeli Hirsch, Prof. Iuris nat. in hac Universitate defuncto parentavit 1811. 8. 8) Institutiones Iuris ecclesiast. Tomi II. Pest. 1817—1818. 8. 9) Responsum datum Ioanni Alber, Theolog. Professori de nonnullis Iuris ecclesiast. Sententiis. Pest. 1821. 8. 11) Iuris naturae et politici altera editio. Pest. 1824. 8.

Paulus Anton. Bugát, ortu Gyöngyösinensis, Doctoris medicinae lauream consecutus est 1818. XXI. Decembr. Magistri oculisticae gradum 1820. VIII Ian. E Physicatu civitatis Bakabánya, concursus merito, evocatus, in locum Professoris Gebhardt promoti, ad Institutiones medico-theoreticas pro Chirurgis tradendas A. 1824. IX Nov. Typo submisit: 1) Dissert. inaug. med. sistens Encephalitidem. Pest. 1818. 8. maj. 2) Az egésséges emberi tes' boncztudományának alapvonatjai. Hempel Ad. Fr. után. két kötet Boncztudományi Szótárral. Pest. 1828. 8. 3) Boncztudománybeli műszavakról való számadás 1829. 1—7. kötet. 4) Orgánona (Életmüve) a' gyógy mûvészségnek, vagy Hahneman Sam. Homoeopáthiája. Pest. 1830. 8. 5) Éptan. (Hygiastica) Tanitványi számára. Pest. 1830. 8. maj. 6) Kórtudomány (Pathologia) Pest. 1830. 8. 7) In opere menstruo medico: Orvosi Tár collaboravit.

Maximilianus Chiolich, in lucem editus Segniae 1759. ecclesiasticum Statum amplexus, studia theologica Romae absolvit. Eloquentiam S. subin Zagrabiae, Pestini Theol. moralem docuit. Collegio Canonicorum Zagr. adscriptus 1790. Decessit 1808. Adornavit: 1) Funebrem Orationem C. Stephano Niczky, Pestini 1777. fol. 2) M. Theresiae 1781. Zagrab. fol. 3) Com. Francisco Nádasdi, Croat. Dalmat. Bano. Zagrab. 1783. fol.

Franciscus Czinke, natus 1761. in Fényes Litke, Com. Szabolcs. nobilibus parentibus, Repetentium Budae collegio adscitus, Aestheticam et altiora studia classica tractavit. A. 1785. Professoris vices in Gymnasio Quinqueeccles. gessit — 1789. quo Sabariam ut Professor Humanitatis transpositus; A. 1793. Sopronii Professor Humanitatis Senior, 1801. ad A. Gymnasium Budense senior Grammaticus, A. 1808. ad Universitatem linguae ac

literaturae hungaricae, postea etiam styli curialis Professor, post 23. annorum curas IX Martii 1830. quiete donatus. Opuscula excudi fecit: 1) Carmina hungarica, lusus poëtici, oratorii, minoris ambitus, variis occasionibus edita. 2) Ode ad Suam Maiestatem, qua pecuniam pro subsidio belli gratuito collectam nomine Gymnasii Sopronien. obtulit. 1796. 8. 3) Öt tábori Mars, lantos versekben, a' nemes magyar Insurrectióra. Bud. 1808. 4. 4) Az új holmi, két csomó. Pest. 1810. 4. 5) Nagy emberek' beszétgetései az Elisium mezején. Budán 1816. 8. 6) Az ifjú szószóllók gyülése a' Nyelv' ügyében. Budán 1814 — 19. 8. 7) Irokéz Bohosdi Abderában 1825. 8.

M. et RR. D. Ioannes Dercsik, natus Csaczae A. 1785. XV. Maii. Clerum A. Dioec. Strigon. ingressus, studiis theologicis in Seminario Pestano praefuit 1807 — 9; docuit Hermeneuticam in Lyceo Tirnaviae 1810 — 14; Linguarum arabicae, chaldeae ac syriacae Professor renunciatus penes Facultatem Theolog. 1814. Canonicus 1826. Praeses ac Director Facultatis An. 1833. Edidit: Institutiones linguae arabicae in usus Theologiae Auditorum, ad summas lineas reductas. Vien. 1816.

Iosephus Domin, e Zagrabiensi Logica Soc. J. tironibus adscriptus Viennae 1769. eadem abolita, Physicam primum Quinqueecclesiis, tum in Pestana Universitate ab a. 1790. professus, Ins. Ecclesiae Collegiatae Chasmen. dein Cathedr. Ecclesiae Zagrabiensis Canonicus est renunciatus. An. 1801. Regiae Neapol. Arcadicae Academiae commembrum 1804. mortem oppetiit A. 1819. XIX. Ian. aetatis 77. In lucem emisit: 1) Commentationem in electricitatem medicam regii musei physici Quinqueeccles. Zagrab. 1789. 8. Quod argumentum rursus pertractavit, edito huius tituli libro: 2) Ars electritatem aegris tuto adhibendi. Pest. 1795. 8. 3) Lampadis electricae optimae notae descriptio, eaque utendi ratio, cum tab. aen. Pest. 1799. 8. 4) Beschreibung der besten Art electrischer Lampen und ihres Gebrauches. Ib. 5) Tono campanarum fulmina promoveri potius, quam prohiberi. Quinqueeccl. 1786. 6) Dissertatio physica de aëris factitii genere, natura, et utilitatibus. Iaur. 1784. cum duabus figg. aen. 8.

Franciscus de Paula Eckstein, Consiliarius Regius, natus Anno 1769. XXVIII. Martii. Alsó Kubinyii oppido Com. Arvensis. An. 1793 — 7. Professori Georgio Stahli Assistens, 1795. XXVII. Octobr. gradum Doctoris Chirurgiae, XXVI Novembr. Magistri artis obstetriciae, 1797. 1-ma August. Doctoris Medicinae consecutus, A. 1799. via Concursus Adiunctus Professoris Chirurgiae et Obstetriciae denominatus VI Aug., officio admotus XXIV Sept. Bis insurgentibus auxilium attulit medicum, pristino munere recepto 1802. Supplens Professoris Chirurgiae ac Oculisticae. 1803. XIII Sept. in sequelam

Concursus, Professor chirurgiae practicae renunciatus, et I. Nov. introductus. Annis 1805. et 9-no rei sanitatis ad Insurrectiones nobilium dignitate Protomedici praefuit, Nosocomium erexit, direxit, et administravit. 1812. nobilitatis praerogativa ornatus. Impetrata quiete obiit 1833. die VII Nov. Opera edidit sequentia: 1) Cursus chirurgici tres, in publicum artis suae specimen descripti. Pest. 1803. 8. m. cum tab. aen. tribus. 2) Relatio officiosa generalis de Nosocomiis insurrectionalibus ultima insurrectione 1809. per ipsum erectis et administratis. Budae 1810 4. maj. cum 20 tabb. et chalcographo I. 3) Tabellarische Darstellung der gebräuchlichsten Instrumente, Binden, Maschinen, älterer und neuerer Zeit, zum Behuf der Wundarzneybeflissenen. Ofen 1822. fol. cum tabb. 15. in folio mappaeformi. 4) In Lexico medico-chirurgico Berolinensi collaboravit.

Ioannes Theophilus Fabini, natus 1791. V. Iulii Hasságini in Transilvania, Sede Saxonum Mediensi. Terminato rigoroso tentamine 1815. obtinuit munus medici secundarii in Nosocomio generali Vindobonensi, tum etiam assistentis in Schola ophtalmoiatrica practica Vindobon. ad latus Professoris Georgii Ios. Beer. 1816. XI. Maii medicinae Doctor, XII. oculisticae artis magister salutatus. XVII. Iulii facto Vindobonae Concursu, Cathedram oculisticae theoreticae ac practicae obtinuit Pestini 1817, II. Iunii, capessivit XXVII. In lucem edidit: 1) Dissertatio inauguralis medica de Amaurosi. Vien. 1816. 8. 2) Doctrina de morbis oculorum. Pest. 1823. 8. maj. 3) De praecipuis corneae morbis. Prolusio Academica 1830.

Ignatius Frank, natus Nagy Károlini 1790. Scholarum piar. Tiro Vacii Philosophiam coluit. Doctoratus Philosophiae A. 1810. Iuris U. 1815. lauream consecutus, muneri Professoris Iuris patrii in Regia Academia Cassoviae admotus 1819. inde ad idem officium in Regia scientiarum Universitate gerendum A. 1827. Pestinum transpositus, opera vulgavit: 1) Specimen elucubrandarum Institutionum Iuris civilis hungar. continens praecognita et doctrinam de donatione regia. Cassov. 1823. 8. 2) Principia Iuris civilis hung. Pest. 1829. 8. Tomi duo.

Franciscus Xav. Gebhard, natus Paksini, Provinciae Tolnen. An. 1791. XXIII Ian. — 1821. I. Maii Doctoratus gradum obtinuit, Assistens Prof. Praxeos med. 1815. 1. Nov. Pestini. A. 1817. III. Iulii Magister artis obstetriciae. In concursus sequelam 1824. Professor Therapiae specialis et Praxeos medicae pro chirurgis renunciatus X. Ian. in officium introductus. Opera typis edidit: 1) Béköszöntő Beszéd a' tapasztalási orvosi tudomány méltóságáról. In Tudom. Gyüjt. 1825. fasc. IV. 2) Útmutatás az orvosi gyakorlásra. Pest. 1827. 8. mai. 3) A' különös orvosi nyavalya és gyógyitás tudomány alapvonatjai. 1-ső dar. Pest. 1808. 8.

Carolus Constantinus Haberle. natus Erfordiae, loco Thuringiae primario 1764. XI Febr. Excultus Brisgoviae, Erfordiae, tum per itinera, muneraque varia. 1813. Budam delatus, vacantem Botanices Cathedram, concursus merito, obtinuit 1817: XXIII. April. XXI. Maii. eidem admotus. 1821. XIII. Martii Doctor medicinae ad honores renunciatus, Erfordiensis scientiarum utilium ac physico-mathematicae, Wetteraviensis Historiae naturalis, Jenensis mineralogicae, Bernensis medico-chirurgicae, Argoviensis Historiae naturalis, Thuringicae oeconomicae 1816. Moravico-Silesiacae oeconomicae 1817. Vindobonensis Oeconomicae, 1818. Ratisbonensis botanicae, 1830. Petropolitanae botanicae Socius, violenta morte sublatus 1832. XXXI. Maii. Opera eius typis excusa sunt, 1) Entwurf einer musterhaften Erziehungs Anstalt. Erfurt 1795. 2) Bemerkungen über die Gestalt der Grund- und Keim Kristalle. Erfurt. 1804. 8. 3) Beiträge zu einer allgemeinen Anleitung in das Studium der Mineralogie. Weimar 1805. 8. cum tabb. 2. 4) Beschreibung einer Sammlung der Kristallmodellen. Weimar 1805. 8. 5) Characterisirende Darstellung der gemeinnützigeren, so wie der an öftersten vorkommenden Mineralien. Weimar min. 8. 1806. cum duabus tabullis. 6) Das Mineralreich, — als Commentar zu den Bertuch'schen Tafeln der allgem. Naturgeschichte, I. u. II. Hauptabtheilung. Weimar 1806 — 7. 7) Berichtigende Bemerkungen und Zusätze zu Prof. Batsch's Einleitung zum Studium des Pflanzenreichs. Weimar 1806. 8. min. 8) Das Gewächsreich. Erste Hauptabth. Pilze und Schwämme. Weimar 1806. 8. 9) Betrachtungen über das Entstehen der Sphaeria agaricina Haberlei, und des Merulius destruens. Erfurt 1806. 8. m. 10) Metereologisches Tagebuch für das Iahr 1810. mit Kupfern. 11) Metereol. Tagebuch für das Iahr 1811. mit Kupf. 12) Metereologische Hefte für Beobachtungen zur Begründung der Witterungslehre. Weimar 1810. 1811. 1812. 4. m. 13) Metereologische Aphorismen zur Erlernung wissenschaftlicher Witterungsbeurtheilung und Erforschung. Weimar 1812. 8. m. 14) Dissertationes minores mineralogici thematis promulgavit in Ephem. Andrei sub nomine Hesperus notis. 15) Uiber vollkommen dichten und vollkommen kristalisirten Olivin aus Ungarn. Beschreibuug einer neuen Art Braunkohlengattung (der schaligen) Hesperus 1817. März. Neue Beobachtungen über den ungarischen Alaunstein. Hesperus 1817. April. 16) Ab an. 1805 — 1812. plures ventilationes criticas contribuit ad Ephemerides Hallenses. Dissertationes mineralog. ad Ephemer. Gehlenii et Schweiggerii atque acta Erfordensia; statisticas vero ad Ephemerides geographicas Vinarias. 17) Succincta rei herbariae Hungaricae ac Transilvanicae Historia. Budae 1830. 8. m.

Carolus Hadaly de Hada, Consiliarius Regius natus 1743. Magno-Szigetini, Provinciae Simegh, AA. LL. et Philos. Doctor, repetiit Mathesim sublimiorem Tirnaviae in Academia ibidem A. 1777. Professor extraord. A. 1781. eiusdem ordinarius Iaurini 1786. Quinqueecclesiis 1786. Posonii, 1809. XVIII. April. penes Universitatem Pestanam tradere iussus. Societatis Göttingensis membrum correspondens. Pulveres scholasticos A. 1831. Insignis ordinis Leopoldi Eques reliquit. Defunctus XIX Iulii A. 1834. Iuris publici fecit; 1) Elementa Hydrotechniae. Poson. 1783. 8. Postea septem editionibus aucta. 2) Ars delineandi, coloribusque localibus adumbrandi aedem. Iaurini 1784. 8. 3) Anfangsgründe der Mathematik. Presb. 1791. 8. 4) Elementa Matheseos purae. Poson. 1798. Recusa septies. 5) Mechanica solidorum. Budae. 6) Toxotomia, seu scientia quemvis datum arcum circularem, angularemque rectilineum in quotquot aequas partes geometrice secandi. Budae 1820. 8.

Andreas Fridericus Haliczky, natus A. 1753. mense Ianuario, in oppido Báth, Com. Hont. clericus primum Dioec. Vien. statu hoc dimisso, studia Praeparandorum Viennae absolvit, ac Scholas Grammaticales docuit Tirnaviae, Neosolii, Senior Grammaticus, Budae 1776. Humaniora, Trenchinii 1787. Penes Universitatem Pestanam 1792 — 1831. linguam ac literaturam germanicam tradidit. Vitam finiit Pestini 1830. XII April Elegantis ingenii eius partus sunt: 1) Miscellanea in usum Lectorum conscripta, quae olim Schematismo Regni Hungariae adnecti solebant. 2) Inscriptiones adventui summorum Europae Principum Francisci I. Alexandri ac Friderici Wilhelmi Budae Pestinique VII. Cal. Nov. 1814. celebrato dicatae. Budae. 3) Ephemerides politico-literarias cum defuncto Spielenberg. 1791—2. Pest. 4) Epitaphium in sepulchro Ernesti Végesi Protribuni C. R. incisum. Pestini. 5) Inscriptio Ludis equestribus, in honorem Aug. Pavlownae Alex. ab Aug. Coniuge A. Duce Austriae, Regnique Hungariae Palatino V. Non. Maii MDCCC. Pestini institutis. 6) Inscriptiones advenientibus Oraviczam Aug. Franc. I. Imp. et Reg. eiusque coniuge Carolina Aug. IV. Non. Octobr.

AUGUSTI. VENIUNT. LAETI. REVIVISCITE. MONTES.
ET. DITEM. TELLUS. PANDAT. AMICA. SINUM.

7) Complures item inscriptiones et epitaphia Ludovico Mitterpacher, Paulo Kietaibel etc. Distichon effigiei Abbatis Ludovici Mitterpacher subditum:

Quando iterum Ludovice! Tibi bona proferet aetas
Moribus, ingenio, relligione parem?

8) Carmina latina diversa A. 1803. 1807. 1809. 1816. Epigrammata diversa An. 1807. in Tudom Gyüjtem. 1817. 9) Rechenkunst zum Gebrauche der Gymnasien. Ofen 1803. (opusculum praemio donatum). 10) Handbuch des Reiters, zum Behuf der Officiere bei der Kavallerie. Aus dem französischen übersetzt. Pest 1805. 11) Antritts-Rede bey Eröffnung des Lehrstuhls der deutschen Sprache und Literatur bey der kön. Universität zu Pest. Gehalten den 14-ten May 1792. Ofen. 12) Auszug aus Chaptals, Roziers, Parmentiers und Dussieux's Abhandlungen über den Bau des Weinstocks, und über die Kunst, Wein, Brandwein und Essig zu bereiten. Aus dem Lateinischen des Abtes L. Mitterpacher übersetzt. Ofen 1814. 13) Belehrungen über die Vorbeigungs- und Heilmittel gegen die Seuchen des Hornviehes. Aus dem Latein. 1816. 14) Dienst Reglement für die Infanterie des Adels von Ungarn bei der Insurrection. Pest. 1809. 15) Abrichtungs-Reglement für die Infanterie der Insurrection des Adels in Ungarn. Ibid. 1809. 16) Exercier-Reglement für die Infanterie der Insurrection des Adels. Ibid. eod. 17) Reglement für die Bürger Militz in Königreich Ungarn. Pest 1809. 18) Klaglied auf den Tod des Erzherzog von Oesterreich, und Palatinus von Ungarn Alexander Leopold den XXIV. Iulius 1795. 19) Ode auf die Ankunft Seiner k. Hoheit Ioseph Anton, Erzherzog von Oesterreich und Palatinus von Ungarn. A. 1795. XXV. Sept. Pest. 20) Ode auf die freudenreiche Ankunft Ihrer kais. Hoheit Alexandra Pavlowna, der hohen anvermählten Seiner k. Hoheit Ios. Ant. Erzh. v. Oesterr. und des Königreichs Ungarn Palatinus. Ofen 1800. 21) Die Dauer der Freundschaft an Ludw. v. Lindner, vor dessen Abreise nach Mexico. wo er nunmehr Professor der Chemie ist. Neusohl 1785. 22) Klaglied eines k. k. Huszaren bei Jassi. Ofen 1788. 23) Lob Ungarns. Ein Gedicht in Jamben. Ofen 1787. 23) Ode auf den Tod des H. Gr. Ios. Teleky. 1805. Pest. 25) Der edle Mann. Wien 1797.

Iosephus Calas. Havas, I. U. D. natus XX. Ian. 1796. in Valaszka, Com. Zolien. Cathedras vacantes supplevit 1821. et 1823 — 7. Notarius, Senator, L. ac R. Urbis Pest. Decanus Facult. Iurid. 1828 — 1831. Vulgavit: Sermonem de recto usu temporis. 1829. Budae 4.

Leopoldus Aloys. Hoffmann, AA. LL. et Philos. Doct. Linguae german. Pestini Professor 1785 — 90. Edidit: Elementa linguae germanicae 1785. tum multa contra illuminatos, aliosque Societatis occultae.

Iosephus Hoffner, natus Vesprimii 1794. XXV Martii. Medicinae Doctoris gradum obtinuit 1822. XXII. Aug. A. 1824. XI Iunii concurrit, medio cuius A. 1826. II. Iunii artis veterinariae Professor, et Instituti eiusdem Praefectus denominatus, officium adiit V. Aug. Tpyis dedit: 1) Dissert.

inaug. medico-pharmacologicam de assa foetida. 1822. 8. 2) Erőszak nélkül való Patkolás. Balassa Konst. Cs. kir. Kapitány után magyarra forditva. Pesten 1828. 8. mai. cum iconn. calcogr. 6.

Ioannes Imre, in lucem editus in Nagy Füred, Possessione Comit. Heves. VI. Octobr. 1790. Clero Iuniori adlectus Agriae IX Sept. 1805. Lauream Doctoris AA. LL. et Philos. adeptus Pestini XXX Aug. 1808. Theologiae pariter II. Maii 1813. Ordinatus Presbyter XIX. Iunii 1813. In Lyceo Agriensi Cathedram Philosophiae primum supplevit, mox implevit 1816. Ad Universitatem Regiam Logices Metaphysices, ac moralis Professor denominatus IV. Decembr. 1822. Finiit 1832. die XXX. Maii. Literaturam locupletavit editis operibus. 1) Amicum foedus rationis cum experientia, seu Philosophia, crisi recentissima deducta. P. I. Logica. Pest. 1818. 8. P. II. Metaphysica pura. Ibid. 1819. P. III. applicata, seu Cosmologia, Anthropologia, et Theologia. Ibid. 1821. P. IV. Aretologia seu Ethica. Ibid. 1824. 2) Logica novis curis edita. Ibid. 1824. 8. 3) Metaphysica pura, cum Historia eiusdem nov. edit. Ibid. 1825. 8. 4) Metaphysica applicata, nov. edit. Ibid. 1827. 8. 5) Aretologia novis curis ed. Ibid. 1829. 8. 6) A' Bölcselkedés I. dar. a' gondolkodás Tudománya. Pest. 1829. 8. 7) A' Bölcselkedés II. Dar. az Észmérés' Tudom. Pest. 1829. 8. 8) Logica iterum novis curis aucta. Pest. 1830. 8. 9) Az ifju magyar bölcselkedő. Pest. 1830.

Iosephus Jurjevich, natus V. Febr. An. 1785. in Jablauacz, confinio ac regimine Ottocano; elementa Grammatices Carolostadii, studia humaniora Zagrabiae percepit; Philosophiae Szegedini, Iurisprudentiae Agriae navavit operam; capta praxi, A. 1810. Advocatorum Regni Hung, et partium eidem adnexarum coetui adnumeratus, Statistices ac Iuris Metallici penes Academiam Regiam Zagrabiensem Professor, concursus merito, renunciatus A. 1812. Iuris utriusque Doctor, inter membra Facultatis Iuridicae cooptatus est. Easdem Statistices, ac iuris montani disciplinas traditurus resolutione Regia Pestinum transiit A. 1834. Opera vulgavit: 1) Institutiones Iuris metallici Hungarici A. 1822. 2) Theoriam Statisticae. A. 1825. Zagrabiae.

M. D. Emericus Kelemen, Consiliarius Reg. primam lucem in Tárnok Com. Szalad. aspexit. Anno 1744. Societatis J. tiro, eadem dissoluta, repetito iure Professor institutionum Iuris civilis ac patrii theoretici Iaurini 1778. Iuris patrii Quinqueecclesiis 1786. Penes Universitatem Regiam Pestanam 1793 — 1817. Vitam clausit XXVI Martii 1819. editis prius: Institutionibus Iuris hungarici privati.. Tomi IV. Pest. 1812. Editione 2-da correcta et aucta Tomi IV. Budae 1818. 8.

Iosephus Aloys. Keresztúri, natus in Keresztur Comitatus Zemplin. parentibus Hebraeis, ad fidem conversus, literis operam dedit, AA. LL. ac Philos. Doctor, in Academia primum M. Varadin. Historiae pragmaticae annos XXI. Professor, tum A. 1811. ad Universitatem Regiam usque An. 1825. Decessit A. 1825. XXI. Apr. aetatis septuagesimo. Typis dedit: 1) Lineamenta Historiae pragm. Regni Hungariae. Pest. 1797. 2) Compendiaria descriptio Episcopatus et Capituli M. Varadin. partibus duabus constans. cum Diplomatibus. M. Varad. 1806. 3) Dissertationes a) De Belae Reg. Notarii aetate. 1812. b) De Hungarorum origine. 1813. c) De Hungarorum avitis Sedibus, illorumque migratione. 1813. d) De Hugarorum in Europam adventu. 1814. Pest. 8. 4) Compendii Historiae Universitatis systematice deducti P. I. complectens res a mundo condito usque aeram Augusteam Pest. 1817. P. II. usque seculum X. P. III. usq. secul. XVI. 5) Plausus in solemnem inaugurationem Illustr. ac RR. D. Nicolai Konde de Pókatelek, Episcopi M. Varadin. Ibid. 1801. 6) Carmen soterion Aug. Imperatoribus et Regibus Europae liberatoribus A. 1814. IX. Kal. Nov. Budam venientibus oblatum. Pest.

Paulus Kitaibel, bono rei botanicae natus Nagy Martonii Comit. Sopron. III. Febr. 1747. Suomet ingenio litteris deditus, quas serius combibit Iaurini, Scientias medicas Pestini, Adiunctus Iosephi Iac. Winterl, Chemiae ac Botaniae Professoris, successor quoque ex pleno 1803. celebritate nominis cathedram implevit usq. 1816. Societatis Phytographicae Götting. membrum ordinarium, botanicae Ratisbonensis honorarium. Defunctus XIII. Dec. 1817. Planta, quam detexit, nomen perpetuavit. Inclaruit operibus: 1) A. 1802. 1805. 1812. Francisci Comitis Waldstein, ac Pauli Kitaibel M. D. Descriptiones et icones plantarum rariorum Hungariae. Vindob. Typ. Math. Schmidt, Universitatis Typographi. Tomi III. continentes pagg. 310. et Indicis pagg. 2. Tabulas plantarum 280. seu Decurias 28. 2) Daraus in Zachs monathlicher Correspondenz VII. VIII. Bd. Auszug aus Kitaibl's und Waldsteins descript. Plant. rar. Hung. Vol. I. in Geogr. topogr. phys. Hinsicht. Ungarn. (von Rumi) 3) Allgemeine Ansichten der Oberfläche des Bodens von Ungarn. Uibersetzt und in Auszug gebracht von Ludw. Schedius. in des letztern Zeitschriften, von und für Ungarn. III. St. S. 137. 145. und 232 — 233. 4) Uiber das Matragebirge in topographisch naturhistorischer Rücksicht. Im literarischen Anzeiger für Ungarn. 1799. 14-ten Febr. Nr. 7. 8. S. 25—31. 5) Uiber die zu Parád in Hevescher Comitate befindlichen Mineralwässer. Ibid. 1799. 6) Vorläufige Nachricht über das Bardfelder Mineralwasser, mit Bewilligung des Verfassers im Druck gegeben von Daniel Keller Handelsmann in Bartfeld, mit 1. Kupf. Kaschau 1701. 8. 7) Elö tudósitás a' Bártfai

ásványos vizről. Ibid. 1801. 8. 8) Analyse der Salatnyaer Mineralwässer im Honther Comit. In Schedius Zeitschrift II. B. S. 54 — 61. 1802. 9) Vorläufige Nachricht über das Salatnyaer Mineralwasser. (in der Gross Honther Gespanschaft) in 4. 10) Rövid tudósitás a' Szalatnyai Borsós-savanyú vizről Honth Vármegyében in 4. 11) 1802. In Schedius Zeitschrift 1802. Bd. I. S. 275 — 277. findet sich in den Artikel, neue Entdeckungen und Erfindungen, die umständliche Erzählung: Kitaibel hat das Tellur Entdeckt, vor Klaproth, zuerst im Deutsch Pilsner Bleierze, dann in den Nagyager und Nagy-Banyer Golderzen. (worüber Klaproth eine Erklärung verlangte.) 12) 1803. Prof. Paul Kietaibl's Erklärung. (die Priorität der Entdeckung des Tellurs betreffend, die er hier feyerlich an Klaproth abtrat) in Gehlers neuen allgemeinen Journal der Chemie. Bd. I. S. 460 — 461. 13) 1804. De aqua soteria thermarum Budensium 1804. Budae. 8. m. 14) Examen thermarum Budensium. Neosolii 1804. 15) Auszug eines Schreibens von H. Prof. Kitaibel ddto. Pest am 1-ten May 1804. In Schraders neuem Journal für Botanik Bd. 1. S. 161 — 3. Uiber die auf der 1803. ins Beregher Comitat gemachten Reise entdeckten Pflanzen. 16) Dissertatio de terrae motu in genere, ac in specie Moorensi 1800. conscripta a Paulo Kitaibel et Adamo Tomcsányi. Budae 1814. 8. 17) Observationes per Physicos Comitatuum circa aquas minerales instituendae. fol. 18) Pauli Kitaibel Hydrographica Ungariae, praemissa vita auctoris ed. Ioann. Schuster. Pest. 1829. Tomi duo.

Carolus Koppi, in lucem susceptus Vacii 1744. Scholarum piarnm institutum amplexus severiores in eo disciplinas est professus Nitriae ac Pestini, AA. LL. ac Philos. Doctor; ad diffusa Physices, Matheseos, Historiae studia, Philologiae atque Eloquentiae cognitionem adiecit. Historiam primum Cassoviae, dein Claudiopoli, demum penes Universitatem ab a. 178$\frac{4}{5}$ — 1796. disserta eloquentia reflexionibusque politicis docuit. Rude donatus Szigethini in Comit. Marmaros. ac M. Karolini rexit; ubi fatis functus A. 1801. die VI Apr. Excellentis ingenii specimina edidit: 1) Dissertationem de infinita corporum vi. Vien. 1775. 4. 2) Historica tentamina de regibus Hungariae 1777. 4. Cassov. 3) Prolusio, dum munus Professoris auspicaretur. Pest. 1784. 8. 4) Prolegomena Historiae ecclesiasticae. Ibid. 1786. 8. 5) Oratio, qua Danieli Cornides parentavit. Pest. 1787. 4. 6) Praelectionum historicarum T. 1. Pest. 1788. 7) Ius delectionis quondam ab Hungaris exercitum. Vien. 1790. 8. 8) Oratio, qua seniori Comiti de Ráda monumentum esse voluit. Pest. 1792. 8. 9) Iusta solennia, quae Cardinali Josepho e Comitibus Battyán solvęrunt SS. et OO. Provinciae Szathmár. 1800. 10) Historia belli Cosacco-polonici auctore Samuele Grondszki de Grondi conscripta. 1788. Reli-

quit in MSS. Historiam Baronum reginalium, opus ad typum destinatum. Praelectionum item historicarum Tom. II. Collectanea historico-diplomatica ex quibus Tomos III. in fol. museum nationale conservat, plura Bibliotheca scholarum piarum Vaciensis. Ipso quoque studiorum moderatore usus sum.

Mathias Kovács, natus in oppido Polgár Comit. Szabolcs. 1790. XXIV. Febr. Cleri iunioris in A. Dioec. Agrien. Alumnus, doctorali AA. LL. ac Philos. laurea decoratus 1810. Theologiae 1813. In Seminario Pestano Studiis theologicis praefectus, Agriae docuit Historiam universalem ac Hungariae, Dogmatices Partis alterius Professor ad Universitatem Pestanam denominatus 1820. Officio admotus VIII Novemb., eidem valedixit ad Canonicatum promotus\ 1832, Juris publici fecit: 1) Biographia Ioannis Hunyadi, quondam Regni Hungariae Gubernatoris. Agriae. 1818. 8. 2) Barátságos Értekezés a' vallási egyesülés Ideájának Szerzöjével· Pesten 1823. 8. 3) Észre vételek illy czimü Predikácziók eránt: Az Evángeliomi keresztény tolerantia két Prédikatzióban elöadva. Pest. 1824. 8. 4) A' keresztény katholika anyaszentegyház' hit- és erkölcsbéli szabásainak rövid foglalattya. Pest. 1825. 8. 5) A' hitetlenségröl bizonyos ifjúhoz intézett levél, kevéssel az elött francziából deákra, most pedig deákból magyarra forditva. Pest. 1829. 8. 6) Nexus fundamentorum Religionis christianae. Budae 1830. 8. m. Orsus est etiam opus periodicum theologicum 1831. ediditque terniones eius duos.

Antonius Kreil, natus Bavarus, Doctor Philosophiae, Vienna ad tradendam in Universitate Pestana Philosophiam Theoreticam, et Practicam submissus. Docuit ab anno 1785 — 95. Edidit: Aechte Grundsätze der Kirchenrechtsgelehrsamkeit. Nach einer neuen zusammenhängenden und fasslichen Lehrart abgehandelt von Rob. Curault. Aus dem Lateinischen übersezt II. Theile. Wien. 1782. 8. — Geschichte der Abiponer, einer berittenen und kriegerischen Nation. — Verfasset vom Abbé Martin Dobrizhoffer, aus dem Lateinischen übersetzt. 3. Th. Ibid. A. 1782 — 4. 8. — Handbuch der Logik für seine Zuhörer. Wien 1789. 8. — Gedächtniszschrift auf Paul Makó von Kerek Gede Abten. — Latine et Germanice. Pestini 1793. 8. Edidit etiam Philosophiam Moralem Eberhardianam, ab eodem Paulo Makó latina versione donatam, cum praefatione Typis Universitatis Budae 1794.

Ioannes Kroboth, natus Schemniczii die IV Sept. 1771. Nitriae Clero iuniori adscriptus, sacris ordinibus initiatus 1794. Suscepto Doctoratu AA. LL. et Philosophiae, ad regiam Academiam Posoniensem Physicam et Oeconomiam ruralem professus annis septem, tum Vice-Rector Seminarii Pestani; ad Paedagogiam sublimiorem condiscendam profectus Viennam, illamque obtinuit usque 1825. Canonicus Nitriensis. Facultatem Philosophicam, rexit

usque a. 1833. Consiliarius Reg. 1830. Dignitate manumissa obiit 1833. XXXI. Octob. Typis commisit: 1) Orationem anniversaria die XLVII. inaugurationis Regiae scientiar. universitatis Hungaricae, seu XXV. Iunii 1827. Budae. 4. 2) Dissertationem de antiquioribus Hungariae Scholis et Academiis. Bud. 1830. 4.

Ioan. Bapt. Fortunatus Lang, natus Strigonii A. 1771. Clero A. Dioec. Strigon. cooptatus, AA. LL. Philos. Theolog. ac Iuris Canonici Doctor, docuit Tirnaviae Philosophica, ad Patrologiam et Institutiones theologicas penes Universitatem Regiam tradendas excitus A. 1806 — 7. has continuavit usque 1819. Canonic. ac Rect. Seminarii Pazman. renunciatus, tum Tabulae Reg. Praelatus, vitam posuit aetatis 64. XIII Sept. 1829. Typis subiecit: Dissertationem historico-iuridicam de consensu parentum in nuptias liberorum secundum iura diversa. Budae 1802. 8. 2) Patrologia, quam in R. Scient. Universitate praelegit. Budae 1809. 8. 3) Poëmata occasionalia in diem nominis: Ladislai Bernáth 1794. 2) Iosephi Mayer 1795. 3) Iosephi Vilt. 4) Orationem funebrem honoribus Cels. ac RR. D. Principis Schwarzenberg Episcopi. Iaur. 1821.

Le Mouton, Gallus, linguae gallicae ac italicae Professor, ac anglicae Lector, edidit: Grammaticam anglicam. Budae 1826. 8. et Grammaticam Italicam idiomate hungarico. Pest. 1830. 8.

Paulus Antonius Markovics, natus 4-ta Decemb. 1758. in oppido Szent Maria, nunc Libera ac Regia urbe Maria Theresiopoli. A. 1782. in Universitate Budensi Iurium Repetens, VI. Sept. 1783. Doctor Iuris utriusque creatus, A. 1784. munus Professoris Iuris naturae adeptus Zagrabiae A. 1811. ad eandem cathedram penes Universitatem translatus, usque 1829. munere hoc functus, quo donatus quiete, ac Consiliarii Regii dignitate ornatus, vitam clausit 1832. Auctor fuit orationis funebris, qua R. Scient. Universitas M. D. Josepho Petrovich Septemviro, ac Universitatis V. Praesidi ultima iusta persolvit XXV. Nov. 1819. Budae 1820. 8.

Tobias Molik, Jaurini A. 1751. die XIII. Iunii natus, terminatis ibidem Grammaticis ac Humanioribus studiis A. 1767. XVI. Novemb. Benedictinum in morte Pannoniae habitum induens, Sequentis XVII. Nov. emissa Professione, Philosophiam annos duos, Theologiam quaternos magna cum laude absolvit; nondum Presbyter ordinatus Gallicae, Italicae, ac Graecae linguis operam dedit: Ordinatus Viennae sacro sanctae Theologiae laurea insignitus rediit, A. 1777. Concursus merito primum Supplens, mox Ordinarius Theolog. Dogmat. Iaurini Profes. constitutus; Agriam docendae in Seminario Generali Theologiae Pastoralis gratia migravit A. 1786. Cum eodem ad regiam Universitatem Pestinum transiit, Theologiamque Dogmaticam tradidit Anno 1786 — 90. Sublato S. Benedicti ordine, facultateque Theologica cessante,

in Seminario Cleri iunioris Iaur. ab anno 1794 — 1803. Dogmaticam explanavit. Ordine restituto Collegium qua Rector, Archi Gymnasium Iaurinense qua Director rexit A. 1803 — 8. Tum Illustr. ac RR. D. Somogyi, Episcopo Sabar. a munere Theologi ac Bibliothecarii fuit. Anno 1816. viribus fractus, in Collegium Iaurin. redux, Officio Spiritualis functus annum usque 1824. XIV Aprilis pie in Domino obiit. Typis dedit: 1) Synopsim Catholicae de gratia actuali doctrinae. Agriae 1790. 2) Iosephi II. litteras de coelis transmissas refutavit. 1790. 3) Extractum Dissertationis Sam. Verenfelsii pariter convulsit 1790. 4) Errores de votis et clericali coelibatu diluit. 5) In examen vocavit: Dissertationem ad quaestionem: an sic dicta Apostasia inter delicta civilia referenda? Pest. 1790. 6) Dissertationum dogmaticarum Partes II. Agriae 1785. 4. 7) De Religione naturali. Ibid. eod. 8) De concordia revelationis. Ibid. eod. 9) De incarnatione. Ibid. 1790. 10) De Gratia. Ibid. eod. 11) De Ecclesia. Ibid. 1786. 4. 12) Pentateuchus explicatus. Ibid. 1785. 4. 13) Votum unionis in unam Salvificam Ecclesiam. Pest. 1790. 14) Dissert. de auctoritate librorum Deutero-Canonicorum. Iaurini 1817. 8. 15) Dissertationes trinae de 72 Interpretum versione Graeca. Ibid. 16) Elementa Scientiae Sanctorum. Agriae An. 1818. 17) Sacrosanctum missae Sacrificium pie celebrandi ratio Iaurini.

Iosephus Ioann. Bapt. Nemetz, natus Hungarus, Philosophiae Doctor, Philosophiae experimentalis ac Mechanices ad Universitatem Pestanam adiunctus A. 1781 — 1799. Edidit: Vorrath neuer Beyträge zur Physik, Oekonomie, Mechanik, und Technologie 1-ter Theil. Pest. 1784. 8. Beschreibung einer Elektrischen Lampe. Abschnitt 1. Ofen 1801. 8.

Iosephus Orgler, natus in urbe montana Ujbánya, in Clerum A. Dioec. Strigon. adlectus, Cooperator Samariae, Exhortator Posonien. Academiae, ac Com. Mauritii Sándor educator privatus, Cathedram Pastoralem adiit 1811 — 1824. Canonicus ac Superior Studiorum in Districtu Posoniensi Director ac Consiliarius Reg. desiit anno 1830. die VI Sept. Scripsit: Pia vota pro incolumitate RR. ac Cl. D. Stephani Schönvisner Bibliothecae Praefecti ac Canonici M. Varadinen. 1818. 2) Parentavit Excell. Illust. ac RR. D. Stephano Fischer A. Episcopo Agriensi. 1822.

Franciscus Oszwald, natus 1790. VII. Novemb. Strigonii. In Clerum A. Dioec. Strigon. cooptatus 1808. Studiis theologicis in Seminario Pestano praefuit 1819. Doctor Theologiae renunciatus V. Sept. anno eodem. Supplevit cathedram Hermeneutices nov. F. — 1823. Concursus merito Professor Theologiae dogmaticae resolutus. Funebri dictione ornavit Iosephum Godinger, Hermen. nov. T. in hac universitate Professorem 1832. Budae 4. Continuat: Egyházi Folyó-Irás. 3-ik f.

Antonius Ottmayer, natus Solnae, Cot. Trencsinien. A. 1796. XXIII. Aug. Iuris Universi doctoratum consecutus XXV. Octobris A. 1817. Membrum Facultatis Iuridicae Collegiatum 1822. IX Iunii. Decretalis ad Supremam armorum Praefecturam Advocatus A. 1825. XII. Novemb. Vacantem Statistices Cathedram supplevit A. 1827. Opera eius edita sunt: 1) Conspectus et explanatio legum de summaria repositione perlatarum. Pest. 1825. 8. 2) Aliquid de indubia, Statui conveniente, ac durabili universorum Advocatorum provisione. Pest. 1829. 8.

Iosephus Pap de Fogaras, ministri Szászvárosiensis filius, quod ipse quoque munus inivit 1774. Dein Philosophiam ac Mathesim Maros-Vásarhelyini docuit; ad docendam in universitate Pestinensi Logicam et Methaphysicam destinatus, priusquam eo pertingeret, obiit sub A. 1785. Ad problemata proposita quinquies ab erudita Societate Harlemensi praemium tulit; e quibus ultimum fuit: Quae sint principia et characteres Analogiae. Disseruit etiam de natura aeternitatis, successionis experte. Traiecti ad Rhenum 1774. Post decem annos ostendit: non esse contra naturam Dei effecisse mundum, in quo mala insunt. Lugd. Bat. 1784. 4.

Ioannes Pasquich, Carniolus, Presbyter Dioec. Zagrabien. Adiunctus Physices A. 1786. Speculae astronom. 1789. Professor Matheseos sublimioris 1792—98. Praefectus Speculae astronom. 1809—1824. Defunctus Viennae 1832. Subtilioris ingenii eius sunt fructus: Compendiaria Euthymetriae institutio Graecii 1781. 8. 2) Versuch eines Beytrags zur allgemeinen Theorie von der Bewegung und vortheilhaftesten Einrichtung der Maschinen. Leipz. 1789. 8. 3) Unterricht in der mathematischen Analysis und Maschinen-Lehre. I. Band Leipz. 1790. II. Bd. 1791. 8. Beilage zu beiden Bänden. Ibid. 1798. 4) Anfangsgründe einer neuen exponential Rechnung. In Hindenburgs Archiv auf das J. 1798. Leipz. 5) Opuscula statico-mechanica, principiis Analyseos finitorum superstructa. Vol. I. II. Lips. 1799. 4. 6) Elementorum astronomiae sphaericae calculatoriae Elementa. P. I. et II. Vien. 1811. 7) Anfangsgründe der gesammten theoretischen Mathematik. I. Band Wien 1812. II. Bd. 1813. 4. 8) Tabulae Logarithmo-trigonometricae contractae cum novis accessionibus, ad abbreviandos, facilioresque reddendos calculos trigonometricos. Lips. 1817. Edidit item: Grundriss gemeinschaftlicher Vorlesungen über einige der vorzüglichsten Gegenstände des Naturschauplatzes. Andrei Hesperus Heft. Ofen 1818. — Observationes aliasque Relationes ipsius astronomicas exhibent Ephemerides astron. Zachii et aliorum. Item occasionalia: Rechenschaft von meinen Vorschlägen zur Beförderung der Astronomie, an die Sternwarte zu Ofen. Beurtheilung sämmtl. astronom. Anstalten 1808. Brevis

expositio Originis ac structurae novae speculae astron. Reg. Scient. Universitatis Budae 1815. in Ms.

Ioannes R e i s i n g e r, natus 1784. XXIV. Maii, Iaurini. A. 1806. XVII. Dec. Doctoratum medicinae, A. 1807. XVII. Mart. Chirurgiae quoque meruit. Adiunctus Professoris Hist. nat. A. 1807. X. Novemb. — Supplens 1809. — Nominatus Professor ordinarius eiusdem ac musei rerum naturalium Praefectus, introductusque 1811. XVI. Iulii. Vulgavit opera: 1) Enchiridion Anorganognosiae. Budae 1820. Vol. I. 2) Dictio, qua anniversarium fundatae Reg. Scient. Univers. Ung. A. 1826. celebravit. Budae 1828. 4. Praemissis Aug. regnantis Domus Austriacae in re litteraria domi nostrae promovenda meritis, disseruit de telluris nostrae generatim, speciatim vero soli hungarici mutationibus.

Ioannes R e s e t a, natus 1783. in L. ac R. urbe Alba regia, Educator Comitis Eszterházi, tum Comitum Waldstein Wartenberg. 1826. Doctoris Philosophiae gradum adeptus, linguae ac literaturae germanicae Professor mediante concursu renunciatus A. 1830. Edidit: Egész esztendöbéli Evangeliomok és azoknak magyarázattyaik. Leonhárd apát úr után magyarúl. Budán 1821. 8.

Nicolaus Ioannes R é v a y natus Temesvárini 1749. Scholis piis se addixit 1769. Docuit disciplinas grammaticas et Philosophicas, educationibus privatis praefuit; veste religiosa in ecclesiasticam commutata, Presbyter Dioec. Iaurin. ac graphidis magister Iaurini, Humaniorum Professor Strigonii, lingua latina et hung. potens, cathedram linguae ac literaturae hung. penes Universitatem implevit 1804—1807. Diem supremum obiit A. 1807. 1. Apr. Opera sequenti serie in typum dedit: 1) A.B.C. könyvecske a' nemzeti oskolák' hasznokra. Poson. 1788. 8. 2) A' magyar nyelv' helyes irása és kimondása felöl kettös Tanúság. Bud. 1778. 8. 3) Az ékes irásnak a'nemzeti iskolákra alkalmasztatott eleji. 1788. 8.4) Magyar Alagyáknak egy könyvök' N. Károly. 1778. 4. 5) Elegia de natali M. Theresiae Aug. Imp. Vid. Reginae Hung. Varad. 1779. 4. 6) A' városi épitésnek eleji. Budán 1780. 8. 7) A' mezei gazdaság' folytatásáról. Ibid. eod. 8) Carmina latina, et hungarica in solemnem inaugurationem Episcopi M. Varadin. Exc. Illustr. ac RR. D. Ladislai Com. a Kollonich. Vien. 1781. 9) A' Menykövek' mivoltáról és eltávoztatásáról való Bölcselkedés. Makó Pál után magyarázva. Pos. és Kassán. 1781. 10) A' magyar hirmondó. Ráth Mátyás után. Folytatás 1781—5. 11) A' magyar költeményes Gyüjtemény közre bocsátatásának ujonabb hirré adása. Györ. 1785. 8. 12) Faludy Ferencz költeményes maradványi. Elö beszédekkel, jegyzéssekkel, és szükséges oktatássokkal I. köt. Györ. 1786. II. 1787. 8. 13) Faludi Ferencz költeményes maradványi. A' jegyzö

könyvel eggyütt. Poson. 1787. 8. 14) Téli éjtszakák. Faluditól. 1787. 8. 15) Istenes jóságra, és szerencsés boldog életre oktatott nemes ember. Dorzel után. Faluditól. 1787. 8. 16) Faludi nemes asszony. Poson. 1787. 8. 17) Faludi nemes Úrfi. Másod. kiadás. Poson. 1787. 8. 18) Bölcs és figyelmetes udvari ember, Graczian után Faluditól. Három század II-ik kiad. Poson. 1787. 8. 19) Bölcs ember. Faluditól. II-dik kiad. Ibid. 1787. 8. 20) Szent ember Faluditól. II-ik kiad. Poson. 1787. 8. 21) Révay elegyes Versei, és néhány apró irásai, mások darabjaival, és néhány régiségekkel. Poson. 1787. 8. 22) Költeményes Holmi egy nagyságos elmétől. Poson. 1787. 8. 23) Két Nagy (B. Orczi Lör. és Barcsai) elmének költeményes szüleményei. Poson. 1789. 8. 24) A' haza tért Magyar Koronának öröm ünnepére. 1790. 8. Poson. 25) Egy magyar Társaság eránt való jámbor szándék. Bécsb. 1790. 8. 26) Ill. ac RR. D. Ios Fengler Episcop. Iaurin. Budae ad diem XV. Cal. Octobr. 1790. s. l. 8. 27) Virgilius Ecclogáinak Köszegi Rajnis Ios. által tett forditására 1790. In opere periodico, Orpheus inscripto, fasc. 1. 28) Planum erigendae Societatis eruditae hung. alterum elaboratius. Vien. 1790. 8. 29) Candidati erigend.e eruditae societatis hungaricae, et ratio facti in ea promovenda progressus. Iaurini 1791. 8. 30) Latina. Edita amicorum hortatu et sumptibus. Iaur. 1792. 8. 31) Pius dolor, et par votum in repentino obitu Aug. Imperatoris et Regis Apost. Leopoldi II. a fideli Hungaro. Pest 1792. 8. 32) N. M. Harukker Ios. Báró Asszonynak, néhai N. M. kegy. Károlyi Gróf Károlyi Antal' özvegyének új esztendő- és boldogság- kivánas. Bécs. 1792. 8. 33) Elegia ad Ill. ac RR. D. Ios. Fengler Episc. Iaurin. In append. ad N. VII. Ephem. polit. et liter. de die 31. Ian. 1793. 24) A' Magyar Hirmondónak Mart. 20-dik napján 1795-ben költ árkusához Toldalék a' harmadik igehajtogatásról. 35) Angulorum, rectaeque lineae trisectio, et consectaria Circuli quadratio. 1797. 8. 36) Carmina quaedam. — Accesserunt amicorum iudicia recentiora. Sopron. 1801. 8. 37) Sacer mons Panonius Francisci II. Caes. Aug. ac R. A. pietate postliminio solenniter restitutus die 25. Apr. 1802. Vien. 4. 38) Bibliotheca Hung. Patriae consecrata a Pio et imm. mer. optimate Franc. Széchényi. Pest. 1802. 4. 39) Demetrio Görög, Ser. Coronae Principis Educatori, communi bonorum nomine applausus. 1803. 40) A' kegyes Oskolák' háladatossága az Ország' Rendeihez. Hannulik deák éneke után. Pest. 1802. 8. 41) Nuncium de edendis operibus. A. 1803. 8. 42) Gyászos tisztelete F. M. Károlyi Jós. Urnak. Pünkösd Haván 23. napján 1803. Hannulik deák verse után. Pest. 1803. 8. 43) Antiquitates Literaturae hung., seu allocutiones duae funebrales, genuinae veteri pronunciationi restitutae, et commentario grammatico illustratae. Pest. 1803. 8. 44) Elaboratior Grammatica hungarica, ad genuinam patrii sermonis indolem exacta, affini-

umque linguarum adminiculo locupletius illustrata. Vol. I. Tom. I. II. 1803. Pest. Vol. item II. T. I. 1806. in tria volumina opus hoc est subdivisum. 45) Nuncium A. 1804. de operibus edendis partim, partim vero editis. 46) Propositiones ex lingua hungarica primo Semestri explanata. Per Auditores probatae A. 1804. m. Martio. Pest. 8. 47) Levelezés a' F. Cs. kir. Nádor Ispány és Pálfi Leopold Gróf és Generalis között. Fordittva 1805. 4. 48) Prolusio I. habita in auspiciis Collegii hung. die VIII. m. Nov. 1802. De praeiudicio communi et noxio, natis Hungaris studium linguae patriae non esse necessarium. Pest. 1806. 8. 49) Prolusio II. IX. Nov. 1803. in auspiciis Collegii de lingua hungarica, ob singularem, qua excellit praestantiam, ipsis etiam natis Hungaris percolenda. Pest. 1806. 8. 50) Prolusio III. in auspiciis Collegii hungar. X. Nov. 1804. de necessitate perdiscendae linguae patriae natis etiam Hungaris, gravi et provido Patrum consilio, lege imposita. Pest. 1806. 8. 51) Elaboratior Grammatica hung. in tria volumina subdivisa. Vol. I. et II. Pest. 1806. 52) Tudós készületeit ajánló hirdetése, mint toldalék, a' Hazai Tudósitások első esztendei XXV. számokhoz. Pest. 1806. 4. 53) Alázatos segedelem kérés azoknak kinyomtatása végett. Pest. 1806. 8. 54) Untersuchungen über die ungarische Sprache. Schedius *Zeitschr.* T. III. 55 — 56.) opera duo Polemica in certamine grammatico contra Franc. Verseghi, quae per Révayum, nomine discipulorum edita fuisse, ex ore grati ipsius discipuli, Stephani Horváth comperi. 1807. Pest. 8. m. Manuscripta eiusdem: 1) Antiquitates literaturae hung. Vol. II. quo exhibetur translatio hungarica, admodum vetusta, Sacrorum quorumdam librorum vet. Test. Ex Cod. Ms. Palat. Biblioth. Vien. 2) Volumen Antiquit. hung. III. continens observationes Grammaticas, Elenchum vocum singularium etc. 3) Copiae Cod. Mss. vetustorum, pro Antiquitatibus Litt. hung. 4) Elabor. Gram. Vol. III. opus fere ad calcem deductum. 5) Vocabula hung. cognata orientalibus. opus vastum. 6) Compend. elabor. Gram. hung. in usum Scholarum altiorum, nondum consummatum. 7) A' magyar Deákság I. kötet, mellyben a' magyar Deáki történet adatik elő a' nevezetesebb példák után. 8) Annak II-ik kötete: a' magyar szép tollról. 9) Annak III-ik kötete: a' magyar beszédnek példáival. 10) Varia Poëmata. Versiones aliquot Anacreontis Odarum. Iliados Homeri etc. 11) Sermones S. hungarici. 12) Quotidiana pietatis exercitia sub missae sacrificio. 13) Disquisitiones Grammaticae Vol. III. 14) Dissertationes minores diversi argumenti. 15) Recensiones operum quorumdam grammaticorum, item Plana de studio linguae ac literaturae hung. ordinariis horis tradendo.

Poëta et Grammaticus insignis hic sequenti salutatus fuit Epigrammate:

„Stravit Révaium manans per viscera tabes
Exanguem et fractum membra labore gravi.

Iamque diu varia nil proficiente medela,
Intendere feras ultima fata minas.
Ille lyram increpuit, et languens blanda sonantem,
Carmen ut extremum concinat albus olor.
Mors stupuit; retulitque pedem, suffusa pudore;
Excidit ut saeva falx nocitura manu.
Nunc veteres reparat vitiato in pectore vires
Herbis ipse Pater promptus Apollo suis."

Paintner.

M. D. Ios. Reviczki de Revisnye, natus in oppido Derecske, Cot. Bihar. A. 1750. 30. Dec. Soc. J. Tironibus ex Agriensi Rhetorica accensus 1764. hac abolita studiis iuridicis se dedidit. Tabulae District. Debreczin Assessor. Docuit A. 179$\frac{5}{4}$—1806. A. 1802. in Comitiis Diarium duxit, in Deputatione item Dietalium obiectorum iuridicorum 1805—7. His titulis fulsit: S. C. etR. A. M. Consiliarius, I. Tabulae Reg. Iudic. Assessor, et scientiarum politico-Cameralium ac stili curialis in Reg. Univers. Pest. Prof. P. O. In praemium meritorum, filium a Clementia Regia successorem ad curiam Reg. A. 1811. nactus Adamum, nunc Comitem ac Cancellarium Regni Hung. Caesareo-Regio-Aulicum. Pii in Regem ac Regnum animi monumenta edidit: Memoria Leopoldi II. apud Hungaros 1802. 8. Introductio in Politica Regni Hungariae 1790. 8. S. l. Mortem oppetiit in oppido Izsák, Comit. Pest. A. 1815. XXXI. Iulii.

Antonius Rochel, natus in Neukirchen am Steinfeld, Austriae inferioris, ad Magisterium horti botanici excitus initio Octobris A. 1820. Chirurgiae et artis obstetriciae, nec non culturae Horti Botanici Reg. Scient. Univers. hung. Magister, R. Societatis botan. Ratisbon. et Corresp. Botanicorum Marcomoenii Sodalis. Edidit: 1) Uiber den nordwestlichen Karpath in Ungarn. Pest. 1821. 8. 2) Plantae Banatus rariores, cum tabb. 50. et duabus mappis lithographicis. Pest. 1828. fol.

Franciscus Roussel, in Gallia natus, Presb. Sec. Paroch. Franche Ville. Emigrans Linguae ac litterar. gallicae magister A. 1810—1818. Edidit: Linguae eiusdem Grammaticam criticam. A. 1812. Obiit A. 1819. 17. Aug.

Iosephus Sadler, Posonii 1791. VI. Maii natus, arte prius pharmaceutica occupabatur, mox illam ex fundamento condidicit; Magisterii Diploma 1810. 21. Aug. adeptus, Scientiae salutaris Doctoratum vero 1820. XII. Febr. Ad museum nationale hung. Custos, in sequelam concursus, fuit datus 1821. Cathedram Botanices, ac Praefecturatum horti botanici consecutus 1834. Societatum mineralogicae Ienensis et Botanicarum correspondentium Basileensis, Naturae Scrutatorum Lipsiensis, botanicae Ratisbonensis, Caesa-

reae naturae Scrutatorum Mosquensis, Medico-botanices Londinensis et oeconomicae Moravo-Silesiacae Socius. Edidit: 1) Verzeichniss der um Pest und Ofen wild wachsenden phanerogamischen Gewächse mit Angabe ihrer Standorte und Blüthezeit, Pest. 1818. 8. 2) Dissert. inaug. med. sistens descriptionem plantarum epiphyllospermarum Hungariae ac Provinciarum adnexarum, atque Transilvaniae. Pest. 8. maj. 3) Plantae ungaricae siccatae sub titulo: Magyarázat a' plánták' száritott Gyüjteményéhez. Két. köt. 1824 — 30. 8. maj. 4) Flora Comitatus Pestiensis. Pest. 1825 — 26. 8. Vol. II. 5) De filicibus veris Hung. Trans. Croat. ac Littoralis hungarici. Budae 1830. 8. 6) Praemium retulit e fundatione Marczipányiana soluta quaestione de lithantracibus.

Michaël Iosephus Sax, Leutschoviae natus A. 1750. V. Decemb. AA. LL. Philosophiae, ac Iuris utriusque Doctor, Scientias Politicas, commerc. et aerar. professus Iaurini 1777. Quinqueecclesiis 1806. tum in Universitate Pest. A. 1807 — 1819. In numerum Nobilium relatus 1814. Consiliarii Regii axiomate ornatus. Obiit VI. Aug. 1824. Edidit: Adumbrationem scientiarum politicarum summariam, Budae 1808. 8.

Leopoldus Schaffrath, editus in lucem Patre L. B. Amadeo Poson. 1734. Institutum Scholar. Piar. amplexus 1751. Humanarum, divinarumque scientiarum cursum partim in Hungaria, partim in Hetruria, Univers. Pisana emensus, amoeniores ac severiores disciplinas explanavit; AA. LL. et Philosophiae Doct., Philosophiam magno cum plausu 1763. iterum Physicam 1773. docuit. Gymnasii, ac Philosophicar. Scholar. Director, Pestini. A. 1784 — 5. translata Pestinum Universitate Decanus electus. Venerabili Sacerdotum Collegio Vaciensi adscriptus, et Abbas de Ilda, vitam obiit A. 1803. 23. Iulii. Ab eo profecta sunt opera: 1) Oratio ad III. Idus Maii 1779. Aug. Theresiae solemnem. In medio 8. 2) De electricitate coelesti, atque ratione, aedificia ab ictu fulminis praeservandi. Dissert. Pest. 1778. 8. med. cum tab. duabus aen. 3) In funere Com. Fekete, Iudicis Cur. Reg. Universitatis Praesidis. Pest. 1789. 4. Germanice, quam latine vertit Carolus Koppi. 4. 4) Emin. Principi Card. A. Episc. Strig. et R. H. Primati Iosepho e Comitibus Battyán, patrio nomine parentatio. 1799. Pest. 4. 5) Panthenii Pilandri apud Soc. J. quondam discipuli. Ibis in Celtas veteres et Gallos modernos. Cairi in Aegypto 1799. typis Bonopartianis. 4. 6) SS. MM. Pii VI. PP. O. M. N. D. Q. Epitaphium, quo parentavit 1799. Pest. 4. 7) Threnodia Sacerdotis Catholici ad Pium VI. PP. O. M. apud Gallos quartum iam exulem. 1799. Pest. 4. 8) Votum Pannonis, Ser. A. Duci Austriae R. Hung. Palatino Iosepho, et lectissimae eius sponsae Alexandrae, Aug. Caesaris Russorum filiae Principi in perenne pietatis obsequium, dicavit 1797. Pest. 9) Oratio funebris in exequiis Georgii Pray, I. R. Hung. Historiographi,

dum Regia Universitas Pestana iusta funebria solemni ritu persolveret. Pest. 1801. XXVI. Nov. Sunt haec orationis latinae totidem paradigmata.

M. D. Ludovicus Schedius, natus Iaurini 1768. XX. Decemb. nobilibus Parentibus. Humaniora et theologica studia Göttingae excoluit 1788 — 1791. In Patriam redux mense Maio 1792. ad munus Professoris Aesthetices in hac Universitate admotus, et Philosophiae Doctor renunciatus. Annis 1793 — 4. institutionum linguae graecae praeter ordinem initia fecit, earumque cathedram providet. A. 1796. ab ungarica Societate, in Transilvania tunc florente, collega adscitus, 1802. Reg. Scient. Societatis Göttingensis membrum correspondens, 1805. Societatis Ducalis Jenensis Socius nominatus, 1806. a Caesare ac Rege augustissimo Francisco I. ob studia litterarum pyxide aurea donatus, Viennam ad viam, rationemque promovendae Serici culturae in patria nostra proponendam evocatus, 1811. Imp. Russ. Charcoviensis membrum honorarium factus, Consiliarius Regius A. 1832.

Opera vulgavit:

1) Der dankbare Jüngling. Presb. 1782. 8.

2) Commentatio de sacris opertis veterum christianorum. A ven. Ord. theol. in certamine litterario civium Academicorum Georgiae Aug. d. IV. Iunii 1790. praemio a M. Britanniae Rege constituto ornata 1790. 4. Göttingae.

3) A' vallásnak szeretetre méltó volta; et aliae Commentt. in opere period. ung. Urania insignito. Vacii 1794. seqq. In Tudományos Gyüjtemény, in Aurora.

4) Litterärischer Anzeiger für Ungarn, für das J. 1797. u. 1799. 4.

5) Bücher Mess-Katalog von Ungarn, für das J. 1799. Pest. 8.

6) Beschreibung der elektrischen Lampe von Ios. Domin. Aus dem latein. übersetzt. 1799. 4.

7) Freudenchor zur Feyer der Vermählung Sr. k. Hoheit d. Erzherz. Ioseph, Palatin d. Ung. mit Ihrer Kais. Hoheit Alexandra Pavlowna. Ofen. 1800. 8.

8) Plan zu einer ungarischen Gesellschaft für Naturkunde Oekonomie u. Medizin. 1802. 8.

9) Thayloris systema generale Stenographiae. Latine interpretati sunt L. Schedius et A. Haliczky. Pest. 1802. 8.

10) Zeitschrift von und für Ungarn, zur Beförderung der Vaterländisch. Gesch. Erdkunde u. Literatur. VI. Bände 1802 — 4. 8. m.

11) Vollständiger Unterricht über die vortheilhafteste und leichteste Art des Seidenbaues für das Königreich Ungarn. I. Abth. von der Maulbeer-

baumzucht. Pest 1802. 8. m. 2-te Abth. Von der Seidenraupenzucht. Pest. 1810. 8. m. nomine Ios. Blaschkovics.

12) Zur Secular Feyer von Leopold I. allergnäd. ertheilten Bestättigung und Erneuerung aller Freyheiten der kön. Freystadt Pest, an XXIII. Oct. 1803. Pest 4.

13) Gesch. der Posten in Ungern; in Christ. Crusius Post-Lexikon IV-ten Th. I. Band. Wien 1804. 8.

14) Viele Aufsätze in den Vaterländisch. Blättern für d. oesterreichischen Kaiserstaat. Wien. 1808.

15) Patriotische Worte an Ungarns Adel. Aus dem ungr. übersetzt. Pest. 1809.

16) Prooemia operibus alienis auctorum rogatu praemissa: v. c. versioni ungaricae operis gallici: le Diable boiteux, sub titulo: Sánta ördög, elme futtató könyv. Pest. 1803. 8. Alexii Horányi Scriptoribus Piar. Scholar. PP. II. Budae 1808. 8. C. A. Gruber, Vanino ornano Pesth. 1811. 12. etc.

17) Die Schule der evangel. Gemeinde A. C. in Pest. 1816. 8.

18) Uiber die von den wohlthäthätigen Frauen Verein in Pest gegründete Erwerbs-Anstalt, oder das Versorgungshaus für Arbeitswillige Arme. Pest 1816. 8.

19) Compendiaria graecae Grammatices Institutio in usum Sem. Patav. olim edita, nunc novis curis emendata et aucta Budae 1818. 8.

20) Oratio, qua viro Excell. et Ill. Iosepho de Ürmény, reg. litt. Univers. Ungar. Praesidi etc. parentavit. Pestini die VI. Idus Iunii 1825. Budae 1825. 4.

21) Principia Philocaliae, seu Doctrinae pulcri ad scientiae formam exigere conatus est. Pest. 1828. 8.

Ioannes Georgius Schmidt, natus Pestini V. April. 1766. Docuit Scholas Grammaticas in Scholarum piarum instituto; ad vitam civilem rediens 1790. Moderator domesticus liberorum Com. Caroli Eszterházi, XIII. Maii 1792. Adiunctus Professoris Physic. et Mechanic. ad hanc Universitatem Regiam, 1795. Philosophiae gradum consecutus, 1796. Professor Matheseos purae et applic. in Reg. Academia Cassoviensi nominatus, inde An. 1800. in Novem. ad Universitatem Regiam translatus, Instituto Geometrico ac hydrotechnico praefectus est.

Typo dedit:

Memoriam Ludovici Mitterpacher, Abbatis, Profes. Oecon. rust. et Hist. nat. gen. Budae 1830. 4.

Iosephus Antonius Schönbauer, natus in Bohemia Riechenburgi Anno 1757. Doctor medicinae, Historiae natural. special. Professor 1792 — 1807. Obiit XXVII. Dec. 1807.

Typis subiecit:

1) Conspectus Ornithologiae Hungariae. Budae 1795. 4.

2) Geschichte der Kolumbatzer Mücken im Banat. Wien. 1795. 4.

3) Neue Analytische Methode die Mineralien und ihre Bestandtheile zu bestimmen. I. II. Th. Ofen 1805. 8.

Sigismundus Schordann, natus Magno-Levardini, oppido Comit. Posonien. XXII. Iul. 1794. Assistens Professoris Physiol. 1815. Medicinae Doctor 1817. XV. Iulii. Supplens medicinae theoreticae pro Chirurgis, tum Physiologiae Anatom. sublim. 1820. In sequelam concursus 1820. XXV. Iunii nominatus Professor Medicinae theoreticae pro Chirurgis, A. 1821. XII. Octob. Professor Physiol. et Anatom. sublim.

Edidit: Dissertationem inauguralem de medicina populari. Pestini 1817. 8. mai.

Ioannes Schuster, lucem primam conspexit in urbe Quinqueecclesiensi. Anno 1802. X. Febr. officio assistentis stabilis Professoris chemiae admotus, XVI. Medicinae Doctor creatus. 1804 — 5. annum integrum potioribus Germaniae Universitatibus lustrandis impendit, plurimum tamen Berolini moratus. A. 1806. XXVI. Maii Correpetitor Pharmaceutarum usque 1808. Anno hoc XXVI. Septembr. denominatus est in sequelam Recursus ad Lyceum Claudiopolitanum Chemiae, mineralogiae ac Metallurgiae Professor, XX. vero Decembris, merito concursus ad Universitatem Hungaricam Historiae naturalis Spec. Professor P. O. Hanc docuit 1809. ac postquam Winterlius morti succubuisset, 18 Novemb. Chemiam et Botanicam quoque. Novae musei rerum naturalium dislocationi, atque in Catalogum redactioni operam dedit. 1811. XIX. Febr. Professor Chemiae ac Botaniae P. O. constitutus, utramque exposuit scientiam usque A. 1817. XXI. Maii, qua primus Botanicae solius Professor Carolus Haberle introductus est. Medicinam forensem, Pharmacologiam, ac Pathologiam quoque supplens professus, diligentiae singularis et ingenii specimina dedit:

1) Iak. Ios. Winterl's Darstellung der vier Bestandtheile der anorganischen Natur. Aus dem lateinischen übersetzt. Jena 1804. 4. m.

2) System der analistischen Chemie des Prof. Iak. Ios. Winterl. Berlin 1807. Tomi duo.

3) Terminologia botanica. Bud. 1808. 8. Editio altera auctior 1815. Ib.

4) Geschichte der Stadt Pest. Gedruckt 1806. Ausgegeben 1816. Pest.

5) P. Orfila's Rettungsverfahren bei Vergiftung und dem Scheintode Aus d. franz. übersetzt und vermehrt. Pest. 1819. 8. m.

6) Pauli Kitaibel Hydrographicam Ungariae, praemissa Auctoris vita, edidit Pest. 1829. Tomi duo. 8. mai.

7) Dissertatio de saccari succedaneis in amici Lübeck Oekonomisch. Lexicon. Tomo II. pag. 420. seqq. Dissert. critica in Serresii iter: Egy magyarnak észrevételei a' Marcel de Serres Austriai birodalomban. utazási eránt. In Tudom. Gyüjtem. 1817. V. köt. p. 118 — 129.

8) Dissertationes pseudonymae: 1819. de opio, p. 312. — 1827. de Iodio p. 58. — 1829. de ferro. p. 90.

9) Opera anonyma plura. Plurimum tandem contulit ad taxam medicamentorum pro Regno Hungariae editam. Budae 1829. in 4.

10) Primae Dissertationes publicae pharmaceuticae lingua ungarica; Gyógyszeres Értekezések. Pest. 1829. 8.

11) Apparatus microchemicus, quibusvis laboribus aptus, statuto eiusdem levissimo pretio. Kleiner chemischer apparat etc. 1830.

Franciscus Xav. Schraud, S. C. et R. A. M. Consiliarius, natus Pestini 1761. pridie idus Maii, Scholas pias professus, repetito seculo ad Universitatem Budensem Philosophiae A. 1780. Medicinae Leopoli A. 1786. doctoratu laureatus; A. 1789. Physicus civitatis Szeged. A. 1790. una Comitatuum Csongrád. ac Csanád. A. 1792. Professor Institutionum medicarum pro Chirurgis, ac Medicus Civitatis Pest. An. 1797. Nobilis Hungariae, ac Medicus Pestilentialis per ditiones haereditarias Caesareas, An. 1799. Consiliarius Regius, A. 1802. Protomedicus Hungariae, Regiae Scientiarum Societatis Göttinganae, Mineralogicae Jenen. membrum correspondens, obiit Kis-Martonii XVIII. Martii A. 1806. Iuris publici fecit:

1) Aphorismos de Politia medica. Pest. 1795. 8.

2) Primae lineae studii medici. Budae 1795. 8.

3) Geschichte der Pest in Sirmien in den Jahren 1795. und 1796. Th. 1. 2. Pest. 1801. 8.

4) Historia Pestis Sirmiensis. T. 1. 2. 3. Budae 1802. 8.

5) Georgio Stáhly parentavit 1802. 11. Nov.

6) Vorschriften gegen Pest und gelbes Fieber. Wien 1805.

7) Opuscula rem physicam et chemiam attinentia. Leopoli 1785. 8.

Ludovicus Sehêts, linguae ac literaturae Italicae ac Gallicae Professor, natus XIV. Aug. 1766. in maritima Galliae urbe Dieppe nobili prosapia; peregrinatus per Galliam, Angliam, Hollandiam, Hispaniam et Italiam, ditiones quoqae Austriacas ingressus, militiam contra Turcas est secutus,

pace facta militiae renuncians, Pestini sedem fixit, linguasque primum privatim, tum ad Universitatem Regiam docuit ab Anno 1816—1830. Operis, quod edidit, titulus est: Grammatica Italica, complectens regulas linguae copiosis exemplis illustratas. Pest. 1888. 8.

Georgius Stáhly, natus Pestini A. 1755. Medicinae Doctor, Chirurgiae et artis obstetriciae Professor 1792—1802. Oculista Regni Hungar. Academiae Medico-Chirurgicae Vien. membrum. Obiit XXVI. Octob. 1802. aetatis 47. Usus publici fecit: Dissertationes medicas: De criterio experimentorum medicorum. — De fidis remediis. — De intempestiva assumtione medicamentorum. — De Iudicio difficili. — De Isagoge practica. — De historiae morborum criterio. — De casibus medicis practicis. — De Medicin. et Pharmacopolaeo.

Ferdinandus Carolus Stipsics, natus Albae Regiae A. 1754. 25. April. Doctor medicinae, Pathologiae generalis, ac materiae med. Professor A. 1792—1820. Obiit anno eodem XXV. Martii. Opuscula ipsius sunt: De natura et remediis calculi. Poson. 1774. V. Flora et Ugróczi. Idealis Institutionum Facultatis Medicae adumbratio. Pest. 1791. 8.

Emericus Szalay, natus Sabariae in Comitatu Castriferrei 1787. II. Nov. Clerum Sabariensem auxit, studiisque in seminario eiate praefuit. AA. LL. et Philos., item Theolog. Doctor, Dogmaticam in Lyceo Episcopali explanavit 1810. E Parochia Család. evocatus 1817. ad Theologiam moralem, pastoralem ac Paedagogiam sublimiorem docendam. Anno 1825. Concursus merito Theologiae pastoralis, catecheticae et eloquentiae S. Professor penes R. Univers. renunciatus, IV. Martii Cathedram adiit, quam 1834. Canonicus Veszprimiensis resolutus, reliquit:

1) Dissertatio inaugural. de providentia Dei. Pest. 1816.

2) Kesergés, Somogyi Leopold, Szombathelyi Püspök halálán. 1822. 4.

3) Carmen lugubre in solemnibus exequiis Leopoldi Somogyi. Sopronii 4.

4) Egyházi Beszéd, a' Keresztény templomokról. Sopron. 1822. 4.

5) A' Jubileum idvességes intézet. Két egyházi beszéd. Budán a' Várbeli fő templomban. Budán 1826. 8.

6) Sermo Academicus prolusorius, de educatione morali. Bud. 1827. 4.

7) A' magyar nyelv tudománynak foglalatja. Pest. 1828. Másod. bővitett kiadás. 1829.

8. N. M. Gróf Cziráky Antal ö Excellentiájának a' magyar Universitás Elölülöjének beiktatására. Pest. 1829.

9) Nagy Asszonyi Prédikátzió: Mi a' legjobb rész? Pest. 1829. 8.

10) Az Aranykor 1830. Budán. 4.

11) Edidit etiam Collectanea Dictionum sacrarum numero sex. Pest. 1831 — 4. 8.

Franciscus Szaniszló, parentibus ortus nobilibus Sabariae A. 1792. II. Aug. In Clerum Sabariens. cooptatus, obtenta SS. Theolog. Doctoratus laurea 1815. Studiis praefuit in Seminario eiate. Studia repetiit in sublimioris educationis Instituto Viennae 1816. Ad Exc. Cancellariam in Praxim admismissus, duas orationes dixit: de natali Aug. Imp. 1818. et Festo S. Stephani: Egyházi Beszéd a' keresztény Hazafiságról. 1818. Dioecesi redditus, Historiae ecclesiasticae, ac iuris Canonici Professor in Lyceo Sabar. 1820 — 1830. quo in finem vergente, Doctrinae Religionis Professor et Exhortator Academicus ad R. Universitatem resolutus; edidit: Doctrinam Religionis Catholicae in usum Academicae Iuventutis, Libb. IV. Pest. 1822. 8. Item Egyházi Beszéd: az emberi nemzet' világosodásáról és boldogságáról. Dictio haec producta Viennae, impressaque ibidem 1833. Canonicus honorarius renunciatus 1834.

Iosephus Szarka, natus An. 1764. Posonii. Statui ecclesiastico primum adscriptus, mox seculum repetiit, adiunctus Physices in Academia Quinqueecclesiensi, tum Ord. Professor 1802. ibidem, ac Iaurini — A. 1809. Scientiae Rationariae penes hanc Universitatem Professor P. Obiit Anno 1827. XXVII. Septembr. Typis dedit:

1) Dissertatio de mutatione vaporum in Atmosphaera. Bud. 1788.

2) Physicam Ioan. Bapt. Horváth quintum adornatam edidit. Bud. 1807.

3) Lehrbuch der Komptabilitäts Wissenschaft, systematisch entworfen. Wien. 1823. Est opus hoc praemio donatum.

Michael Szibenliszt, natus mense Septembri 1783. in Losoncz, Possessione Comit. Poson. An. 1807. ad Gymnasium Vaciense Professor primae Grammaticae constitutus, 1810. Doctoris Iuris u. lauream adeptus, munerique iuris naturae ac publici R. Hung. in Reg. Academia Iaurinen. tradendi, admotus — A. 1827. ad Cathedram Iuris Romani, criminalis ac feudalis, in regia hac literarum Universitate profitendam, transpositus, Cathedram iuris etiam naturae supplevit; defunctus 1834. 19. Martii. Opera illius edita sunt:

1) Institutiones Iuris naturae Tomi II. Iaur. 1820 — 23. 8. Editio altera Pest. 1830 — 31.

2) Institutiones Iuris privati romani Tomi III. Pest. 1829. 8.

Paulus Tittel, natus XXIX. Iunii 1784. in oppido Pászthó, Comit. Heves. Clero A. Dioec. Agrien. adscriptus, docuit in Lyceo eiate Mathesim 1807. gradum Doctoris Philosophiae est consecutus A. 1808. Studuit Astronomiae Vindobonae ac Göttingae 1810 — 1813. Peregrinatus usque 1817. re-

dux directionem Speculae astronomicae suscepit. Anno 1824. Astronomiae Professor, ac Speculae astron. Budensis Praefectus, mortem oppetiit 1831. XXVI. August. Typis vulgavit:

1) Observationes astron. in Specula Caes. Vindobon. factae. In Ephemerid. Berolinen. 1815.

2) Methodus technica construendi calendarium ecclesiasticum, stilo uam novo, quam vetere. Göttingae 1816. 8.

3) Uiber die Reduction verschied. chronolog. Daten auf einander. In Zeitschrift. für Astronomie. Tübing. II. Bd. Quae Dissertatio paulo post a Ioanne Sanctini, Speculae Patavinae Directore in italicum versa, operi eius: Elementi di Astronomia, inserta est.

4) Geocentrischer Lauf der Pallas vom 21-ten Jäner 1818. 22-ten Jäner 1819. für die Göttinger Mittl. Mitternacht. für Astronom. etc. Tübingen 1829. III. Bd.

5) Theoria nova aberrationis fixarum. 1824. In Schuhmacher Astronom. Nachrichten. Altona III. Bd.

6) Rövid tudósitás a' Buda-Pesti Torony órák igazitása végett. Budán 1830. 8. m.

Ludovicus Ferdin. Tognio, natus Vindobonae 1798. XV. Ianuar. Pater Physicatum in Comitatu Trenchiniensi gessit. Doctoratus medic. lauream consecutus Viennae 1820. XXXI. Aug. Ibidem Medicus secundarius, et Assistens in Clinico Civili, Patholgiae et Pharmacologiae ad scientiarum Universitatem Pestanam Professor denominatus 1824. Edidit: Dissertationem inaug. medicam: De Nevralgia faciali Vindob. 1820. 8.

Alexander Tolnai, natus in Csemete Cot. Castriferrei Nobilis. Rudimenta posuit Viennae, artis veterinariae Prof. Pest. 1794—1818. Decessit 1818. 25. Maii: Typis dedit:

1) Artis veterinariae compendium pathologicum. Pest. 1799. 8.

2) Eiusdem interpretationem Slavicam. Neosolii 1808. 8.

3) Barmot orvosló könyv. Pest. 1795.

4) A' lovak' megesméréséről és orvoslásáról. Budán 1816.

5) Institutiones de praecavendis ac curandis luibus. Editio altera Ibidem 1816.

6) Oktatás a' marha dög megelőzéséről, és orvoslásáról. Ibid. eod.

7) Belehrungen über vorbeugungs- und Heilmittel der Seuchen. Ibid. eod.

Adamus Tomcsányi, parentibus nobilibus in Keményfalva, Com. Nitriensi ortus IV. Decemb. 1755. Fuit ex Repetentibus Philosophiae, sti-

pendio adiutus, tum adiunctus Prof. Phys. ac Mechan. Pest. 1791. AA. LL. et Phil. Doctor ad Reg. Academiam M. Varadinensem Physices, Oecon. ac Hist natur. tum Posoniensem 1798. demum ad Reg. Universitatem A. 1801. Professor resolutus, Societatis mineralogicae Jenensis membrum, vitam obiit 1731. XXIII. Sept. Opera in lucem emisit:

1) Dissertatio de theoria phoenomenorum electricitatis Galvanianae. Budae 1809. 8.

2) Dissertatio de terrae motu, ac in specie Moorensi, A. 1810. XIV. Iunii orto (cum Paulo Kitaibel) Budae 1814. 8.

3) Institutiones Physicae, discentium captui accomodatae. PP. III. Pest. 1819 — 21. 8. Editio altera Pest. 1823 — 24. 8.

4) Symbolum contulit ad Tudományos Gyüjtemény. 1817.

Iosephus Tumpacher, in lucem editus Ginsii, in Clerum adoptatus Iaurinensem, disciplinis sacris in Seminario Generali Poson. excultus in lyceo Iaurinensi Hermeneuticam vtriusque foederis docuit, ad eandem novi foederis cum lingua graeca tradendam evocatus A. 1805 — 6. Pestinum, SS. Theologiae Doctor, Canonicus Iaurinensis: singulari zelo, et lectura amplissima docuit usque annum 1820. quo edendis Iahnii Vindiciis Lipsiae 1820. immortuus II. Novembris.

Andreas Vályi, natus Miskolczini 1764. XXX. Nov. Religionem amplexus catholicam, primus ad Universitatem Regiam Pestanam linguae ac literaturae hungaricae Professor 1792 — 1801. quo II. Decembr. decessit, natus annos 37. Prelo subiecit:

1) Keresztyén érzékenységei. Cassov. 1789.

2) A' magyar nyelvnek könyen és hasznossan lehető megtanulására vezető rövid ösvény. Pest. 1793.

3) Magyar országnak leirása. P. I. 1796. P. II. 1799. P. III. 1799. 8.

4) Produxit specimina suorum e lingua hungarica Auditorum 1800.

Ladislaus Vass, in Salomvár, Comit. Szalad. natus IX. Iun. 1780. A. 1805. Professor Historiae ecclesiast. in Lyceo Episcop. Sabariensi, 1815. Concursus merito ad Universitatem Reg. SS. Theologiae Doctor, ac Chronologiae, Geographiae A. ac Hist. eccles. Prof. Iam C. E. L. R. Varadinen. Canonicus, opera typis excudit:

1) Breves animadversiones in opus, cui titulus: Institutiones Historiae eccles. Pest. 1825. 9.

2) Responsum ad appendiculam Ioannis. Nep. Alber. Pest. 1827. 8.

3) Institutiones Historiae ecclesiast. novi foederis. Tom. I. Introduct. Ibid. 1828.

4) Dictio anniversaria instaurationis die R. S. Universitatis hungar. XXV. Iunii 1828. Budae 4.

5) Carmen honoribus Exc. ac Ill. D. Com. Antonii Cziráky, dum munus Praesidis R. S. Universitatis hung. II. Maii 1819. solenni ritu capesseret. Ibidem. 4.

4) Collaborat in Tudom. Gyüjtemény, et in opere theologico-ecclesiastico-periodico.

Iosephus Verner, Neosolii patre eiatis Scholae Capitalis Magistro XV. Novemb. An. 1785. natus. Clero Dioeceseos Neosol. adscriptus; Philosophiae ac Theologiae curricula emensus seculum repetiit, ac Comitem Ludovicum Gyulai ad Cancell. Trans. Referendarium educavit. Philosophiae Theoreticae ac Practicae ad Academ. Reg. Iaurin. Prof. renunciatus A. 1810. Philosophiae Doctor A. 1812. Ad eandem Cathedram penes Unirersitatem regiam implendam translatus A. 1834. Edidit:

1) Logicam A. 1821. alterum 1833. 8. Iaur.

2) Psychologiam Empyricam A. 1827. in 8. Iaurini. Item. Metaphysicam et Ethicam. Pestini 8.

Antonius Virozsil, Hungarus Schemnicziensis, natus 14. Apr. 1792. in clerum iuniorem Dioec. Neosolien. cooptatus 1809. Studiis finitis, educator in domo Gabrielis Szerdahelyi. An. 1816. AA. LL. et Philos. Doctor, e Clero solutus, in Regia Poson. Academia 1822 — 3. Scientiarum politicarum Cathedrae supplens, ac Iuris Univers. Doctor laureatus. A. 1825. Professor scientiarum politicarum M. Varadinum resolutus, Posonii manere iussus est, easque ad A. 1826. supplevit, quo Iuris naturae Professor denominatus Posonii; A. 1832. ad eandem scientiam docendam Pestinum resolutus. Edidit: Ius naturae privatum methodo critica deductum Tomis tribus. Pest. 1832 — 3. in 8.

Mathias Vuchetich, Croata, Iuris utriusque Doctor, Iuris civilis Romani ac criminalis scientias professus primum Cassoviae, tum ad Regiam Universitatem Pestanam ab A. 1809 — 1824. Facultatis Iuridicae Rectoratum morte praevertit. † XXII. Septemb. 1824. Typis dedit:

1) Dissertatio inauguralis iuridica: de culpa a mandatario praestanda. Pest. 1790. 8.

2) De origine Civitatis. Cassov. 1802. 8.

3) Conspectus legum criminalium apud Hungaros inde ab exordio Regni nostra usque tempora conditarum. Cassov. fol. 1806.

4) Institutiones iuris criminalis Hungarici in usum Academiarum. Budae 1819. 8. Opus 2000. florenis ab Exc. Consilio R. L. H. donatum.

Fridericus Aug. Werthes, natus in Buttenhausen, Sveviae, Regni Würtenbergici, XII. Octob. 1748. Excultus artibus ac Scientiis Manheimii, Düsseldorfii, Venetiis, Lausanae, ac Monasterii, factus Professor literaturae Italicae Mag. Philosophiae, Stuttgardiae, tum educationi privatae praefuit Göttingae vsque An. 1784. quo ad cathedram Aesthetices penes Universitatem Pestanam implendam evocatus fuerat. Misso muneri huic A. 1791. nuncio, Stuttgardiam reversus, ibidem A. 1797. Consiliarius Regius. Obiit 1817. V. Decembris. De re Literaria pluribus meruit: Hirtenlieder. Leipzig. 1792. 9. Abhandlung über den Atys des Katull. Münster 1773. 8. — Lieder eines Mädchens, mit Musik. Ibid. 1774. in fol. obl. Glaubensbekenntniss der Herrn Grafen zu Schaumburg Lippe Karl und Georg. Ibid. 1774. 8. Antheil an der Uibersetzung des II-ten Theils von Harmars Beobachtungen über den Orient. Hamburg 1775. 8. Orpheus, ein Singspiel. Bern. 1775. 8. Uiber die Sitten der Morlaken, aus dem Ital. Ibid. 1775. 8. — Deukalion. Ein Singspiel. Ibid. 1777. 8. — Theatralische Werke von Carlo Gozzi, aus dem Italienisch. übersetzt. V. Bände. Ibid. 1777 — 1779. 8. L. Ariost's rasender Roland, in Stanzen. Aus dem Ital. Ibid. 1778. 8. — Bettinelli über den Enthusiasmus, der schönen Künste; aus dem Ital. ibid. 1778. 8. 1794. 8. Leipig. Uiber die vorzüglichsten Italienischen Dichter des XVII-ten Jahrhunderts. Ibid. A. 1781. Begebenheiten Eduard Bomstons in Italien. Ein Roman in Briefen. Altenburg 1882. 8. Karlsruhe 1783. 8. — Der rechtschaffene Unterthan, ein Russisches Schauspiel; nach den Englischen von Beaumont und Fletcher. Stuttgard. 1782. 8. — Rudolf von Habsburg; ein Schauspiel in 5. Aufzügen. Wien 1785. 8. — Rede bey dem Antritte des öffentlichen Lehramts der schönen Wissenschaften, auf der Universität zu Pest gehalten. Pest. 1785. 8. — Doctor Barthel, ein Lustspiel in 5. Aufzügen; aus dem Englischen von Beaumont und Flechtger. Augspurg 1786. 8. — Niklas von Zrini, oder die Belagerung von Zigeth, in 3. Aufzügen. Wien. 1790. 8. — Schönheiten Italienischer Dichter, nebst dem Orlando Furioso, übersetzt in der Versart des Originals; mit Vignetten von Dunker. Bern. 1791. 8. Gedicht in Reichard's Theaterkalender 1775. 1782. Coradin von Schwaben; ein Trauerspiel in 5. Aufzügen. Tübingen. 1800. 8. — Das Pfauenfest; ein Singspiel in 2. Akten. Stuttgart A. 1800. 8. — Die Klause. Ibid. 1801. 8. — Redegit insuper pagellas politico-Civiles ab anno 1807. Collaboravit in compluribus scriptis periodicis Clevensi. Anno 1775. Wielandii Mercurio Germanico 1798 — 1800. In pagellis matutinis (Morgenblatt) A. 1816. — In Haug's Almanach, poët. Spiele A. 1816. — In den Manigfaldigkeiten aus dem Gebiete der Literatur, Kunst und Natur. A. 1816. Edidit item: Sieben Heroen in 7. Gesängen. Doctrina ipsius usus sum in Aesthetica, Philologia, et Auctoribus classicis.

Iacobus Iosephus Winterl, natus 1739. XV. April. Eisenarztae in Styria, Chemiae ac Botanicae ad Universitatem Reg. Tirnaviae, Budae, ac Pestini 1771 — 1802. Professor. P. O. denatus 1809. 24-ta Novemb. Pestini. Ingenii ipsius feracissimi producta sunt.

1) Dissertatio inauguralis medica proponens inflammationis Theoriam novam. 1767. Vien. 8. m.

2) Specimen medicum exhibens synopsim reptilium emendatam, cum experimentis circa venena, et antidota reptilium austriacorum (cum Ios. Nic. Laurenti) Vien. 1768. cum tabb. 5. aeri incisis.

3) De metallis dubiis (cum Kaimo) 1770. Vien. 8. (Hicce facta prima Mangonesii regulini mentio)

4) Systema artis pharmaceuticae in Univers. Reg. Tirnavien. laboratorio quotannis experimentis demonstrandae. P. I. II. Tirnav. 1772. 8. m.

5) Systematis chemici ex demostrationibus Tirnavien. Pars rationalis et experimentalis. 1773. 8. mai.

6) Flora Tirnaviensis 1774 — 78. Ibid.

7) Methodus analyseos aquarum mineralium. — Analyses — cum tabula principiorum fixorum pro aquis. Budae et Viennae 1781. 8. Editio 2-da Vindob. 1784. titulum solum novum praesefert, versum prostat in Ioh. Ber. Pfingsten Bibl. ausländischer Chemiker. T. III. 1783.

9) Monathliche Früchte einer gelehrten Gesellschaft in Hungarn. 1784. 8. min.

10) Index horti botanici Universitatis, quae Pestini est. 1788. 8. m. cum figg. 26. (multas novas plantas descripsit, quas vulgavit Frideric. Erhard Tomo VII. operis: Beiträge für Naturkunde 1792.)

11) Die Kunst Blutlauge zu bereiten. Wien. 1790. 8. m.

12) Uiber das Brownische System. Ofen 1798. 8. m.

13) Prolusiones ad Chemiam Sec. XIX. Budae 1800. 8. m.

14) Accessiones novae ad prolusionem suam primam et secundam. Budae 1803. 8. m.

15) De aqua soteria thermarum Budensium. Budae 1804. 8.

16) Darstellung der vier Bestandtheile der anorganischen Natur. Edidit hanc ex latino Dr. Ioan. Schuster. Jenae 1804.

17) Critik der Hypothese, die das jetzige Zeitalter in der Naturwissenschaft, Physik, Chemie, Physiologie zum Grunde legt. In Gehlers Journal für die Chemie und Physik. Bd. 6.

18) Astragali ex scapi radicis decocto morbos venereso a mulieribus in Hungaria curatio: significavit in Quarini animadv. practicis ad diversos morbos. Vindob. 1786.

19) Uiber die Bestandtheile des Kupfers. 1787. In Crell's chemischen Annalen. Bd. II.

20) Untersuchung des Bergöls von Moslawnia und Peklenga in der Halbinsel Muraköz 1788. Daraus in Hochheimer, Handbuch der chemischen Mineralogie etc.

21) Uiber die Bestandtheile des Körpers. 1789. II. Bd.

22) Neue Versuche um Andromie zu erhalten. Im Gehlers neuen allgemeinen Journal der Chem. IV. Bd.

23) Analyse des Schmarzaller Wassers. In Gehlers Journal für Chem. und Phys. I. Bd.

24) Replik gegen eine Critik seines systems in Halle'schen allgemein. Litt. Zeitung. Ibid. I. Bd.

25) Analysis der Erde von Misslye. Ibid.

26) Uiber Ritter's Pendel. Versuche. Ibid. III. Bd.

27) Neue Versuche Andronie daazustellen. Ibid. 1807. III. Bd.

28) Beantvortung von Buchhclz's Prüfung seines Systems. Ibid. IV. B.

Iosephus Wolfstein, natus Carolostadii in Croatia XXIX. Iunii 1776. Collegii etiam theologici Ticinensis alumnus, praelectiones celeberrimorum virorum, Alex. Volta, et Lazari Spallazani ex Physica experimentali ac Historia naturali audivit. Grammaticalia docuit Eszekini 1797. Prof. Matheseos purae et applicatae in Reg. Academia Cassoviensi. A. 1810. A. 1820. Matheseos sublimioris ad Universitatem Pestanam. Iterum purae et applicatae 1833. Typis submisit:

1) Introductionem in Theoriam motus. Cassov. 1800. 8.

2) Elementa Geometriae purae. Ibid. 1811. 8.

3) Elementa Trigonometriae utriusque 1811. 8. Ibid.

4) Introductio in Mathesim puram. Vol. I. Arithmetica universalis et Algebra. Vol. II. Geometria pura et Trigonometria. Vol. III. Complementa Algebrae, Geometriae, ac Trigonometriae. 1830 — 33.

Andrees Zázio, natus Cassoviae An. 1741. die XII. Octob. e Regularibus S. Cand. Ordinis Praemonstratensium Canonicis SS. Theologiae Doct. munus docendi obtinuit in Lyceo primum Agriensi; cum Seminario eiate transivit ad Facultatem Theologicam Universitatis Pestanae 1786. Illa vacante Educatorem privatum egit in domo Excell. D. Pauli Almási; Praemonstratensibus restitutis, Praelatus ac Praepositus datus 1802. Obiit 1816. XXX. Novemb. Iuris publici fecit: Institutiones Hermeneuticas vet. Testamenti. Partes III. Pest. 1796. 2) Encyclopaediam Theologiae. Pest. 1787. Disciplinam Arcani. Agriae 1785. 8.

Mathias Zsivics, Tovarnokini in Sirmio An. 1751. ortus; Clero Dioec. Quinqueecclesien. adscriptus, per Georgium Klimo Tirnaviam pro theologicis scientiis destinatus, inde laurea Philosophica, tum Theologica condecoratus, rediit 1774. Munus Theologiae Dogmaticae Professoris obtinuit in Lyceo Quinqueecclesiensi A. 1778. quod continuavit sub Seminariis generalibus Zagrabiae ac Pestini 1785 — 90. Iiis sublatis prosecutus fuit Quinqueecclesiis usque annum 1806. quo Cathedralis ecclesiae Canonicus est salutatus. Anno 1814. VIII. Decemb. in cubili suo crudeliter trucidatus repertus est. Praeter inauguralem de existentia revelationis divinae Dissertationem anno 1775. typis procusam, et Caroli Lesley contra Deistas opusculum latinitate donatum A. 1777. scripsit libros decem de Dogmatis orthodoxae Religionis; quarum primam editionem ab A. 1789 — 1794. alteram 1803. adornavit. Sermones item sacros in solennitatibus Domini, ac Sanctorum illyrico primum sermone, pro concione dictos, dein autem latinitate donatos. A. 1799. publici Iuris fecit.

§. 83. Universitati Reg. Pestini constitutae ad rem liter. et educationis publicae promovendam medio Exc. Cons. R. L. H. intimata praecipua data sunt:

A. 1789. Ut Academici R. Catholici cum Professoribus eiusdem religionis diebus Festis ac Dominicis Missarum solenniis ac concioni regulariter intersint: utque a prandiis lectio moralis, etiam spiritualis per mediam horam servetur. Datum Nro. 7251. XXV. Februarii. Absque tamen sic dictis sodalitatibus Marianis. Nr. 45953. II. Dec.

Corruptela morum Iuvent. qua ratione impediri debeat? Nro. 7268. XXV. Februarii.

Quaestio proposita praemialis: Was ist der Wucher? Arrha 500 aureorum N. 12618. III. April.

Infirmus Professor ad breve tempus per Collegarum quempiam suppleatur. Ad suppletionem plurium mensium determinetur Professorum quispiam remunerationem e fundo studiorum percepturus; nempe dimidium salarii lectioni suppletae adnexi (detractis tamen vacationum feriis.) N. 39311. XIV. Novembris.

A. 1790. Ne Domini Professores quidquam docere audeant, quod vel legibus regni, vel ipsi adeo religioni christianae adversetur. N. 10850. V. Apr.

Ut didactrum a I. Martii cesset. Nec ad Stylum germanicum excoeundum quispiam cogatur. Ut omnia studia latine proponantur. 3027. XX. Apr.

Quicunque rem literariam procurant, ab onere subsidii bellici absolvantur. N. 15795. XXVII. Aug.

Cl. Antonius Kreil Professor laxarum sententiarum a Comitatu Poson. incusatus, absolvitur. N. 15799. XXVII. Aug.

A. 1791. Intimatur Iurisdictionibus omnibus in Regno pristinae suae auctoritati per SS. Maiestatem actu regnantem restitutis, Universitatem quoque regiam iuribus ac privilegiis suis pristinis in causis quoque tam civilibus quam criminalibus uti posse. N. 10292. X. Iunii.

Artis saltatoriae, digladiatoriae, et equitationis Magistri penes Universitatem constituti. N. 14709. VIII. Aug.

Prohibetur usus framearum omni Iuventuti Scholasticae sine discrimine. N. 16159. II. Sept.

A. 1792. Ut deinceps nemini gradus Doctoralis sine orali examine conferatur. N. 20816. XI. Novembr.

Ioannes Pasquich opere: Unterricht in der Differential und Integral Rechnung suae Maiestati SS. dedicato, torque donatur. N. 21660. XVIII. Nov.

A. 1793. Complacentia regia Professoribus Universitatis ob subsidium gratuitum intimatur. N. 21398. X. Septemb.

A. 1794. De opere periodico Literario, tam Chemiam, quam alias scientias concernente, proiectum expetitur. N. 2059. XIV. Martii.

A. 1795. Professores etiam alii, exemplo D. M. Schraud, ad edendos praelectionum suarum terniones, Proposito gratuiti typi Universitatis favore exstimulantur. N. 2320. 6-ta Febr.

Systema Kantianum in nulla prorsus Hungariae Academia tradatur. — Libri tradendi in Logica, et Metaphysica, Iure naturae, ac Gentium praescribuntur. — Tentamina et disputationes publicae, ut temporibus Mariae Theresiae vigebant, reducuntur. N. 12770. 19. Iunii.

Exhortator ad Universitatem Regiam cum socio constituitur. Nro. 8810. 11. Maii.

A. 1796. Manuscripta RR. Prof. Rausch per Exc. Cons. revisa ut typis ac sumtibus Universitatis exprimantur, indulgetur. N. 355. 4-ta Ianuar.

Non alii libri praelegantur, quam praescripti et in Typographia Universitatis reperibiles; in horum defectu licebit Professori elucubrationes suasmet praelegere, ast nonnisi praevie in sua extensione Exc. Cons. R. L. H. substratas. N. 15937.

A. 1797. Proiecta Magistratus ac facultatum de erudita societate stabilienda ac diario literario ducendo, vsque futuram scholarum regulationem in suspenso relinqui; excitantur tamen Professores ad literarias lucubrationes suas, secundum planum Exc. Cons. ddto 24. Martii A. 1764. Nro. 2059. erga remunerationem edendas. N. 16745. 18. Iulii.

A. 1798. Usus Manuscriptorum Bibliothecae certis sub conditionibus indulgetur.

A. 1799. Petrus Katancsics, Bibliothecae Custos, ac Numismatices Professor ea sub conditione in statum quietis cum 500 florenorum pensione ponitur, ut manuscripta ipsius eidem Bibliothecae obveniant. N. 15329.

Collectio rerum naturalium Pilleriana in usus Universitatis redimitur. N. 27962. 2. Decembr.

In augmentum Musei Physici experimentaque annui 160 floreni resolvuntur. N. 13949. 17. Iun. In augmentum Musei Naturalium floreni 200. V. V.

A. 1807. Universitatis omnia commembra, ad testimonium, se omni occulta et vetita societate abstinuisse, fide iurata praebendum, obstricta iteratim fuerant.

A. 1809. Ea restauratae Studiorum Commissioni Vindobonensi subordinata facta est. V. Haller allg. Liter. Zeitung nr. 92 — 93.

A. 1810. Gradus in eadem Doctorales fixis taxis sunt onerati.

§. 84. A. 1813. Altissima resolutio regia de specula Astron. in monte S. Gerardi erigenda intimatur, et manus subito operi abmovenda praecipitur. Nro. 15021. 21. Iunii.

Eodem anno Lapis fundamentis per Serenissimum A. Ducem Austriae Principem Haereditarium, ac Regni Palatinum, solenniter imponitur V. Augusti. Sermonem Pro-Praesidis Commissionis literariae V. Nro. XVIII. Tabula Zincea 8. digitorum. lata, et unius pedis, et unius digiti longa, inscriptionem referebat.

MEMORIAE POSTERORUM
ANNO AERAE CHRISTIANAE MDCCCXIII.
IMP. CAES. FRANCISCO HUNGARIAE REGE APOST.
QUI CLEMENTER ANNUIT
IOSEPHO. ARCHIDUCE. AUGUSTI FRATRE. PALATINO PRO-REGE
QUI ET BENIGNE PROMOVIT ET PRIMUM
FUNDAMENTIS LAPIDEM POSUIT
SPECULA ASTRONOMICA
SUMTIBUS REGIAE SCIENTIARUM UNIVESITATIS HUNGARICAE
PESTINI NUNC CONSTABILITAE
SUB PRAESIDE IOSEPHO DE ÜRMÉNY IUDICE CURIAE REGIAE
HOC SUBLIMI LOCO. QUI MONS S. GERARDI NUNCUPATUR.
AUXILIARI OPERA
MATHIAE NITRAI REGI SUO A CONSILIIS
IN MODERANDA REPUBL. GUBERNANDAQUE RE LITERARIA
PRO-PRAESIDIO
IOANNIS PASQUICH ASTRONOMI SPECULAEQUE PRAEFECTI
GEORGII REICHENBACH SALINARUM APUD BAVAROS ADMINISTRI
ET ORGANORUM AD EAM INSTRUENDAM ARTIFICIS
FRAN. THALLHERR AEDILIS IN REGNO DIRECTIONIS ARCHITECTI
MAGISTRATUS METROPOLEOS BUDENSIS
FUNDUM USUS PROMTE CEDENTIS
HAC FORMA CONDEBATUR.

(Sequitur Prospectus Speculae metallo incisus per Samuelem Falka de Bikfalva, Reg. Univ. Typ. Sculptorem sculptus et cusus.)

A. 1814. Exc. Consilium Reg. L. H. pro recipienda Specula Individua ex parte Universitatis exmitti praecepit. 23. Aug. Nro. 23067.

Anno eodem 1814. die 3-tia Sept. solenniter recepta, et D. Ioanni Pasquich Speculae Praefecto tradita.

A. 1819. Idem Excelsum Consilium ddto 3-tia Augusti sub N. 20979. intimat: Suam Maiestatem SS. benigne resolvere dignatam esse:

1. Quod Professoribus Universitatis hung. ordo honoris immediate post Consiliarios Suae Maiestatis SS. clementer attributus habeatur.

2. Quod Professores Universitatis et eorum consortes compellatione Dominorum Dominarumque pro re nata, et facultate tunc etiam, dum qua partes alicubi comparent, assidendi, sint honorandi.

3. Quod non saltem Professoribus Universitatis, sed et cunctis aliis rei literariae individuis diurna iuxta altissime ratihabitum Schema pendenda sint.

4. Quod Rector, et 4. Decani occasione quarumvis solemnitatum resoluta insignia, seu numismata ex aurea catena dependentia sibi appendere valeant, 5. Pedellis in nigro officii vestitu cum totidem pedis pro solito antecedentibus.

NB. Insignia haec, seu Decorationes (puncto 4-to) adpromissae mittuntur medio benigni Intimati Exc. Consilii R. L. H. ddto 2-a Maii 1820. N. 11228. ad Exc. D. Praesidem Universitatis, qui eadem in publico Professorum, et Acad. Iuventutis conventu, solenniter in Palatio Universitatis, habita dictione, eodem mense humeris et Collo Rectoris ac Decanor. appendit; teste ipsius relatione Exc. Consilo R. L. H. sub 18. Maii 1820. proposita.

§. 85. Eadem Universitas Anno 1830. XXV. Iunii inaugurationis suae Semiculare festum insigni cum solennitate peregit; laetitiae pars maxima Excellentissimi Illustr. Domini C. Ant. Cziráki Praesidis praesentia, ac Magn. Domini Rectoris Ignatii Stáhly, iam Consiliarii Regii, ac Chirurgiae practicae Professoris P. O. liberalitas, memoría dignissima. Hic numos memoriales diei huic sacravit aureos, ponderis quatuor aureorum Caesareorum cum inscriptione in facie adversa: Francisco Caes. ac Rege P. F. AUG. in aversa: VII. CAL. QUINCT. MDCCCXXX. REG. LIT. UNIV. UNG. A. D. MARIA. THERESIA. INSTAURATAE. A. L. Ex quibus 12. sunt in praemium certamine literario victoribus expositi: Quaestiones propositae fuerant: In Facultate Theologica, 1) De officio Eleemosynae corporalis (pro quarti anni Theolog.) 2) De vicaria Christi satisfactione (pro III.) 3) De Doctrina

Ecclesiae trium primorum Seculorum (pro II. et I. anni.) Praemium retulerunt: pro prima R. Ioannes Horarik, Dioec. Nitrien. II. R. Ioannes Mikó, Cassovien. III. R. Ioan. N. Nagy Sab. In Facultate Iuridica: 1) Quatenus in doctrina de patria potestate et de tutelis Ius hungaricum cum Iure Romano conveniat, vel discrepet? 2) Quis poenarum finis? 3) Quae inter Ethicam et Ius naturae differentia? Praemium pro prima obtinuit: Spiridion Pazziazi, pro secunda Comes Franciscus Zichi, pro tertia Georgius Stojakovics tertii, secundi ac primi anni Iuris Auditores. — In Facultate Medica quaesita sunt: 1) Definiatur experimentis, quaenam sit acidorum et alcalium in systema musculorum, nervorum, vasorum sanguiferorum et ipsum sanguinem efficacitas? 2) Pervestigentur mutationes, quas arteriae punctae, sectae, transcissae aut vinculo constrictae subeunt, mutationes item, quae ligatis maioribus arteriarum truncis, ramis eorum, anastomosium ope sanguinis circuitum sustentantibus, inducuntur. 3) Determinetur comparative aceti, nitri, salis communis et chloreti calcis vis, tum putredinem arcendi, quam imminuendi. Praemio donati: Stephanus Barra tertii anni pro I., pro tertia Iosephus Kaiser V-ti et Iosephus Horváth IV. anni medici. In Facultate Philosophica quaerebatur, ex Linguistica discrimen linguae latinae aetatis aureae, et eius, quae nunc viget. 2) Ex Philosophia, de fontibus, ac limitibus cognitionum humanarum. 3) Ex Historiis: De praestantia et utilitate Historiae. Pro prima palmam retulit: Eduardus Erzl, Philos. II. anni, pro altera Ignatius Praznovszky II. anni, pro III. Franciscus Steinbach I. anni Philosophi. Accessit Daniel Kecskeméthi, cuius Dissertatio etiam typis data. Festum hoc celebratum fuit compluribus etiam opusculis et carminibus tam docentium quam discentium. Occasione hac addita etiam turri astronomicae campanula, quae pulsu sui meridianum tempus medium accuratae denotet; Status item Reg. Lit. Univ. editus.

§. 86. Ad Facultatem Philosophicam spectant complura Instituta, et doctrinarum adiumenta specialia: 1) Institutum geometricum et hydrotechnicum, cui praeest Geometriae practicae Professor. In illo praelectiones publicae per Professores ordinarios habentur: e Geometria practica, Hydrotechnia, Mechanica, Oeconomia rustica, Technologia, Architectura, Mathesi sublimiore, Astronomia et arte delineandi, ad formandos Geometras et Hydrotectos practicos. Auditores harum disciplinarum, qui ceteris eminent, praemiis annuis, ex aerario publico datis, ornantur. Qui huic vitae generi se totos dedunt, severo e disciplinis memoratis subiiciuntur examini, quo probati Diploma obtinent solenne, potestatem ac ius artem geometricam publice exercendi, tribuens. Huic Instituto adiunctum est museum geometrico-hydrotechnicum, quod instrumenta geometricis dimensionibus instituendis idonea,

et proplasmata machinarum, structurarumqre hydrotechnicarum complectitur. 2) Museum Physicum, quod Professoris Physicae ordinarii et adiuncti eiusdem curae obnoxium, ad mechanicam, staticam quoque, ad Hydraulicam et Hydrostaticam, ad astronomiam Physicam, et ceteras etiam harum disciplinarum pariter necessarium continet apparatum. Sunt hic decenti ordine disposita ferme 400. adminicula experimentis atque observationibus faciendis destinata, instrumenta, machinae, proto-typi etc. Ad mechanicam et staticam spectant 145. ad Chemiam 22. ad Hydraulicam et Hydrostaticam 30. ad aërem investigandum 54. ad experimenta sonorum instituenda 5. ignis 23. lucis 45. electricitatis et galvanismi 37. magnetis 7. ad astronomiam physicam 4. ad alia promiscua 12. Singula novis ab anno 1830. accessionibus locupletata. Haec in tribus conclavibus, quibus schola Physicae experimentalis adnexa est, asservantur, partim viginti nitidis armariis inclusa, partim in substaculis, mensis ac tabulatis in medio et ad parietes apte disposita. 3) Specula astronomica, cui Director praeest Professor Astronomiae cum Adiuncto. Haec in arcis vicinae Budensis monte S. Gerardi A. 1813. sumtuose constructa, exquisitissimo apparatu, observationibus instituendis necessario, qui maximam partem Cel. Reichenbachii opus est, ac Biblotheca lectissima merito gloriatur. 4) Museum numarium seu Numophylacium, quod in Bibliotheca Universitatis custoditur, continet 1) Numos Regum, populorum, urbium graecarum et Coloniarum Romanarum fere tercentos, partim aureos, partim argenteos et aereos. 2) Numos Romanos gentium, Augustorum et Augustarum, Caesarum etc. 5500. in vario metallo. 3) Hungaricos et Transilvanicos 1200. in auro, argento et aere. 4) Diversorum Europae populorum medii ac recentioris aevi numos mille et amplius.

§. 87. Instituta Facultatis medicae: 1) Museum rerum naturalium, mineralia et animalia complectens, in aedibus Facultatis medicae; replet conclavia tria, et horum ambitum collateralem. Mineralium ultra 40000. Animalium ultra 8000. adsunt specimina, quorum selectiora oculis libere patent. In Collectione Mariannea sunt: Terrarum specimina 2949. Petrefactorum 1828. Salium 199. Inflammabilium 250. Metallorum 2115. Summa 7341. Marmora et lapides politi Collectionis Marianneae Specimina 2639. In Collectione Pilleriana; Metallorum specimina: 6753. Salium 200. Inflammabilium 132. Terrarnm 3691. Petrefactorum 764. Summa 11540. In Collectione Fossilium per officia montanistica submissorum, sunt Fossilia universim 3229. In Collectione Fossilium Serenissimae quondam Archiducis Alexandrae Pawlovnae sunt Fossilia universim 818. Fossilia undique collecta sunt universim 672. Collectio vegetabilium et eorundem partium nunc in Museo Botanico asserva-

tur, sunt vero universim specimina 4323. Collectionis Marianneae animalia, vel horum partes universim sunt 3016. Collectionis Pillerianae 4935. Collectionis Insectorum Bohemicae specimina sunt: 7697. 2) Hortus botanicus, paucis ab aedibus Facultatis medicae passibus distat, situmque occupat ante portam Hatvaniensem in suburbii Iosephini via regia. Magnitudo est 3249. orgiarum □ instructus est Caldario, tepidario et frigidario magnis. Hortulus alter 280. orgiarum est in urbe, in area Bibliothecae adiacet. Vegetabilia in iis coluntur ad 7. millia, quorum annua quotannis alia seruntur ad 5000. Herbarium Universitatis obortum est e momentosa collectione Baronis Mygind, ditatum accessione herbariorum Cranzii, Rochelii, Bouchardi, Haberlii, ultra 17. millia speciminum tenens. 3) Laboratorium chemicum in aedibus facultatis medicae, penes auditorium et conservatorium locatum est. 4) Theatrum anatomicum in aedibus Facultatis medicae trina occupat cubilia, culinas duas. 5) Museum anatomico-physiologicum, in aedibus Facultatis medicae, cubilia explet quatuor, in quorum duobus cereae sunt corporis humani formae, inspiciente Felice Fontana, Florentiae fabricatae 1789. ab Imperatore Iosepho II. donatae. 6) Clinica quinque aedium Facultatis medicae contignationem alteram tenent: a) Chemicum medico-practicum in duobus cubilibus magnis, tredecim tenet lectos, et machinam vaporaceam Galesii. b) Clinicum medicum pro chirurgis, in cubiculo uno tenet lectos 8. c) Clinicum chirurgicum practicum, cubilibus tribus, tenet lectos 9. cum instrumentario maxime necessario. d) Clinicum obstetricium cubilibus tribus tenet lectos 15. e) Clinicum oculisticum cubilibus duobus tenet lectos 9. 7) Instrumentarium chirurgicum, in cubili ad auditorium chirurgicum, complectitur in armariis quatuor apparatum instrumentarium, et insuper integrum Wolfstonii 1814. a Principe Anna Dietrichstein donatum. Institutum veterinarium in suburbii vicini Theresiani platea Pfeiffer-Gasse domum occupat amplam. Adest hortus plantarum pabularium, officina fabrilis, et stabula quatuor equis 40. apta, praeter aestiva. Singulis quibusque institutis his praeest Professor Scientiae, cui adiumento illud est, cum Assistente uno; soli veterinario Instituto duo adsunt Assistentes.

§. 88. Ad Facultatem Theologicam spectat Bibliotheca specialis theologica, in Seminarii generalis Pestani aede, quae olim Paulinorum, tractu secundo constituta. Occasione illa, qua Facultas Theologica Posonium in arcem migrare iussa fuit, selecta e penu libraria in usum eiusdem sunt prope viginti millia librorum, qui nunc curae illorum, qui studiis Theologicis praesunt, erga remunerationem emensam concreduntur.

§. 89. Ad totam Universitatem spectat: 1. Bibliotheca; huius aedificium anteriorem Claustri FF. minorum S. Francisci, Provinciae Marianae occupat, a templo meridiem versus; muris intermediis sublatis, area ipsius superior 15. inferior 13. fenestris illustratur; porta in fine meridionali: longitudo salae ipsius, 19. orgiarum, et 5. pedum; latitudo septem orgiarum, 7′ et 2″ cum strato marmoreo. Laquearia desunt, sed structura pilis sustentatur. Inter superiores ac inferiores fenestras cancelli ducti admodum humiles, a tholis librorum 2′ et 3″ distantes; qui inferiores numero 30. 13′ et 6″ Superiores 28. 11′ alti; latitudinis sunt, pro diversitate situs, maioris vel minoris, profunditatis duorum pedum, ut duplicati etiam ordinis libros recipiant. Gradus ad Cancellos ducunt, et in Archivum ex parte septemtrionali. In partibus extremis duo tholi libros anglicos et gallicos Comitissae Zichyanae dono possessos, cum antiquitatum speciebus nonnullis complectuntur; alii novi sunt. Spatia quoque intra fenestras pro thecis serviunt; area ceterum aperta est. Additum conclave duplex; unum pro Biblotheca manuali, ac DD. Custodibus, aliud pro lectoribus inservit. Ex peculio Ordinum abolitorum Societatis Iesu, Paulinorum, Augustinianorum, Trinitariorum ac restrictorum Servitarum etc. consurrexit parte maxima. Locupletandae illi annui 500 flor. C. M. sunt primitus ab Augusta Maria Theresia addicti, cum proventibus Typographiae Universtatis; qui mox ad flor. 400 lapsi sunt, quorum partem dimidiam fundus Universitatis, alteram Typographia eiusdem supportavit. Plene anno futuro, ac deinceps, si fata voluerint, ex proventibus Typographiae 1000. florenis M. C. est sublevanda. Numerat tomos ad 84. millia, huc non numeratis, qui in Bibliothecis Speculae astronomicae, Institutique veterinarii continentur. Insuper 1410. MSS.

2) Typographia; haec quoque a Societate Iesu transiit ad Universitatem Regiam; Budae in arce, ab eo, quo Tirnaviam Universitas deseruit tempore, collocata; aedes possidet amplissimas; cum Bibliopolio coniuncta peculiari diu gaudebat Directore, nunc caret; Curatorem praeterea habet, ac Contraagentem, tres Factores, unum Bibliopolii, alterum Typographiae, tertium Officinae typorum fusoriae, cum adiunctis; stigmatum, ac typorum sculptorem; 28. typothetas, 38. impressores, 18. fusores, 10. famulos; prelis Watschianis, mola insuper papyracea ad Cremniczium provisa.

§. 90. Systemate Theresiano praefecti fuerant Bibliothecae duo ex Professoribus, unus cum pensione 200. florenis aucta, et alter cum 600. fl. A. 1778: Sigismundus Lakics, Iuris Canonici Professor, ac Ludovicus Csapodi. Lakicsio A. 1780. H. G. Bretschneider, in Banatu Temes. Bonorum prius administrator, Csapodio Georgius Pray dati successores. Ob

multiplices collisiones Praefectura ad unum Georgium Pray, magno cum commodo, transiit. Custodes Praefectis 1780. additi: Carolus Wagner, Sphragisticae, ac Heraldicae una Professor, ac St. Schönvisner, rei numariae Professor, cum florenis 600. Cancellistae duo cum 300. floren. Anno. 1790. Prayo in Praefectura successit Iulius Gabelhoffer e scholis piis usque 1794. huic Stephanus Schönvisner Anno 1795 — 1818. Carolo Wagner in custodiatu Daniel Cornides An. 1786. huic Martinus Schwartner 1788 — 1823. In custodiatu altero successerant: Petrus Katanchich e FF. Ord. Min. Provinciae Capistranae 1796. Aloysius Emman. Stipsics A. 1801 — 1815. Iosephus Weszerle, 1817 — 1827. Vacat custodiatus primarius annis 11. alter in octavum. Quidnam hi in Nationis Hungarae, literis excolendae, bonum melius contulerint, ingeniorum producta loquantur:

Georgius Pray, in lucem editus Anno 1723. XI. Iannarii Érsek-Ujvárini, parentes quidem conditionis civilis Posonii degebant; ast matre Apollonia Stedele, Érsekújvárinum, oppidum Provinciae Nitriensis, iurisque Regni Primatis, debiti cuiusdam exigendi causa excurrente, ibique praeter spem longius morari coacta, Érsekujvárinum gloriam hanc Posonio praeripuit. In florentem ea aetate Societatem Iesu cooptatus, tirocinium Vindobonae XIV. Octob. 1740. ingressus est. Binas elementares Scholas Quinqueecclesiis docuit, Philosophiam universam Tirnaviae propugnavit, supremam eius lauream meritus 1747. M. Varadini mediae, tum supremae Grammaticae classis Professor, Trenchinii Rhetorices ac Poëseos, mox etiam Tirnaviae, in contubernio Nicolai Schmidt, celeberrimi Historici, Anno 1750. Rhetoricam Posonii sequente quadriennio explicuit. Presbyter ordinatus 1754. ad gradum quatuor vota professorum evehitur 1758. II. Febr. Iaurini; postquam A. 1755. tertiam seu ultimam ordinis probationem sustinuisset Neosolii, Viennam ad Poësim in Collegio nobilium Theresiano tradendam felici plane sorte evocatus, notitia cum Cel. Erasmo Frölich, qui eidem Collegio a Bibliotheca, omniumque scientiarum disciplinis, sed praeeipue historicis solidissime excultus fuerat, huius consilio ac ductu historicis semet dedidit. Politiores scientias, litteraturae laude iam clarus socios iuniores Iaurini iussus instituere 1758. Eloquentiam sacram Tirnaviae 1759. Polemicam Budae 1760. moralem Theologiam itidem Budae A. 1761. Porro suae per discretos Superiores in historica inclinationi relictus, et otio, subsidiisque librariis ultro ac lubenter donatus, non alio, quam scholarum Praefecti aut Bibliothecarii munere distentus ab A. 1762 — 1774. Post societatis ruinam magna primum viro huic cum egestate luctandum fuit; ad historicos suos labores continuandos pensiunculae menstruorum 16. flor. Rhenen. augmentum incassum domi nostrae flagitavit; Ab Au-

16) Jászok, első értekezés. A' Jászokról mint magyar nyelvű népről és Nyilazókról. Pest. 1829. 8.

17) Redigit Tudományos Gyüjtemény ab A. 1833. diplomatibus locupletat, et censura de gentibus Hungarorum cognatis.

§. 95. Numerus Juventutis domesticae ac exterae, quae ad Universitatem Pestanam initio anni Schol. $183\frac{3}{4}$ in diversas classes suscepta, et absque omni didactro, et honorario informata fuit:

| | R. Cath. | Aug. Conf. | Helv. Conf. | Graeci R. U. | Graeci R.n.U. | Hebraei | Summa. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| In Facultate Theolog. | | | | | | | |
| An. I. E Clero Seculari . . | 15 | | | | | | |
| — — regulari . . | 2 | | | | | | |
| Seculares . . . . . | 5 | — | — | — | — | — | 22 |
| An. II. E Clero Seculari . . | 18 | | | | | | |
| — — regulari : . | 2 | | | | | | |
| Seculares . . . . . | 6 | — | — | — | — | — | 26 |
| An. III. E Clero Seculari . . | 20 | | | | | | |
| Seculares . . . . . | 3 | — | — | — | — | — | 23 |
| An. IV. E Clero Seculari . . | 8 | | | | | | |
| — — regulari . . | 2 | | | | | | |
| Seculares . . . . . | 2 | — | — | — | — | — | 12 |
| Summa | — | — | — | — | — | — | 83 |
| In Facultate Iuridica. | | | | | | | |
| Iuristae Anni I. . . . | 41 | 1 | 2 | 2 | 4 | — | 50 |
| — — II. . . . | 46 | — | 4 | — | 5 | — | 55 |
| — — III. . . . | 103 | 2 | 5 | — | 9 | — | 119 |
| Summa | 190 | 3 | 11 | 2 | 18 | — | 224 |

| | R. Cath. | Aug. Conf. | Helv. Conf. | Graeci R. U. | Graeci R.n.U. | He-braei | Summa. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| In Facultate Medica. | | | | | | | |
| Medicinae Auditores An. I. | 94 | 20 | 8 | — | 9 | 23 | 154 |
| II. | 44 | 15 | 12 | — | 2 | 8 | 81 |
| III | 36 | 12 | 9 | — | 5 | 11 | 73 |
| IV. | 29 | 5 | 6 | — | 2 | 14 | 56 |
| V. | 20 | 7 | 1 | — | 3 | 11 | 42 |
| Summa | 223 | 36 | 36 | — | 21 | 67 | 406 |
| Chirurg. Audit. A. I. Hungari | 83 | 2 | 10 | — | 2 | 1 | 98 |
| Germani | 79 | 11 | — | — | 5 | 88 | 183 |
| | — | — | — | — | — | — | 281 |
| Chirurg. Audit. A. II. Hungari | 25 | 1 | 14 | — | — | — | 40 |
| Germani | 21 | — | — | — | — | 45 | 69 |
| | — | — | — | — | — | — | 109 |
| Summa | 208 | 17 | 24 | — | 7 | 134 | 390 |
| Pharmaciae Auditores . . | 41 | 24 | 1 | — | 2 | — | 68 |
| Obstetriciae germanicae . | 33 | 6 | — | — | — | 17 | 56 |
| hungaricae . | 19 | 3 | 8 | — | — | 1 | 31 |
| | — | — | — | — | — | — | 87 |
| Hippiatriae Auditores . . . | 36 | 5 | 6 | — | — | — | 47 |
| In Facultate Philosoph. | | | | | | | |
| Auditores Philosophiae A. I. | 168 | 5 | 8 | — | 19 | 24 | 224 |
| II. | 112 | 2 | 5 | — | 12 | 10 | 141 |
| — Geometriae utroq. An. | 22 | 3 | 2 | — | — | — | 27 |
| Recapitulatio. | | | | | | | |
| Auditores Theol. 83 Aud. Jur. 224. Aud. Medic. 406. Aud. Chir. 390. Pharm. 68. Obstetr. 87. Aud. Hippiatr. 47. Aud. Philos. 365. Aud. Geom. 27. Summa 1697. totius Iuventutis, ordinarias Praelect. frequentantis. | | | | | | | |
| Ex his fuerunt in specie | 1135 | 127 | 101 | 2 | 79 | 253 | 1697 |

Promoti fuerunt anno Schol. eodem 183¾ in Doctores Theologiae 4. Iuris universi 4. Iuris ecclesiastici 1. Medicinae 50. Chirurgiae 1. Philosophiae 14.

Adprobati vero: Chirurgiae et obstetriciae Magistri 8. Pharmaciae Magistri 58. Chirurgi civiles et obstetricatores 65. Dentista 1. Obstetrices 74. Geometrae 13.

Studia extraordinaria audiverunt Anno 183¾

1) Ex Historia Philosophiae nro. 55.
2) Ex Archaeologia 18.
3) Ex Numismatica 27.
4) E Scientia rationes ducendi 17.
5) E Paedagogia sublimiori 24.
6) Ex Architectura civili 5.
7) E Geographia Orbis antiqui 16.
8) E Historia Literaria Patriae ac Chronologia 21.
9) Ex Aesthetica 18.
10) E Studio Auctorum classicorum, ac Philologiae 10.
11) Ex Trigonometria ac Geodaesia instituti Geometrico-Hidraulici Auditores 24.
12) Analyseos finitorum Auditores 15.
13) Analyseos infinitorum Auditores 15.
14) Astronomiae Theoreticae ac Practicae Auditores vacante Cathedra 5.
15) Ex Historia Naturali 8.
16) Ex Oeconomia et Technologia 34.
17) Ex Mechanica Populari 42.
18) Ex Diplomatica, Heraldica, Sphagistica, stiloque Curiali 42.
19) E Paediatria ac Gynaecologia 63.
20) E Macrobitica et Diaethetica 63.
21) Linguam Patriam, ac literateram hungaricam didicerunt Logici ac Physici omnes.
22) Linguam et literaturam Germanicam 25.
23) Linguas Arabicam, Chaldaeam, et Syriacam 17.
24) Linguam Gallicam 25.
25) Linguam Anglicam 12.
26) Linguam Italicam 10.
27) E doctrina de Asphyticis praemissis vitae ac sanitatis periculis a conceptu usque tumulum Ordinarii Auditores V. Anni Medici, II. in annum Chirurgi; extra ordinarii 200.

28) Ex Exercitiis Anatomico-Practicis.
29) Ex Parabolanogia, seu arte infirmis inserviendi.

## §.96. Commembra Facultatum Graduata et ingremiata.

### I. Theologicae.

Exc. Ill. RR. D. Alexander Alagovich, Episcopus Zagrabiensis.
Ill. RR. D. Iosephus Bélik, Episcopus Scepusiensis.
Exc. Ill. ac RR. D. Ignatius L. B. Szepesi de Négyes Ep. Quinqueecl.
Exc. Ill. ac RR. D. Ioannes Horváth, Episcopus Albaregalesis.
Ill. D. Georgius Haulik, Episc. Electus, ad Exc. Cons. Referend.
RR. ac M. D. Georgius Fejér, Praep. ac Biblioth.
M. ac RR. D. Ioannes Dercsik, Can. ac Director Facultat. Theol.
RR. D. Martinus Bartfay, Canon. Vacien.
RR. D. Samuel L. B. Rudnyanszky, Can. A. D. Strigon.
RR. D. Iosephus Haramhusztek, Can. Zagrab.
Ill. ac RR. D. Ioan. Lonovics, Ep. Csanád.
A. R. D. Iosephus Durguth, Distr. Érsek Ujvár Sup. V. A. Diacon. Par. Sellyen.
A. R. D. Iosephus Viber, Officii Vicarialis Strigon. Secret.
A. R. D. Iosephus Miller, Theol. Mor. ac Pastor. Professor Cassoviae.
Ill. RR. D. Antonius Ocskay, Elect. Ep. et ad Cons. Regium Ass.
RR. D. Laurentius Hohenegger, Can. Iaurinensis.
RR. D. Iosephus Sütő, Canon Iaurinensis.
RR. D. Franciscus Farkas, Can. Albaregalensis.
RR. D. Iosephus Maier, Can. Albaregalensis.
Ill. RR. D. Michael Wagner, Cons. Ep. Praepos. S. Adalb. Can. Iaurin.
RR. D. Georgius Fliszár, Abbas S. Crucis ad Muram.
A. R. D. Franciscus Szarvas, A. Diaconus, et Paroch. Üllöen. Dioec. Vacien.
RR. D. Isidorus Guzmics, Abbas de Bakonbél. O. S. B.
A. R. D. Michael Kemp, Archivarius et Bibliothecarius Primatialis.
A. R. D. Leopoldus Hevánszki, Praef. Stud. ac Bibl. in Seminario centrali Pest.
A. R. D. Ioannes Szilassi, Theol. mor. ac Past. Prof. in Lyceo Sabar.
Cels. Princeps D. Romanus Seb. Zängerle, Episc. Secovien.
Ill. RR. D. Georg. Thomas Ziegler, Ep. Lincien.
Ill. RR. D. Ioannes Scitovszky, Episcopus Rosnaviensis.
Ill. RR. D. Ios. Aloys. Jüstel, Praep. V. Burczlav. Status et Conf. Consil, Vien.
Ill. RR. B. Thom. Kovács. A. Abbas Mont. Pann. Or. Ben.
RR. D. Adalbertus Borcsiczky, Abbas et Praep. M. Vacien.

RR. Ill. D. Alexius Jordánszky, Cons. Episc. suffraganeus Can. Strigon.
RR. D. Ioannes Bajzik, Praep. M. A. D. Coloc.
RR. D. Georgius Porubszky, Abbas et Canon. Nitrien.
RR. D. Ios. Tamási, Can. Alben. Transilv.
RR. D. Ioannes Csurgovich, Can. Munkácsien.
RR. D. Iosephus Ruszek, Abbas et Canon. Weszprim.
A. R. Cl. Leopoldus Fillinger, Hermeneutices N. T. penes Univ. Reg. Pest. Prof.
RR. D. Franciscus Szaniszló, Canon. Hon. et Exhortator Academ. Pestini.
A. R. D. Antonius Mihálich, Paroch. Petro-Varad. et V. A. D.
A. R. D. Aloysius Loth, Par. Opp. Scepus. Ruzquinocz.
A. R. D. Ioan. Szábo, A. D. Strig. Presb. Sem. S. Em. V. Rect. iam Pestini Prof.
A. R. D. Calasantius Villinger, Direct. Gym. Nitrien. Schol. PP.
A. R. D. Michael Fogarassy, D. Trans. Cap. Aul. ad S. Aug. Studiorum Director Viennae.
A. R. D. Paulus Kovács, officii Vicarialis Archivar. Strigon.
A. R. D. Carolus Bobory, penes Univ. Pest. Ling. Arab. Syr. et Chal. Prof. Sup.
RR. D. Paulus Simonyi, Abbas et Praep. M. Albaregalensis.
RR. D. Georgius Girg, Can. Colocen.
RR. D. Iosephus Siposs, Can. M. Varad. et Prodirector Academiae.
RR. D. Iacobus Ruttenstock, Can. Reg. S. Aug. Praep. et Abb. Claustro Neoburgi.

## II. Iuridicae.

Exc. Ill. Adamus Comes Reviczky de Revisnye, Cancellarius Regni Hungariae Aulicus.
Exc. Ill. D. Ignatius Iun. L. B. Eötvös de Város-Namény, Pro-Cancellarius Aulic.
Ill. D. Math. Nitray S. C. et R. A. M. Cons. Aulicus.
M. D. Emericus Gombos de Gombosfalva, Exc. Cam. R. H. A. Cons.
Sp. D. Stephanus Bano, Iuris in Lyceo Claudiop. Prof.
Sp. D. Iosephus Jurjevich, Zagrab. iam Pestini Iuris Prof.
Sp. D. Iosephus Rudics de Almás, I. Cottus Bacs. Vice-Comes.
Sp. D. Michael Koros, Iur. Eccl. D. Presbyter Dioec. Coloc.
Ill. D. Comes Ludovicus Károlyi de Nagy-Károly; Adm. Cot. Csongrád.
Sp. D. Andreas Kmethy, Statist. Prof. P. O. Iaurini.
Sp. D. Georgius Villov, Ord. Fisc. Civ. M. Theres.
A. R. D. Ioannes Kardos, de Kardosfalva, Paroch. in Sz. András.
Ill. ac RR. D. Ios. L. B. Bernáthfi, Canon. M. Varadini.
A. R. D. Ios. Schönpach, Iur. Eccl. Doctor, Paroch. Ioseph. Civ. Pest.
Sp. D. Antonius Ottmayer, ad Cons. Bellicum Agens.

Sp. D. Iosephus Havas, L. ac R. civit. Pest. Senator.
Sp. D. Iosephus Pokora, I. oppidi Jolsva Senator.
A. R. P. Wolfgan. Fenix, Abb. Tihany Administr.
A. R. D. Georgius Kormán, Paroch. Gyertyámosien.
Sp. D. Math. Kolbay, Statist. Prof. P. O. Cassov.
Sp. D. Ioan. Gütig, L. ac R. Civ. Iaurin. Senator.
Sp. D. Ioannes Luczenbacher I. Caus. Advocatus.
A. R. D. Ios. Döme, Dioec. Strigon. Presb. et Sem. Gen. Pest. V. Rector.
Sp. D. Ludovicus Sehécs, Exc. Cam. R. H. A. Concip.
A. R. D. Stephanus Bartalovics, Dioec. Diak. Presb.
Sp. Joannes Hadschicz, I. F. V. Caus. Advoc.
Sp. D. Paulus Szabó, Jur. Pat. Prof. P. O. Jaurin.
Sp. D. Andreas Petrassovich, I. F. V. Caus. Advocatus.
Sp. D. Sigismundus Fessel, Ling. ac Litt. Hung. Prof. O. P. Jaurini.
Sp. D. Dionysius Borsiczky, de eadem I. F. V. Caus. Adv. Prof. Pos.
Sp. D. Paulus Miksó, Fac. Jur. h. t. Decanus.
A. R. P. Eng. Winkler, Jur. in Acad: Quinqueecl.. P. O.
A. R. D. Simon Demuth, Dioec. Neos. Presb.
A. R. D. Antonius Hörnegger, Archivarius Episc. Vacien.
A. R. D. Michael Müller, Dioec. Vacien. Presb.
Sp. D. Iosephus Stoffer, Exc. Officii. Palat. Secretarius.
Sp. D. Remekházy, de Gurahoncz, ad Exc. Can. R. H. A. Secretarius.
A. R. D. Ignatius Nyirák, Iur. Can. ac Histor. Eccl. in Lyceo Albaregal. Prof.
A. R. D. Ioannes Limbeck, Dioec. Albaregal. Cooperator.
Sp. D. Ioannes Ujfalussy, Jur. Caus. Advocatus.
Sp. D. Andreas Vajay, Honor. Fiscal. polit. fundat.
Sp. D. Ioannes Nep. Gombár, J. F. U. Caus. Adv.
Ill. D. Dominicus Com. Zichy, Metrop. Eccl. Olomucz. Can. et Paroch. Almás.
Sp. D. Franciscus Laner, Juris Naturae Prof. P. O. Agriae.

### III. Medicae.

Exc. Ill. D. Andreas L. B. Stift, S. C. et R. A. M. Archiater Primarius, Status item, et Confer. Consiliarius.
Sp. D. Petrus Széky, Reg. Scien. Univers. Pest. Prof. emeritus.
— — Iosephus Krammer, Civ. Bud. Phys. Ordin.
— — Franciscus Xav. Christen, Primar. Phys. Civ. Bud. Ord.
— — Samuel Szombathi, de Cseh-Szombath, Erud. Soc. Lond. Med. et Jenen. Chir. membrum correspondens, Pest.

Sp. D. Michael Kovács, Erudit. Societat. Miner. Jenen. Membr. et Hungar. corresp. Pest.
— — Petrus Breczenberger, Budae.
— — Ioan. Streit, Ser. Princ. Palat. Med. Aulic. Pestini.
— — Iosephus Oeffner Budae.
— — Ignatius Polyankay, Prof. Hist. Nat. Adiunct. Pest.
— — Georgius Forgó, I. Cot. Pest. Physicus Ord.
— — Iosephus Adler, Physicus Füred.
— — Carolus Palkovics, Phys. Civ. Strigon.
— — Ioannes Nicolaides, Pestini.
— — Philipp. Jakobovics. Pest.
— — Iosephus Krieger, Zagrabiae.
— — Carolus Braun, Zitersdorf. in Austria.
— — Ioannes Keresztessy, I. Cot. Abauj. Phys. Ord.
— — Ioannes Paul. Köffinger, Civ. Bud. Phys. Ord.
— — Emericus Steincz, I. Cott. Szabolcs. Phys. Ord. in Nagy-Kálló.
— — Ios. Georgius Uffer, Chir. Doct. Pest.
— — Car. Bulla, I. Cot. Bacs. Physic.
— — Chryst. Christen, Civ. Bud. Hon. Phys. Pest.
— — Iosephus Sadler, Pharmaciae Magister, item Prof. Botanices, et Praef. Horti Botan. ad Univers. Pest.
— — Iosephus Csorba, I. Cot. Simigh, Phys. Ord.
— — Ioan. Markos, I. Cot. Szabolcs. Tab. Iud. Assessor.
— — Leopoldus Manovecz, una Chir. Obstetr. ac Pharm. Mag. Civ. Pest. Phys. Ord.
— — Michael Petőcz, Em. Phys. Cot. Torontal.
— — Ioannes Flitner, Cot. Liptó. Ord. Phys.
— — Leopoldus Vindisch, Civ. Pest. Phys. Ord. et Nosocomii civici Direct.
— — Martinus Csausz, hoc tempore iam Prof. Pestini.
— — Carolus Neichel, Phys. Pestini.
— — Iosephus Horváth, Phys. Bakabanyae.
— — Paulus Balogh, Erud. Soc. Hung. membrum Ord. una Actuar. et Tabularii Custos Pestini.
— — Emericus Fridvalszky, Phys.
— — Ferdinandus Keszt, Obstetricator Pest.
— — Ladislaus Hunyady, Quinqueeccl. Phys.
— — Lucas Gajzago, Civit. Szamos-Ujvár, in Trans. Phys. Ord.
— — Ioannes Bognár, I. Cot. Honth. Phys. Ord.

Sp. D. Ioannes Piday, Phys. Budae.
— — Andreas Sperlágh, Civ. Szeged. Phys. Ord.
— — Fridericus Straub, Chir. Budae.
M. D. Stanislaus Töltényi, C. Consil. in Acad. Caes. R. Med. Chir. Iosephina Vindob. Pathol. et Pharm. Prof. P. O.
Sp. D. Emericus Bittner, I. Cot. Arad. Ord. Phys.
— — Franciscus Xav. Minas, Physicus Semlini.
— — Emericus Nagy-Sándor, Phys. Ord. Coloczae.
— — Stephanus Kamenszky; Chir. Doctor, I. Cot. Strigon. Phys. Ord.
— — Ioannes Schmidt, I. Cot. Pest. Physic. Ord.
— — Fridericus Ekstein, Pestini.
— — Michael Mokossini, Obstetriciae Mag.
— — Eman. Versár, Pestini.
— — Alexander Csurgovics, Pestini.
— — Ignatius Havas. Phys. Ord. Cot. Toln.
— — Carolus Hoffman, Phys. Ord. Cot. Csanád.
— — Franciscus Schedel, una Ocul. Mag. erud. Soc. Hung. membr. Ordin. una Actuar. et Tab. Custos, Macrob. Prof. Extraord.
— — Iosephus Würtler, Archiater Suae Seren. C. R. Archi Ducis Austriae, Reg. II. Palatini.
— — Ioannes Tognio, I. Cot. Trenchin. Phys. Ord.
— — Iosephus Marsovszky, I. C. Poson. Phys. Ord.
— — Ignatius Endlicher, L. R. Civ. Poson. Phys. Ord.
— — Sebastian Rumpach, Memb. Fac. Med. Pestini.
— — Iosephus Balogh, I. Cot. Jaurin. O. Phys.
— — Michael Heinrich, S. C. et S. A. Cons. et Phys. Cam. emeritus.
— — Iosephus Fischer, I. C. Solien. O. Phys.
— — Samuel Genersich, Med. Leutsoviae.
— — Chris. Theoph. Baumgarten, Med. Schaesburgi Trans.
— — Ioannes Szabó, Oculista I. Regni Hungariae.
— — Fridericus Fabini, Mag. Art. Ocul. et oculista M. Prim. Trans.
— — Antonius Jankovics, Suae Seren. C. R. A. D. Aust. Iosephi Palat. Med. Aulicus Budae.
— — Franciseus Bene, Pestini.
— — Iosephus Wolfstein, una Mag. Chirurg. et Mag. Obstetr. Phys. Honor. Civ. Pest.
— — Valentinus Bagó, Chemiae et Chir. Doct. Pharm. et artis Ocul. et Dentisticae, et Obstetriciae Mag. Debreczini.

Sp. D. Georgius Weszerle, Art. una Obstetr. et Ocul. Mag. Paediatriae, et Gynocologiae in R. Univ. Pest. Lector Pub. Extraord.
— — Alexander Cseresnyés, Med. Doct.
— — Iosephus Cziegler, Med. D. Artis Chirurg. Mag. Budae.
— — Iosephus Brauer, Med. Doct. Artis obstetr. Mag. Pestini.
— — Ignatius Loëblin, Med. D. Budae.
— — Carolus Tóthfalusiy, Med. Doct. Miskolczini.
— — Sigismundus Tessényi, Med. Doct. Pestini.
— — Lud. Theod. Csausz, I. Cot. Békéss. Hon. I. Dominii Gyula Ord. Phys.
— — Ignatius Reisinger, Med. Chir. D. Artis obstetr. Mag.
— — Georgius Stáhli, Med. D. I. Cot. Albaregalen. Phys. Ord.
— — Antonius Fellner, Med. Doct. Civ. Pest. Ord. Phys.
— — Franc. Xaver. Gross, Med. ac Chir. Doct. Artis obstetr. Mag. Pestini.

## Membra Extranea.

D. Ioan. Hen. Ferd. Autenrieth, R. Sc. Univ. Tübing. Cancell. Vicarius.
— Dan. Aug. Ern. Bartel's, Prof. Vratislaviae.
— Frid. Aug. Theoph. Berndt, in reg. lit. Univ. Gryphswald. Prof. P. O.
— Ioan. Iac. Bernhard, M. Duci Vinariae in re sanitatis a Consiliis.
— Ignatius Bischoff, C. R. Cons. et P. O. Prof. Viennae.
— Ioann. F. Blumenbach, Regi Britanniae a Supr. in re medica consiliis.
— Carol. Frid. Burdach, Regi Borussiae a Consiliis Aulicis.
— Car. Iust. Carus, Prof. Dresdae.
— Max. Ios. Chelius, Prof. Heidelbergae.
— Ioann. Chr. Aug. Clarus, Regi Saxoniae a Cons. Aulicis.
— Ioan. Ios. Döllinger, Prof. Monachii.
— Ioan. Erhart de Ehrharstein, C. R. ad Gubernium Tyrol. Consil. rerum Medicarum Referens, et Proto-Medicus Tyrolensis.
— Stephanus Ferenczy, C. R. Gubernial. Consil. et M. Principatus Trans. Proto-Medicus Claudiopoli.
— Ludov. Frid. Froriep, M. Duci Vinariae a Supr. in re medica Consil. intimis.
— Carolus Ferd. a Graefe, Regi Borussiae a Consil. intimis.
— Franciscus de Paula Gruithusen, Prof. Monachii.
— Ioan. Christ. Frid. Harless, Regi Borussiae ab intimis Cons. Prof. Medic. Bonnensis.
— Christ. Hen. Adol. Henke, Regi Bavariae a Cons. Aulicis.
— Car. Frid. Hensinger, in Univ. Marburg. Med. Prof. P. O.
— Carolus Himly, Regi Britan. a Cons. Aulicis.

D. Nicolaus Host, Archiater Suae Caes. R. Majestatis Viennae.
— Chryst. Wilh. Hufeland, Status Cons. Berolini.
— Ios. L. B. a Jacquin, C. R. Act. Reg. Inf. Austr. Cons. et P. O. Prof. in C. Univ. Vindobonae.
— Ioannes Isfordink, C. R. Consil. Aulic. Supr. Castren. Medicus, C. R. Med. Chir. Acad. Josephinae Vindob. Director.
— Frid. Lud. Kreissing, Reg. Sax. a Cons. Aulicis.
— Vincentius Kromholcz, C. R. Prof. Univ. Pragen.
— Carolus Kühn, Prof. P. O. in Universitate Lipsiensi.
— Car. Ioan. Mart. Langenbech, Regi Britan. a Consil. Aulic.
— Franciscus Masock, C. R. Prof. emer. Leopoli.
— Ioan. Frid. Meckel, Regi Borussiae ab intimis in re Med. Cons.
— Lud. Fab. Casp. Mende, Prof. Göttingae.
— Ios. Mosetig. C. R. ad Gubernium Lombar. Cons. et Protomed.
— Ignatius Nadherny, C. R. ad Gubernium R. Bohem. Con. et Reg. Bohem. Protomedicus.
— Frid. Christ. Nase, in R. Univ. Bonn. Med. Prof. P. O.
— Christ. Godofr. Neés ab Eschenbek, Acad. Caes. Leopold. Carolinae Naturae Curios. Praef. Prof. Med. Wratislaviae.
— Fr. de Paula Nob. a Neuhauser. C. R. ad Gubern. Galiciae Cons. Reg. Gal. Protomedicus.
— Chris. Henr. Pfaff, Prof. Kilonii.
— Ioan. Nob. a Raiman, C. R. Actualis Regim. Inf. Austr. Cons. et Archiater Viennae.
— Andreas Röschlaub, Prof. Herbipoli.
— Ioannes Nep. Rust, Regi Boruss. ab intimis in re Medica Consil.
— Ioannes Eques de Scherer, P. O. Prof. Viennae.
— Carolus Schreibers, C. R. Regim. Inf. Austr. Cons. et Museorum rerum Nat. Caesareorum Dir. Viennae.
— Georgius Schübler, Prof. Tübingae.
— Burchard Seiler, Reg. Sax. a Cons. Aulicis.
— Ioannes Chris. Stark, M. Duci Vinaren. a Cons. Aul. et Archiater.
— Ferdinandus Stecker de Sebenicz, C. R. Prof. Leopoli.
— Caietan Textor, Prof. Monachii.
— Fridericus Tiedemann, Prof. Heidelbergae.
— Godef. Rainald, Treviranus.
— Barthol. Tromsdorff, M. Duci Vin. a Cons. Aulicis.
— Lud. L. B. a Türkheim, C. R. Cons. Aulicus, Viennae.

D. Samuel Theophil. Vogel, M. Duci Sverinensi a Cons. Aulicis.
— Phil. Fran. Wilh. Vogt, Prof. P. O. Medic. Giessae.
— Frid. Sig. Voigth, Duc. Saxon. a Cons. Aulicis.
— Phil. Theod. Walther, Regi Borussiae ab intimis in re Med. Cons.
— Ioannes Wendt, Regi Boruss. ab intimis in re Med. Cons.
— Wilh. Rud. Christ. Wiedeman, Prof. Kilonii.
— Ioann. Bernard Wilbrand, Prof. Med. Giessae.
— Iacob Baronetus a Wylie, Archiater Imp. Russ. Act. Int. Stat. Cons. Petropoli.
— Christophorus Zang, C. R. Cons. et P. O. Prof. in C. R. Ioseph. Med. Chir. Acad. Vindobon.

## IV. Philosophicae.

Exc. Ill. ac RR. D. Ignatius L. B. Szepesi de Négyes Ep. Quinqueecclesiensis.
Ill. D. Mathias. Nitray, S. C. et R. M. Cons. Aulicus.
Ill. RR. D. Ios. L. B. Bernáthfi, Can. M. Varad.
Exc. D. Ignatius Iun. L. B. Eötvös Pro-Cancell.
Exc. D. Georgius Majláth, de Székhely, Status et Conferen. Consil.
Ill. D. Franciscus Lang, Cons. Aulicus, Can. M. Varad.
Ill. D. Ioannes Durcsák, El. Ep. Praep. Minor. Agrien.
RR. D. Iosephus Skopecz, Praep. et Can. Agrien.
Ill. RR. Antonius Ocskai, Electus Episcopus, Consil. R. Can. M. Varad.
M. D. Ioannes Markovics, Fac. Iurid. Director, Tab. Regiae Assessor.
Cl. D. Joannes Litrow, in Caes. Univ. Vindobon. Speculae Astronomicae Director, et Astron. Prof.
Cl. D. Georgius Elenyák, e Schol. Piis.
Cl. D. Antonius Feldman.
Sp. D. Ios. Rudics, V. Cot. Bács.
A. R. D. Ioannes Kardos Parochus Sz. András.
Cl. D. Ioannes Berics, ad Reg. Sup. Schol. Gr. n. u. Nation. Inspectoratum Act.
Cl. D. Paulus Nagy, Hist. Prof. Magno-Varadini.
Cl. et A. R. D. Adalbertus Brestyánszky, Math. Prof. Iaurini Ord. S. B.
Cl. et A. R. D. Andreas Nováczky, Orator sacer, et Doctrinae Christ. Prof. Acad. M. Varad.
Cl. et A. R. D. Eugenius Sztrakay, Presb.
Cl. et A. R. D. Ioannes Ágoston, Em. Parochus Sz. Andrásien.
Cl. et A. R. D. Lucas Rosenich, Em. Prof. Hist. Posonii, Parochus, Ord. S. B.
Cl. ac A. R. D. Ioannes Medgyessi, Secret. et Bibl. Ep. Vacien.
RR. D. Emericus Szalay, Can. Veszprim.

Sp. ac Cl. D. Ios. Werner, iam ad Univers. Pest. Philosphiae Prof. P. O.
Cl. ac RR. D. Georgius Andrich, in Lyceo Diak. Prof. P. O.
Cl. D. Athanasius Vlaovich, Paroch. Vet. Becs. Graeci r. n. u.
Cl. D. Michael Barlay, Philos. Theor. et Pract. Prof Cassoviae P. O.
A. D. Franciscus Földvári, Tab. Reg. Assessor.
Cl. D. Ignatius Stáhli, idem qui Medic. Doctor.
Cl. D. Stephanus Horváth, ad Univ. R. H. Actuarius Praesid.
A. R. ac Cl. D. Ioannes Grosser, Praepositus Prov. Scholar. Piar.
Cl. D. Benedictus Nagy, de Vásárhely, Senat. Buden.
Cl. D. Iosephus Krajner, Phil. Prof. emeritus.
Sp. Cl. D. Ludovicus iun. Schedius, Secret. Praesid. Palatin.
Ill. D. Ioannes Comes de Waldstein-Wartenberg, Conc. Aul. Honor.
Sp. D. Iosephus Kováchich, Archivarius Regnicolaris.
A. R. D. Antonius Hoernegger, Archivar. Ep. Vaciens.
Cl. D. Petrus Ioannovics, in Gym. Neopl. Gr. r. n. u. Prof.
A. R. D. Michael Németh, iu Lyceo Agrien. Prof.
Cl. D. Sigismundus Fessel, in Academia Iaurinen. Prof.
A. R. D. Casp. Schneider, in Lyceo Quinqueeccles. Professor.

§. 97. Fundationes ad R. Scient. Univertitatem Hungar. sunt seqq.

1) Iosepho-Mitterpacheriana 200 flor. — Nro 11-mo eius Testamenti constituta. „Pro aegrotis pauperibus Studiosis catholicis Philosophis in Universitate Regia attribuo 200 fl. Rhenenses, qui ad censum elocentur. Participes, ubi convaluerint, ad Sacrum et Rosarium offerendum pro suis benefactoribus adigantur.“ — His accesserunt: fratris RR. D. Ludovici Mitterpacher 650 floreni; 250 item floreni a M. D. Professore ac Consiliario R. Carolo Hadalyi legati in Schedis Valutalibus.

2) Georgii Praiana. Testamenti sui puncto 9-no pro aegrotantibus pauperibus R. Catholicis studiosis in hac Universitate legavit 300. flor. Capitale hoc ad 225 florenos 33$\frac{4}{5}$ xr. V.V. per scalam devalvatum, — percepto annuo censu, quod nullae occurerint erogationes, in sortem etiam elocato, accrevit ad 425 flor. 33$\frac{4}{5}$ xr. — Census iam nunc e praevio capitali pro obventuris nefors erogationibus parato praesto est 107 flor. 33. V. V.

3) Emerico-Kelemeniana; 400 flor. pro sublevandis pauperibus Iuris studiosis huius Universitatis Testamento tenus legantur; — absque discrimine Religionis. —

4) Fundatio praemialis Martino-Schwartneriana, destinata est quaestiones propositas optime resolventibus, consistit in florenis 40. M. C. administratur per Sp. Dominum Hanzeli Advocatum Tabularem.

§. 97. Reliquum est, ut fontes, qui suppetierant exponamus·

1) Necrogologiae Patrum Societatis J. doctrina et literis clariorum in Manuscriptis.

2) Catalogi Societatis Iesu, Provinciae Austriaco-Hungaricae, ab Anno 1722 — 1773.

3) Historia Universitatis Pazmanianae Tirnaviensis, Auctore Fr. Kazi. in 4-to A. 1736.

4) Historia critica Stephani Katona Tom. 42. Bndae.

5) Miklovics, annus secularis Universitatis Tirnaviensis. 1735. 12.

6) Merkur von Ungarn. A. 1786 — 87. M. G. Kovachich.

7) Zeitschrift von und für Ungern, von Lud. v. Schedius. A. 1802. 3. 4.

8) Tudományos Gyüjtemény. Pest. 1817 — 1834.

9) Schematismus Universitatis Regiae Pestanae 1788. 1792 — 1834.

10) Scriptores Piarum Scholar. Alexii Horányi. Partes duae Bud. 1809.

11) Biographien berühmter Zipser, von Jak. Melzer. Kaschau und Leipzig 1733.

12) Catalogi Bibliothecae Universitatis Regiae Pestanae.

13) Catalogi Bibliothecae Musei Széchéniano-nationalis.

14) Status praesens literarum Universitatis Ungaricae, quae Pestini est. Budae 1830. 4.

15) Ephemerides denique publicae: Vindobonen. ac Pestanae.

---

## ADDENDA, ET CORRIGENDA:

Pag. 25. Petrus Pazmány, ex avita, regnoque Hungariae coaeva familia Pasmania, Patre Nicolao (qui anno 1579. Vice Comitis in provincia Bihariensi munus sustinuit) et Matre Margaretha Tholdy, a Marchionibus de Massa oriunda, natus fuerat A. 1570. IV. Octobris (V. Simon. de Keza edit. Podhraszky. I. Schmitth A. Ep. Strigon. P. II. p. 111.) Mature ad Scholas Claudiopolim missus, absolutis in Gymnasio literarum humaniorum disciplinis, cum annum vitae septimum decimum nondum excessisset, Societatem Iesu est amplexus; Cracoviae, in Polonia, per biennium tirocinio vacavit, tum Viennae placita Philosophiae Aristotelicae a Guilelmo Wrigth, natione Anglo, eiusdem ordinis Sacerdote, hausit. Theologiae Romae sub celeberrimis S. J.

Doctoribus Hispanis, Gregorio de Valentia, et Michaële Vasquez, studuit. Philosophia, ac Theologia Graecii tradita, in Patriam reversus a sacris Catholicis alienis, praecipue nobilibus, revocandis curam unice impendit, tricenisque plures familias illustres ecclesiae Romanae reconciliavit. Forgáchius regni Primas ac Cardinalis Apostolicos ipsius labores, eruditionem, atque eloquentiam tanti fecit, ut illum successorem in cathedra Strigoniensi cupiens, vita adhuc Comite Rudolpho II. Regi Hungariae commendaverit. A votis, quibus religioso, cui addictus fuerat, Ordini, auctoritate Pauli V. Summi Pontificis, 15. Apr. 1616 solutus Praepositura de Thurócz est condonatus. Post obitum Forgáchii per Status et Ordines Regni pro Metropoli Strigoniensi expetitus, a Mathia II. XXVIII. eiusdem anni Pragae solenni diplomate renunciatus quoque. Zelo, meritisque ipsius spectatis Urbanus VIII. R. P. agente Caesare, ac Rege Ferdinando II. eundem purpura Romana condecoravit A. 1629. et ecclesiam Huugaricam annis duobus ac viginti moderatus, vitam ad annum aetatis sexagesimum ac septimum gloriose produxit; XIX. Martii 1637. e tussi vehementiore Posonii defunctus. Pacis inter Ferdinandum II. Imp. ac R. H. ac Gabrielem Bethlen Principem repetitim procuratione; Synodis Dioecesanis ac provincialibus iterato celebratis, fundationibus largissimis ac variis confectis, Consiliis, quibus Regem et Regnum servavit, legatione, quam iussu Imperatorio pro Germania obiit, scriptis denique elucubrationibus, quibus religionem est tuitus, clarissimus. Veram ac coaevam eiusdem effigiem, paulo ante mortem Viennae in magnitudine hominis pictam, Museum Nationale possidet. Post obitum Cardinalis haec brevis ei subscripta est biographia:

„Eminentissimus S. R. E. Cardinalis PETRUS PÁZMÁNY, e Societ. Iesu. Editus in lucem Varadini. Prosapia, iam inde a Divi Regis Stephani temporibus illustri. Claudiopolis adolescentem Societati dedit anno 1587. Studuit Aristoteli Viennae Austriae, Theologiae Romae, sub celeberrimis viris, P. Gregorio de Valentia, et Michaële Vasquez, Soc. Iesu Hispanis. Vixit in Societate annos 28. Ad instantiam Ungariae Procerum, Imperatore Mathia II. Rege Ungariae, Archiepiscopus Strigoniensis, et Primas Ungariae anno 1616. Deinde A. 1629. agente Ferdinando II. Caesare, creatus S. R. E. Cardinalis ab Urbano VIII. P. M. — Sanctitate, eloquentia, Zelo, Scientia theologica, libris scriptis, concionibus clarissimus, dictus Cicero Ungaricus. Plenus meritis, ac de haeresi triumphis, Nobilitate Ungariae potissima orthodoxae fidei restituta, obiit Posonii Anno 1637. die 19. Martii.“

Alia eiusdem effigie gloriatur palatium Universitatis Reg. Hungaricae. Archivum Bibliothecae duo eius bireta, nigrum et rubrum, cum multis MSS., in specie: tractatus omnes, quos praelegit, Theologicos possidet.

Edidit omnium primo versionem Thomae a Kempis sub titulo: Kempis Tamásnak a' Kristus követéséről négy könyve. 4. Bécsben 1604. Est opus hoc saepe numero Viennae, Posonii, Cassoviae ac Tirnaviae diversis in formatis recusum.

2) A' mostani támadt uj Tudományok' hamisságának. tiz nyilván való bizonyitásai. 4. Grécz. 1605.

3) Keresztyén Imádságos könyv. 12: Grécz. 1606. Liber hic precatorius est vicibus quatuordecim locis in diversis reinpressus.

4) Felelet a' megdicsőült Szentek' Tiszteletéről a' Gyarmathi Miklós, Helmeczi Prédikatornak, Monoszlói András, Veszprémi Püspök ellen irtt csacsogására. 4. Grécz. 1607. (A. 1617. p. 25. est secunda editio).

5) Mussipom, Posonyban lett Prédikátzió azon napon, mellyben ama tündér módra változó állhatatlanságnak tüköre, Tordai János, Barát, harmadszor kiköltözött a' csuklyából. 4. s. l. 1610.

6) Szent Ignácz élete deákúl és magyarúl. 4. Romában 1610.

7) Tanácskozás, mellyet kellyen a' kölömbözö vallások közűl választani. 8. Posonyban 1611.

8) Egy tudakozó Prédikator nevével iratott öt levél. Fol. Posonyban 1613. Item ibidem recusum anno 1623.

9) Hodaegus, Igazságra vezérlő Kalausz. Fol. Posonyban 1613. Editio altera est aeque Posoniensis de anno 1623. ac tertia de anno 1637. Compendium eius lingva Hungarica edidit Mich. Ambrosowszky Agriae 8. 1760.

10) Logos Alogos (dele, qua errorem typi.) Repetito typo una cum Hodaego. Fol. Poson. 1613.

11) Az igazságnak győzödelme, mellyet Alvinczi Péter tüköréeben megmutatott. 8. Posonyban 1614.

12) Csepregi Szégyenvallas. 8. Prágán 1616.

13) Evangeliumok és Epistolák. 8. Bécs. 1616. Prodierunt etiam postea Posonii, Cassoviae, Tirnaviae, Budae, multoties.

14. Keresztyén felelet a' Szentek tiszteletéről Gyarmathy Miklós ellen. 4. Grécz 1617. Editio auctior, quam fuerit anni 1607.

15) Alvinczi Péter könyvére való válasz. 8. s. l. 1619.

16) Rövid felelet két Kalvinista könyvecskére. 4. s. l. 1620.

17) A' szent Irásról és az Anyaszentegyházról, két könyv. 4. Bécsben 1626.

18) A' setét Hajnal-Csillag után bujdosó Lutheristák' vezérlője. 4. Bécsben 1627. Agriae in eodem formato reinprimi meruit.

19) Acta et Decreta Synodi Dioecesanae Strigoniensis anni 1629. re-

impressa sunt Posonii 1649. et 1667. iussu Georgii Lippai, ac Georgii Szelepcsényi AA. Epp. Strigon.

20) Jó Nemes Váradnak a' farkasok' marása ellen gyenge orvoslása, mellyel gyógyítgattya sebeit Biharvármegyének, és oltalmazza a' Szent Irásról és Ekklesiáról irtt könyveit az Esztergomi Érseknek, Szalay István. 4. Posony. 1630. (Katona loco Szalay legit ubique Sallyai.)

21) Nyolcz okok, miért egy Nemes Ember a' Vallását megváltoztatta. 8. Posony. 1631. (Ujonnan kiadta Kaprinai István azoknak, kik a' halálra vált Jésus Győri Magyar Gyülekezetből. 1759-től fogva mostanáig e' világból kimultak. Nevök lajstromával 12. Győrött 1758. Noviter prodiit itidem Iaurini 12. An. 1772.

22) Epistolas eius Historico-politicas collegit, edidit Iac. Ferd. Miller de Brassó Tomulis duobus. Budae 1822.

P. 28. Idem Martinus Szent-Iványi edidit etiam sequentia: Summarium Chronologiae Hungaricae. Tirn. 1697. 4. Dissertatio I. paralipomenica rerum memorabilium Hungariae. Tirn. 1696. Dissertatio II. paralip. rerum memorab. Hung. 1700. 4. Dissert. de statu vitae futurae. 1702. 4. Oeconomia philosophica. Tirn. 1746. 8. Ephemerides ab A. 1765. usque ad A. 1703. Hungariae et vicinis Provinciis accommodatae. Vien. et Tirn. Quinquaginta rationes et motiva, seu ötven okok és indulatok, miért a' mostani keresztyének közöt lévő vallásokból egyedül a' közönséges Romai vallást kell választani. Tirn. 1702. 12. Négy rövid első könyecskék a' hitben támadott versengésekről. Tirn. 1702. Dissertatio haeresiologico-polemica de haeresiarchis, haeresibus et erroneis in fide dogmatibus ab A. 1600. ad A. 1701. 12. Dissertatio chronologico-polemica, de ortu, progressu ac diminutione schismatis Graeci. Tirn. 1703. 12. Consultatio saluberrima, de reducenda stabili pace in Hungaria, per eiusdem adductionem ad unitatem fidei. Tirn. 1704. 4. Analysis seu resolutio 12. praecipuorum erroneorum dogmatum in fide. Tirn. 1703. 1716. 12. Castigatio illusoria concionis infamis apostatae Meinolphi Wiarts Warburg. Tirn. An. 1704. 12. Cavillationes modernorum acatholicorum Tirnaviae An. 1709. Doctrina fidei christianae ecclesiae primorum 5. Seculorum. Tirnaviae An. 1708. 1717. 12. Forum scrutarium antiquarum haeresum. Tirn. 1707. 1717. Magnum chaos inter Confessionem Augustanam. Tirn. 1704. 1717. Turris Babel. Tirn. 1704. 1717. 12. Dilemmata 12. Responsa non responsa ad 15. dilemmata. Tirn. 1700. 4. Solutiones catholicae 6. praecipuorum fidei dubiorum. Tirn. 1701. 1716. 4. Solutiones non solutiones cuiusdam pastoris Augustani 24. dubiorum. Tirn. 1703. 1717. 12. Lutheranicum numquam et nusquam, seu intricatissima et insolubilis quaestio: „an? et ubi? et quando exstiterit Lutherana ecclesia ante Martinum Lutherum." Tirn. 1702. 1717.

12. Lutheranicum nihil ad rem, nihil ad propositum, seu ludicrae responsiones cuiusdam Lutherani Regiomontani academici ad 15. catholicorum dilemmata, refutatae. Tirn. 1703. 1716. Privata et amica disceptatio unius zelosissimi catholici cum quibusdam DD. acatholicis, congregatis Gyöngyösini, de Societate Iesu in regno Hungariae retinenda. Tirn. 1704. 12. Opuscula polemica simul omnia Tomi II. Tirn. 1718. 4. Appendix, seu dubia cuiusdam evangelici hominis, in sua fide scrupulizantis. — De eodem Martino Szent-Iványi memorabile admodum est, ipsum fuisse auctorem Ephemeridum Latinarum primarum, quae in Hungaria scriptae sunt, et ab anno 1675. usque 1703. partim Tirnaviae, partim Viennae, partim alibi tacito nomine sunt excusae.

Pag. 40: De Gabriele Hevenesi notatum reperimus, ipsum in Miczke (Miske) Comitatus Castriferrei natum fuisse.

Pag. 44: Linea 4-ta ab infra: pro doctrina: l. doctrinae.

Pag. 45: Linea 1-ma lege: linguarum.

Pag. 81: Maximilianus Hell, natus est anno 1720. XV. Maii; obiit 1792. XIV. Aprilis et sepultus Enzerdorfii prope Viennam. In MS. reliquit: Expeditionem literariam ad Polum arcticum; in qua sententiam suam una promsit de linguae Hungaricae cum Finnica et Laponica affinitate. Hanc cum aliis reliquis a Barone Penkler, denati amico, et fautore obtentam, Georgius Baro Münch-Billinghausen, Instituto Astronomico Vindobonensi donavit. Vid. Hells Reise nach Wardoe — v. C. L. Littrov. Vien. 1835. 8.

Pag. 86: Iosephus Rajnis obiit A. 1812. XXIII. Sept.

— — David Szabó obiit 1819. XXII. Novemb.

Pag. 88: Pro nostra lege: nostras.

Pag. 90: Pro. S. J. lege S. P.

Pag. 140. Alber lege: Scholarum Piarum.

Pag. 142. Adamus Brezanóczi obiit An. 1833. II. Martii. Aetatis 82.

Pag. 151. Daniel Kmeth, patria Brezno-Banyensis, tyrocinium Scholarum Piarum Trenchinii emensus, Carponae ac Ginsii scholas Grammaticas docuit; ad doctoratus Philosophiae gradum evectus, altiori iussu studiis ac praxi Astronomicis ad Speculam Astronomicam Budae semet tradidit, ac dato examine Adiunctus denominatus. Observationes indefessa contentione, frequentibus vigiliis curavit. A. 1823. auctoritate Regia Cassoviam ad Mathesim publice profitendam translatus, partis brevi tempore insignibus meritis XX. Iunii A. 1825. decessit aetatis anno quadragesimo tertio. Conscripsit et in lucem edidit opera: Observationes Astronomicas in nova Specula montis Gerardi institutas et in calculum revocatas. Item: Astronomiam popularem in eorum usum, qui sine graviori calculo hac scientia delectantur. Budae 1823. 8.

# DOCUMENTA.

## Nro I.

### *Antiquissimi Studii generalis Veszprimiensis indicia.*

Ladislaus, Dei gratia, Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex. — Noticie pateat universorum, quod in Veszprimiensi Civitate, a tempore, quo in Hungaria (fides coepit) Catholica Dei dono, liberalium arcium studia, per que mandata maxime divina manifestius declarantur, prout Parisiis in Francia, doctrine Docentium preeminencia, et copiosa discentium frequencia (pre totius) Regni Hungarie Ecclesiis fama florida crebrescente celebritate hactenus corruscavit, et cultus iusticie ad Regni iura conservanda inibi obtinuit principatum; civitate exagitata sepius in lucem fulgidam (emersit continue), nunc malignitate persecutionum eiusdem Ecclesie faciente, pene radicitus fuerat (reducta) in cinerem et favillam. Cuius nos destruccioni et vastationi miserande compassione condescendere cupientes, eiusque (Reflorescentiam) industria omni assequi ex animo aspirantes, ut ibidem studium, quod hactenus, floruerat reformetur, et cultus iusticie, divineque laudis organa, que suspensa fuerant, restaurentur; porcionem tributi, quam in Fuk Comes Symigiensis percipere consueverat usque modo, eidem Vesprimiensi Ecclesie in sue desolacionis remedium et ruine, de nostre gracie plenitudine, duximus conferendum perpetuo, irrefragabiliter possidendam. In cuius rei memoriam etc. Datum per manus ven. viri, Magistri Benedicti, Sancte Strigonien Ecclesie Electi, Prepositi Budensis, aule nostre Vice-Cancellarii, — anno Domini MCCLXX. Sexto. XIV. Kalend. Decem. Indiccione IV. Regni autem nostri anno V."

E Cod. Dipl. tomi V. vol. II. p. 347—8

## Nro II. *a*)

### *Documenta Studium generale Quinqueeccles. respicientia.*

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. In supreme dignitatis apostolice specula, licet immeriti, disponente Domino constituti, ad universas fidelium regiones eorum profectus et commoda tanquam universalis gregis Dominici Pastor commisse nobis speculationis aciem quanto nobis ex alto permittitur exten-

dentes fidelibus ipsis ad querenda litterarum studia, per que Divini Nominis, sueque fidei catholice cultus protenditur, iustitia colitur, tam publica quam privata res geritur utiliter, omnisque prosperitas humane conditionis augetur, libenter favores gratiosos impendimus, et opportune commoditatis auxilia liberaliter impertimur. Cum itaque, sicut nuper pro parte carissimi in Christo filii nostri Ludovici Regis Hungariae Illustris fuit propositum in consistorio coram nobis, ipse Rex non solum ad utilitatem et prosperitatem huiusmodi reipublice, et incolarum regni sui Ungarie, sed etiam aliarum partium vicinarum laudabiliter intendens, in civitate Quinque Ecclesiensi, in Regno praedicto consistente, tanquam insigniori, et magis ad hoc accomoda et idonea, plurimum desideret fieri et ordinari per sedem Apostolicam studium generale in qualibet licita facultate, ut ibidem fides ipsa dilatetur, erudiantur simplices, equitas servetur iudicii, crescat racio, et intellectus huiusmodi augeatur. Nos praemissa, ac etiam eximiam fidei puritatem, quam tam ipse Rex et progenitores sui, Ungarie Reges, quam eiusdem Regni incole ad sanctam Romanam Ecclesiam gessisse, prout ipse Rex et incole gerere dignoscuntur, attente considerantes ferventi desiderio ducimur, quod Regnum ipsum scientiarum muneribus amplietur, fiatque litterarum fertilitate fecundum, et viros producat consilii maturitate conspicuos, virtutum redimitos ornatibus, ac diversarum facultatum dogmatibus eruditos, sitque illi scientiarum fons originis. (l. irriguus) de cuius plenitudine hauriant universi litterarum cupientes imbui documentis, hys igitur omnibus et praesertim ydoneitate dicte civitatis, que ad multiplicanda doctrine semina et germina salutaria producenda magis accomoda et idonea inter alias civitates dicti regni fore dicitur, diligenti examinatione pensatis, non solum ad ipsorum Regni et Civitatis, sed etiam regionum circum iacentium Incolarum commodum et profectum paternis affectibus anelantes, dicti Regis in hac parte supplicationibus inclinati, de fratrum nostrorum consilio statuimus, ac etiam ordinamus, ut in dicta civitate Quinque Ecclesiensi de cetero sit studium generale, ibique (l. illudque) perpetuis temporibus inibi vigeat tam in iuris canonici et civilis, quam alia qualibet licita, praeterquam in Theologia, facultate, et quod legentes et studentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus, concessis Doctoribus, legentibus et studentibus commorantibus in studio generali, gaudeant et utantur, quodque illi, qui processu temporum bravium fuerint in illa facultate, in qua studuerint, asseculi, sibique docendi licentiam, ut alios erudire valeant, ac Doctoratus, seu Magisterii honorem petierint elargiri, per Doctores, seu Doctorem, et Magistros seu magistrum illius facultatis, in qua examinatio fuerit facienda, episcopo Quinque Ecclesien. qui pro tempore fuerit, vel Ecclesia Quinque Ecclesien. pastore vacante, vicario, seu officiali dilectorum filiorum Capituli ipsius Ecclesie presententur, idem quoque Episcopus, aut vicarius seu officialis doctoribus et magistris in eadem facultate actu inibi regentibus convocatis, illos in hys, quae citra promovendos ad doctoratus, seu magisterii honorem requiruntur per se vel per alium iuxta modum et consuetudinem, que super talibus in generalibus studiis observantur, examinare studeat diligenter, eisque, si ad hoc sufficientes et idonei reperti fuerint, huiusmodi licentiam tribuat, et doctoratus seu magistery conferat honorem. Illi vero, qui in eo dein studio dicte civitatis examinati et approbati fuerint, ac docendi licentiam et honorem huiusmodi obtinuerint, ut est dictum, ex

hinc absque examinatione et approbatione alia regendi et docendi tam in civitate praedicta, quam singulis aliis generalibus studiis; in quibus voluerint legere, docere, statutis et consuetudinibus quibuscunque contrariis, apostolica, vel quacunque firmitate alia vallatis, nequaquam obstantibus, plenam et liberam habeant facultatem. Volumus autem, quod magistris et doctoribus, qui in huiusmodi legent studio, per regem ungarie pro tempore existentem in competentibus stipendiis provideatur, alioquin praesentes littere nullius sint roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis, ordinationis, et voluntatis infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Viterbii Kal. Septem. Pontificatus nostri anno V."

E Regestro anni V. folio 68. t. eruit Iosephus Koller, Hist. Epp. Quinque Eccles. Tom. III. p. 96. et sqq. Confer, si placet, bullam erectionis studii generalis Vindobonensis biennio ante ab eodem Papa editam, quam refert Ad. Fr. Kollarius Anal. Monum. omnis aevi Vindobon. Tom. I. p. 54. iisdem, quatenus licuit, verbis conceptam, et nihilo maiora Vindobonensi, quam Quinque Ecclesiensi studio privilegia ab Urbano V. concessa fuisse reperies. Acta haec sunt Viterbii, quo Pontifex Avennione discesserat, ac mox XVI. Oct. Romam concessit.

## Nro I. *b*)

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Carissimo in Christo filio Ludovico Regi Ungarie Illustri Salutem et Apostolicam benedictionem. Decet Regiam Celsitudinem non solum ea, quae per ipsam in favorem et utilitatem Reipublice liberaliter conceduntur, observare, sed etiam illam gratiarum muneribus ampliare. Cum itaque nuper tu ad utilitatem huiusmodi, nec non prosperitatem Regni tui Ungarie et aliarum partium vicinarum laudabiliter intendens Civitatem Quinque Ecclesien. tamquam insigniorem aliis Civitatibus dicti Regni, et magis accommodam et ydoneam, ut in ea vigeat studium generale qualibet licita facultate duxeris ordinand., ac omnibus et singulis Doctoribus Magistris et Scolaribus eorumque familiaribus ad Civitatem predictam se causa studii huiusmodi se transferentibus et ibidem morantibus nonnulla certa privilegia duxeris liberaliter concedenda, prout in patentibus litteris tuis inde confectis tuoque magno Sigillo impendenti munitis plenius continetur. Nos deinde ad commodum et profectum Incolarum et Regni predictorum affectibus anelantes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati ex fratrum nostrorum Consilio per alias nostras litteras duximus statuendum, ac etiam ordinandum, ut in dicta Civitate huiusmodi studium existeret generale, illudque perpetuis temporibus inibi vigeret tam in Iuris Canonici et Civilis, quam alia qualibet licita, preterquam in Theologica, facultate, et quod legentes et studentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus et immunitatibus concessis Doctoribus legentibus, studentibus, commorantibus in studio generali gaudeant et utantur, quodque Episcopus Quinque Ecclesien. qui pro tempore fuerit, vel Ecclesia Quinque Ecesesien. pastore carente

Vicarius seu Officialis dilectorum filiorum Capituli ipsius Ecclesie promovendos in dicta Civitate ad Doctoratus seu Magisterii honorem in illa facultate, in qua fuerit examinatio facienda, iuxta modum et consuetudinem in talibus observatos examinare studeat diligenter, eisque, si ad hoc sufficientes et idonei reperti fuerint, docendi licentiam tribuat et honorem huiusmodi concedat, ac volumus, quod Magistris et Doctoribus, qui in huiusmodi legunt studio, per Regem Ungarie pro tempore existentem, in competentibus stipendiis provideatur. Alioquin prefate nostre Littere nullius essent roboris vel momenti, prout in eisdem nostris litteris plenius continetur. Cupientes igitur, ut tam incole, quam alii praedicti in eadem Civitate causa huiusmodi studii moraturi utilius prosperentur, volumus, ac serenitatem tuam, quam votis nostris conformem speramus et credimus in hac parte, rogamus et hortamur attente, quatenus omnia et singula privilegia huiusmodi per te, ut premittitur, concessa ratifices, et confirmes, et si expediens fuerit, alia de novo Doctoribus Magistris et Scolaribus huiusmodi regia liberalitate concedas, illaque tam concessa, quam concedenda studeas observare, et facias ab aliis, prout honoribus convenit, inviolabiliter observari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Viterbii 4. Non. Septembris Pontificatus nostri Anno 5. —

E Reg. An. V. pag. 68. Privilegium Ludoviceum desideratur. Non modicum ad erigendam hanc Academiam censemus contulisse Wilhelmum loci Episcopum, qui primos in ea gradus litterarios contulerat. Palma ed. III. p. 54.

### Nro II. *c*)

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Galvano Bethini de Bononia Civi Bononien. Decretorum Doctori salut. et apostolicam benedictionem. Litterarum scientia, vite ac morum honestas, aliaque probitatis etiam virtutum merita, super quibus apud nos fide dignorum commendaris testimonio, nos inducunt, ut petitionibus tuis favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper tua petitio continebat, quod olim ven. frater noster Wilhelmus Episcopus Quinque Ecclesien. diligenter attendens, quod tu, qui in studio Quinque Ecclesien. iura Canonica tunc actu legebas, sibi et suae Quinque Ecclesien. Ecclesie multa grata servitia impenderas, et impendebas, ac impedere poteras, et alias in dand. consiliis, et prelegendo in dicto studio eras quam plurimum utilis, et etiam opportunus, tibi provisionem annuam trecentarum marcharum argenti, seu sexcentorum flor. auri percipiendam et habendam per te insuper bonis ad mensam episcopalem Quinque Ecclesien. spectan. tibique in certis terminis persolvendam constituit, et etiam deputavit. Et quod nihilominus, villam de Yruch Quinque Ecclesien. diac. et domum quam in Civitate Quinque Ecclesien. inhabitas confrontatam ab una cum iuribus dilecti filii Saraceni de Padua, et ab alia cum domo dicti filii Iohannis Camerarii, et ab alia cum hospitio dilecti filii Pesch . . . Cerdonis Quinque Ecclesien. et ab alia partibus cum hospitio dilecti filii Stephani Archidiaconi de Tunna in eadem Ec-

clesia ad mensam predictam pleno iure spectantes cum omni temporale iurisdictione ac fructibus decimarum dicte Ville, qui, ut asseris, summam septuaginta flor. auri non excedunt annuatim, et omnibus aliis iuribus, et pertinentiis suis tibi huiusmodi iura Canonica legendo in dicto studio, ac tuis heredibus, et successoribus imperpetuum de dilectorum filiorum, Capituli Ecclesie Quinque Ecclesien. consilio et assensu concessit, et donavit, si tamen ad hoc Romani Pontificis accederet auctoritas et consensus, prout in quibusdam patentibus litteris dictorum Episcopi et Capituli sigillis munitis plenius continetur. Quare nobis humiliter supplicasti, ut constitutioni, assignationi, donationi predictis robur apostolice firmitatis addicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur intendentes te, pro quo etiam dicti Episcopus et Capitulum nobis super hoc humiliter supplicarunt, premissor. intuitu favore prosequi gratioso, huiusmodi ac tuis supplicationibus inclinati constitutionem, deputationem, concessionem, et donationem predictas, ac omnia alia inde rite secuta, quamdiu vixeris, valere volentes, illa quoad vixeris, ut prefertur, auctoritate apostolica approbamus et confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnem defectum, si quis forsan intervenerit in eisdem, de apostolice plenitudine potestatis, nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Dat. apud Villam novam Avinion. Dioc. 2 Kal. Oct. Pontif. nostri Anno II.

E Reg. anni II. Bull. et indult. p. 122. Tercentae marcae nostra moneta 7200 fluos nunc efficerent; — quantum tunc scientiarum pretium! quam liberale Doctorum stipendium! Neque nunc deessent Marones, si non deessent Maecenates" Subdit Katona H. Cr. tom. IX. p. 549.

## Nro II. *d*)

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis universis Doctoribus Magistris et Scolaribus studii Quinqueecclesien. Salutem et Apostolicam benedictionem. Litterarum studio insistentes ac honestatis et scientiae meritis placere studentes libenter prosequimur apostolice gratie munificentia speciali, ut dum votiva perceptione bonorum conspecxerint se refectos, virtutum adiectione continua se reddere studeant insignitos. Hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati Universitati vestre tenore presentium indulgemus, ut vos, et quilibet vestrum usque ad quinquennium a data presentium computando Quinqueecclesien. studio litterarum insistendo fructus, redditus et proventus vestrorum beneficiorum Ecclesiasticorum, que in quibusvis Ecclesiis sive locis obtinetis, et infra dictum quinquennium vos et vestrum singulos obtinere continget. cum ea integritate, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, libere percipere valeatis, cum qua illos perciperetis, si in eisdem Ecclesiis personaliter residentiam faceretis. et ad residendum interim in Ecclesiis ipsis minime teneamini, nec ad id a quoquam inviti coarctari possitis, non obstantibus si aliqui vel aliquis vestrum in eisdem Ecclesiis non feceritis primam personalem residentiam consvetam, nec non quibuscunque statutis et consvetudinibus earumd. Ecclesiarum contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, etiamsi de illis servandis et non impetrandis litteris Apostolicis contra ea, et; ipsis litteris non utendo, etiam ab alio vel

aliis impetratis, seu alias quovismodo concessis per vos vel Procuratores prestiteritis vel imposterum prestare vos contingat forsitan iuramentum, seu si locorum ordinariis a sede apostolica sit concessum vel imposterum concedi contingat, quod canonicos et personas dictarum Ecclesiarum per subtractionem suorum proventuum Ecclesiasticorum vel alias compellere possint ad residendum personaliter in eisdem, aut si prefatis ordinariis et dilectis filiis Capitulis earumd. Ecclesiar. vel quibusvis aliis communiter vel divisim a prefata sit sede indultum, vel imposterum indulgeri contingat, quod canonicis et personis earumdem Ecclesiarum non residentibus in eisdem, vel qui primum in eis residentiam non fecissent, fructus redditus et proventus beneficiorum suorum Ecclesiasticorum ministrare minime teneantur, et ad id compelli non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indultu huiusmodi mentionem, et quibuslibet privilegiis, et indulgentiis ac litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quae effectus presentium impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Proviso, quod beneficia huiusmodi debitis interim non fraudentur obsequiis, sed per bonos et sufficientes vicarios, quibus de beneficiorum ipsorum proventibus necessaria congrue ministrentur, deserviatur inibi laudabiliter in divinis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Avinion. XVII. Kal. Febr. Pontif. nostri anno 6.

E Regest. Anni VI. diversorum folio 478.

## Nro III.

### *Documentum Studii Vetero-Budensis.*

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei. Dilecto filio Lucae, electo Cenadiensi, Salutem et Apostolicam benedictionem. Tuae devotionis exigentibus meritis inducimur, ut in iis, quae tibi oportuna fore conspicimus, quantum cum Deo possumus. favorem benevolum impendamus. Hodie siquidem Ecclesiae Cenadiensi Pastore carenti, de persona Tua nobis, et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorumdem consilio, auctoritate Apostolica duximus providendum, praeficiendo te illi in Episcopum et Pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Nos igitur volentes eandem personam tuam favore prosequi gratioso, Tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut Praeposituram Ecclesiae S. Petri in Veteri Buda, Vesprimien. Dioecesis, quae dignitas unica et principalis in dicta Ecclesia S. Petri existit, ad quam consvevit quis per electionem assumi, quam obtines, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, quoad vixeris, una cum praedicta Cenadiensi vel alia Ecclesia, ad quam forsan Te transferri contigerit, etiam post munus consecrationis a te suscipiendum seu lapsum temporis de consecrandis Episcopis a Canonibus definiti retinere, et eiusdem Praepositurae fructus, redditus et proventus percipere, et officium cancellariae studii dicti oppidi Veteris Budae, exercere licite valeas non

obstantibus, quod in aliqua facultate Doctor non existas, ac Lateranensis Concilii, et aliis constitutionibus ipsius Ecclesiae S. Petri, et aliis contrariis, etiam iuramento, firmatione Apostolica, et quacunque firmitate alia roboratis statutis et consvetudinibus, quibuscunque, Devotioni tuae tenore praesentium indulgemus; proviso, quod praepositura ipsa debitis non fraudetur obsequiis, et animarum cura in ea nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam indulti nostri infringere, vel ei ausu temerario contravenire. Si quis autem hoc attentare praesumserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud S. Petrum, secundo nonas Octobris Anno sexto.

Bull. Bonif. IX. p. CXXXI.

## Nro IV.

### *Documenta, quae ad Historiam Academiae Posoniensis spectant.*

*a*) Joannes Vitéz Archi Episcopus Strigoniensis Academiam Posoniensem Urbis Magistratui commendat Anno 1467.

Joannes miseracione Divina Archi Episcopus Strigoniensis, locique eiusdem Comes perpetuus, Primas hungarie, et Apostolice sedis legatus natus, Prudentibus viris Magistro civium Iudici ac iuratis civibus civitatis Posoniensis salutem. Credimus vos non ignorare, quod ex concessione sedis Apostolice, et voluntate serenissimi Domini nostri Regis institutum sit studium generale in illa Civitate, et ob eam causam de voluntate Domini nostri Regis transmisimus hinc doctores, ante omnia venerabilem fratrem Iohannem doctorem decretorum, et Magistrum sacre Theologie, et item magistrum Martinum, doctorem arcium, praeterea magistrum Petrum doctorem arcium et medicine, ut iam Domino annuente, in illa universitate, id, quod institutum est, execucioni demandetur, incipiantque lecciones. Brevi etiam temporis venturi sunt et alii doctores, pro quibus conducendis partim ad Italiam, partim ad Franciam misimus; quapropter rogamus vos, et ex potestate domini nostri Regis requirimus, quatenus, dum in medium vestri pervenerint, excipiatis eos cum honore, et pertractetis reverentes et cum magna humanitate, nec permittatis illis a quopiam impedimentum dari, sed prout libertas a sede Apostolica illi universitati data et concessa exigit, ipsos et omnes alios doctores et scholares in cetum et numerum illius universitatis venturos, defendatis et tueamini contra quoslibet impetitores. Datum Strigonii sabbato proximo post festum divisionis Apostolorum, Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

Autographum est in Tabulario Urbis Posoniensis. Lad. XXIII N. 27. Vulgarunt Georg. Belnay Hist. Litterar. Bonarumque artium in Hungaria in 8. Poson. 1799. pag. 37. et Georg. Gyurikovics Hesperus XXVIII. Band 1821. Jahrgang Beylage. 167. Seite.

*b*) Idem Archi Episcopus Posonii in gratiam universitatis, Vicariatum erigit Anno 1469.

Joannes Dei et Apostolice sedis gracia Archi Episcopus Strigoniensis, locique eiusdem Comes perpetuus, Primas Hungarie, et eiusdem sedis Apostolice legatus natus.

Notum facimus omnibus subditis nostris, sub iurisdictione nostra Dioecesana constitutis, cuiuscunque conditionis et dignitatis existant, quod nos multis respectibus, ac rationabilibus et canonicis ex causis moti, precipue autem cupientes providere utilitati, indemnitati, ac saluti nonnullorum subditorum nostrorum, qui a sede nostra longo spacio terre distare videntur, parcereque volentes illorum laboribus et expensis, quos iniuriam pati, vel iura sua vindicare velle contingeret; preterea pro commodo, et meliori ac salubri statu Venerabilium doctorum, nec non Magistrorum et studentium in hac Universitate studii generalis Hystropolitani de novo instituti, pro tempore commorancium, ne iidem relictis studiis eorum in casibus, vel causis emergentibus, ad nos, seu sedem nostram semper recurrere cogantur, confisi de prudentia, legalitate et integritate Ven. Fratris nostri Georgii Prepositi huius Ecclesie Posoniensis, sive Hystropolitane, Vice-Cancellarii eiusdem studii generalis, eundem, matura deliberatione prehabita, in officialem, seu vicarium in spiritualibus, tam in foro consciencie, quam in contencione, quoad ipsam Ecclesiam Posoniensem, sub metis et terminis infra denotatis, elegimus, fecimus, et constituimus per praesentes, dantes et concedentes eidem plenam auctoritatem, quae similibus officialibus de iure dari et concedi consvevit, in omnibus casibus, et causis spiritualibus tam civilibus, quam criminalibus cognoscendi, iudicandi, processus iuridicos faciendi, sententias fulminandi, de criminibus inquirendi, divini cultus defectus et negligentias, et vitas vitiosorum reformandi, et si opus fuerit, castigandi, sententias interlocutorum definitivas, penales, et privationis ferendi, latasque execucioni demandandi, si modo non fuerit ab huius modi sententiis, vel aliqua earum, iuridice ad sedem nostram appellatum, cui quidem appellationi, cum de iure facta fuerit, in omni casu, et causa deferre teneatur, aliaque omnia, et singula faciendi, et agendi, et consequendi, que ad huiusmodi officium quomodolibet, de consvetudine bona, vel de iure spectare debent, et possunt. Termini autem, seu mete iurisdictionis sue sint in superiori Dioecesi nostra, quam fluvius Wagh, ab alia parte inferiori disterminat, ita, quod incipiat iurisdictio ipsa a flumine Wagh secundum fluxum eius, usque ad Danubium, et tendat usque ad metas Moravie, ac deinde secundum cursum fluvii Morva sub castro Teben in Danubium cadit. In Insula autem Challokeoz ipsa iurisdictio in tantum se extendat, quantum protenditur Iurisdictio Archidiaconatus Posoniensis. Quo circa vobis honorabilibus fratribus nostris capitulo dicte Ecclesiae Posoniensis, seu Hystropolitane, omnibus Vice-Archi-Diaconis nostris, Plebanis, ac Ecclesiarum parochialium quarumcunque Rectoribus, item cunctis Nobilibus, ac toti populo, et universe plebi Dioecesis nostre, sub prefatis terminis, ac metis inclusis, harum serie firmiter precipimus et mandamus: quatenus a modo in posterum, prefato Georgio Praeposito, Vicario et officiali vestro, in omnibus negociis et causis, secundum formam supra dicte institutionis, et dispositionis nostre, tanquam Iudici vestro ordinario obedire et obtemperare, iudicioque eiusdem astare, ac in singulis casibus, et causis, tam in foro consciencie, quam in contencioso ad eum accedere, et recurrere debeatis, nos enim, quos rationabiliter ligaverit, vel solverit, vel quos, iuris ordine servato, iudicaverit, omnes sententias, quas rite et iuste tulerit, ratas habebimus et faciemus, auctore domino, inviolabiliter observari, quam quidem iurisdictionem et dispositionem nostram pro

futuris temporibus etiam ad successores dicti Domini Georgii Prepositi, videlicet ipsius Ecclesie Posoniensis, pleno iure extendi volumus, dummodo iurisdictione sibi in hac parte collata non abutatur. Datum in dicta Civitate Posoniensi, sive Hystropolitana, die vigesima sexta mensis Aprilis, Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Originale habet Tabularium Regni Primatis.

## Nro IV. 3.)

*Confirmationales eiusdem Academiae Istropolitanae.*

3) Paulus Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus, Archi Episcopo Strigoniensi, ... Episcopo Quinqueecclesiensi salutem et Apostolicam benedictionem. Romanus Pontifex celestis regni claviger et Christi Vicarius provide considerans, quod per litterarum studia profugatis ignorantie tenebris commoda tam privata quam publica, spiritualia et temporalia proveniunt Universo, divinus cultus et fides Catholica augentur, animarum saluti consulitur, insurgentes controversiae deciduntur, pax et tranquillitas terris conservatur, equum ab iniquo cernitur, non immerito illustrium personarum supplicationibus pulsatus illorum votis annuit, per que tanta bona cunctis provinciis fidelibus succedunt, et litterarum studio vacare desiderantium statui et necessitati providetur. Sane exhibita nobis nuper pro parte charissimi in Christo Filii nostri Mathiae Regis Hungariae illustris petitio continebat, quod in Regno Hungariae licet amplo et fertili non viget aliquo modo studium generale, propter quod nonnulli ipsius Regni Incolae, qui ingenio pollent, et litterarum studio apti existunt, eorum paupertate, ac itineris longitudine, viarum discriminibus, ac idiomatum difficultatibus causantibus, sepe ad loca, in quibus studia generalia vigent, se transferre omittunt, in non modicam Universalis Ecclesiae, eiusdem Regni, et Christianae Religionis, quae praesertim in partibus illis, infidelibus contiguis, viris litteratis noscitur indigere, praeiudicium et iacturam. Quare dictus Rex nobis duxit humiliter supplicandum, ut in eodem Regno generale studium erigendi, et alias in praemissis providendi facultatem concedere dignaremur. Nos igitur, qui nostris temporibus ubique litterarum studia florere ad ipsius fidei robur intentis desideriis affectamus, huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati vestrae in aliqua ex Civitatibus, sive aliquo ex oppidis eiusdem Regni, quam seu quod ipse Rex ad id aptam seu aptum duxerit, eligendam seu eligendum, studium generale cum quibuscunque facultatibus, etiam cum Cancellaria, ac Salarii deputatione inibi pro tempore legentium, erigendi, et constituendi, nec non statuta, consvetudines, ac eruditiones opportuna ad instar studii Bononiensis faciendi, et ordinandi, dummodo eadem statuta, postquam edita fuerint, prius nobis praesententur, et illorum confirmatio a nobis, et sede Apostolica impetretur, ac Cancellario eiusdem studii pro tempore personas idoneas, et bene meritas ad singulos gradus, ad quos provehi meruerint, promovendi, gradusque illos, illorumque insignia exhibendi, ac alia ad officium Cancellarii spectantia ad instar Cancellarii studii Bononiensis huiusmodi agendi, aliaque omnia et singula circa haec necessaria faciendi, et exequendi Apostolica auctoritate tenore

praesentium licentiam concedimus, pariter et facultatem, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, quarto decimo Calendas Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

## Nro IV. 4)

4) Paulus Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis, Praeposito, et Capitulo Ecclesiae Sancti Martini Histropolitani, Strigoniensis Dioecesis salutem et Apostolicam benedictionem. Exposuit vestrae devotionis sinceritas, ut tam vos, quos speciali gratia prosequimur, quam Ecclesiam Vestram dignis honoribus attollamus. Hinc est, quod nos consideratione charissimi in Christo Filii nostri, Mathiae Regis Hungariae illustris, asserentis, quod oppido Histropolitano propter studium generale ibidem nuper erectum, et Vestrae Ecclesiae plurimum afficitur, nobis super hoc humiliter supplicantis, ac vestris in hac parte supplicationibus inclinati: ut tu Praeposite, et successores tui Praepositi dictae Ecclesiae, qui pro tempore fuerint, mitra, baculo, annulo, et aliis Pontificalibus insigniis libere, et licite possitis uti. Nec non, quod in dicta et aliis Ecclesiis sive Capellis eidem subiectis benedictionem solennem post Missarum, Vesperarum, et Matutinarum solennia, dummodo in benedictione huiusmodi aliquis Catholicus Antistes, vel Apostolicae Sedis Legatus praesens non fuerit, elargiri possitis. Felicis recordationis Alexandri Papae IV. Praedecessoris nostri, quae incipit: Abbates etc. et aliis quibuscunque constitutionibus Apostolicis in contrarium editis nequaquam obstantibus, vobis, et eisdem successoribus authoritate Apostolica de speciali gratia tenore praesentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae Concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc adtemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum, Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo, quadringentesimo, sexagesimo nono, idibus Augusti, Pontificatus nostri anno quinto. Sigillum (L.S.) Plumbi.

E bullario magno.

## Nro V.

### *De Bibliotheca et Academia Corviniana.*

Iohannis Alexandri Brassicani Inclyti, Epistola.

(Praefixa Salviano ab ipso edito Basil. 1530, ut et editioni Salv. Norimb. a. 1623.)

Quod Marcus ille Antoninus Imperator, cognomento Pius et Philosophus de se ipso scribit: Ἄλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι δὲ ορνέων, ἄλλοι ϑηρίων ἐρῶσιν, ἐμοὶ δὲ βιβλίων κτήσεως ἐκ παιδαρίυ δεινὸς εντέτηκε πόϑος: Hoc ego de me, quamlibet infimo homine, citra omnem in-

vidiam dicere possum: quippe qui a puero nihil vel honestius aestimarim, vel antiquius duxerim, quam optimos quosque libros, et praecipue veteres scriptores nondum in lucem editos quanta diligentia possem, conquirere, ac a situ tenebrisque vindicare. Nam cum hoc munere summi quondam et potentissimi quique reges et mirifice delectati, et egregie perfuncti fuerint, ut de Polycrate Samio, Pisistrate Atheniense, Nicocrate Cyprio, Pergami compluribus regibus, ac Ptolomeo Philadelpho, Strabo et Athenaeus scripsere, cuinam officio me rectius addicere (neglecta etiam interea re familiari) potuissem, quam in eam curam incumbere, quam iam olim principes nostri (atque utinam non alia etiam aeque bonis regibus ornamento futura) desertam reliquerunt: atque ita superiore aetate complures magni ac eruditi viri, e quorum numero primas habent Rodolphus Agricola Phrysius, Janus Pannonius Episcopus Quinque Ecclesiarum, Joannes Trithemius Abbas, Conradus Celtis poeta, Joannes Cuspinianus Caesari a consiliis, tametsi reges non essent, (id quod neminem istorum optasse scio) quod tamen ab illo secundum atque proximum est, prorsus regis officio Rempublic. literariam in antiquis scriptorum monumentis investigandis ac servandis plurimum adiuvarunt. Sic Joannes Capnion Phorcensis noster (ut hoc obiter adiiciam) cum aliquando Eberardi Barbati principis Wirtenbergensis nomine (eius, qui postea ab inculpata vitae integritate, morumque pulcherrimis ornamentis, Probi cognomen obtinuit) ad invictissimum Caesarem Friderichum III. cum aliis quibusdam amplissimis viris legatus venisset, et ut fieri consuevit, aliis mire splendida lautia, ut vocant, nimirum aut equi pulcherrime instrati, aut aureae phialae, aut reliqua id genus dono darentur, hic Capnion antiquissima quaedam et bene descripta hebraica Biblia, quam vel immensum auri pondus a Caesare accipere maluit. Quamquam autem eiusmodi antiquissimorum scriptorum gemmae raro aut nunquam venales habeantur, quibus ego aut quisquis ille tandem est, qui vere regium hoc munus accipiens, (arripiens) Bibliothecam suam ornare, simul et universum orbem sibi devincire cupiat: accessit tamen aliunde et nihil mihi tale speranti praesidium incomparabile, quod hoc quicquid est incommodi, cum ipso, quod aiunt, horreo sarciret. Nimirum amplissima praestantissimorum hominum autoritas atque dignitas, qui me, si quando se se dabat opportuna occasio (oblata est autem tam in legationibus, quam in aliis honorificis profectionibus non semel) in consequendis iis unionibus valde quam benigniter adiuvarunt. Sic gratia, sic favore consecuti sumus, quod nulla pecunia, quae alias nihil non expugnat, perfici poterat. Qui enim alias impendiorum ratio mihi constitisset, si tantum numorum mihi fuisset expendendum, quantum veteres etiam illi Reges ac Philosophi in hoc mercatus genere persolvisse dicuntur; quando Tarquinius Priscus Sybillinos libros non minore indicatura, quam trecentis Philippeis, Plato Philolai Pythagorici libros decem millibus denariûm, Aristoteles Speusippi Platonici Philosophi, utcunque paucos, talentis tamen atticis tribus emerit. Atque illos ego Philosophiae nomini pulchre satisfecisse arbitror, cum in asserendis immortalitate dignis monumentis, immensam etiam pecuniae vim liberaliter et plena manu, quod aiunt, expenderent. Nunc cum nulli sint ex omni doctorum classe Theologis ditiores, ii profecto debebant hanc solidam laudem arripere, et congestis opibus non vultures irritare, non invidiam in caput suum accersere, sed passim honorificas Bibliothecas instruere, in quibus et honeste vivendi in-

strumenta, boni quique scriptores, asservarentur, et quibus cum paupertate subinde colluctandum est, quorum grex est innumerabilis, bonorum librorum praesidio possent ad honestissimos quosque gradus eluctari. Et quoniam Bibliothecas nullas instituimus, aut saltem tales instituimus, ut praestiterit illas esse solo aequatas, videmus, quam iaceant, quam extincta sint bona studia fere omnia; videmus, quam ingenia etiam felicia a litteris abhorreant: et quod invitus, vere tamen dico, quam in Germaniae quibusdam amplissimis etiam urbibus hoc sit esse Germanum, litteras scilicet odisse: hoc sit esse prudentissimum Senatorem, studia semel omnia damnare: hoc sit esse compositae vitae civem, sutores atque textores *πνευματδοιδάκτας* suscipere, literatos autem contemnere, haec denique sit optime constituta Respubl., in qua minimum sit literarum atque literatorum. Quanto rectius illi veteres, qui ut studia redderent ornatiora, ut libros facerent commendabiliores, ut doctorum hominum cultum et venerationem augerent, ut ostenderent tandem literas nihil aliud esse, quam rem sacram, Bibliothecis passim non alibi quam in Deorum immortalium templis locum dabant. Nam Asinius Pollio primus Romae Bibliothecam in Herculis fano dedicavit. Hanc laudem patrum nostrorum memoria, si non superaverit, aequavit tamen, inclytus ille ac nunquam satis laudatus Panno-niae Rex Mathias, qui Bibliothecam suam, quam ex omni scriptorum genere confertissimam instruxerat, in amoenissimo etiam templo consecravit. Haec mihi Bibliotheca manum hic iniicit, oratque supplex, ut Tibi, quae iam nihil nisi vanum nomen obtinuit, pristinam illam dignitatem atque celebritatem suam, qua nulli concedebat, exponam. Quamobrem, optime princeps, id quod magnopere ad Te pertinet, libenter haec ad Te scripta leges, atque hanc meam expromptam in te colendo ac observando voluntatem aequi bonique facies.

Superioribus annis cum Wilhelmus ex Eberstein, Caesareus legatus, me Sibi comitem adiunxisset, ut una Secum ad innocentissimum illum Pannoniae ac Boëmiae regem Ludovicum, proxima impressione Turcica miserrime sublatum, accederem, hoc ego patrocinio ac benignitate magnorum hominum illi de meliori nota commendatus, libenter et ex animo feci, ac nullo certe maiore, quam cognoscendae adhuc minime vastatae Pannoniae, ac ornandae Reipub. literariae causa feci. Recta Vienna Budam, (quae regni caput, atque adeo Pannoniae regum definita ac summa sedes est) descendimus, regnum adhuc sartum tectum vidimus: Legatus ibi negotiorum suorum rationem summa cura habuit: mihi vero, ne succisivis horis plane nihil agerem, inspiciendae isthic Bibliothecae beneficio Serenissimae ac inculpatissimae reginae Mariae potestas facta est. Quid multis: Inspexi libros omnes. Sed quid libros dico? quot libros, tot etiam thesauros isthic inspexi. Dii immortales, quam iucundum hoc spectaculum fuisse quis credat? Tunc certe non in Bibliotheca, sed in Jovis gremio, quod aiunt, mihi esse videbar. Tantum erat hic antiquorum Graecorum simul et Hebraicorum voluminum, quae Matthias ille Rex capta iam Constantinopoli, eversisque multis aliis ampliss. Graeciae urbibus, ex media Graecia inaestimandis sumtibus coëmerat, ac tanquam mancipia ex barbarorum catastis atque compedibus receperat. Tantum erat hic Latinorum librorum et veterum et recentiorum (procul tamen ablegatis omnibus sophisticis) ut nusquam alibi, quod ego quidem sciam. Siquidem Matthias Rex (quem recte librorum helluonem ap-

pellaveris) quatuor insignes librarios Florentiae magnis impendiis alebat, quorum is unus et unicus labor erat, ut omnes melioris notae auctores et Graecos et Latinos, quos commodum ex Graecia habere non poterat, exscriberent. Nam ipsa typographice (ut exigua sunt omnium rerum principia) nondum tam late patebat, nec tam alte radices egerat, ut ardentissimis illis, et vere regiis votis regis omnium excellentissimi satisfacere posset. Vidimus isthic (id quod ex syllabo nostro recensere possumus) et oculata fide vidimus integrum Hyperidem cum locupletissimis scholiis, librum multis etiam censibus redimendum. Vidimus grandem librum Apostolicorum canonum, opus incomparabile, vidimus Theodoretum Cyrensem in Psalterium integrum, vidimus Chrysostomi, Athanasii, Cyrilli, Nazianzeni, Basilii Magni, Gregorii Nysseni, Theophanis, Dorothei infinita opera. Vidimus Marcum Monachum, cognomento Anachoritam. Obmitto Poëtas, Oratores, Philosophos atque Historicos, quorum hic immensam vim inspicere licuisset. Vidimus auctores Graecos innumerabiles, infinitaque in Poëtas fere omnes commentaria, nemini doctorum, aut paucis omnino antea visa. Sed quod Cicero de coniuratis dixit: vixerunt, quos iam sublatos esse significare voluit: Ita recte diximus nos vidisse, quippe quae verear, me posse ullo unquam tempore videre aut consequi. O Turcorum immanitatem, o Barbarorum efferatam insaniam, o bonorum studiorum πανολεθρίαν! Adeo cum universa Pannonia (quae cum adhuc esset inoffensa, poterat omnibus omnium bonarum rerum dotibus nullum non quantumvis celebre regnum in contentionem provocare) miseris etiam modis haec vere aurea Bibliotheca periit, interiit, ita, ut quoties illius (memoria) mihi in mentem venit (venit autem saepissime) toties etiam Virgilianum hoc occurrat: Quis talia fando, temperet a lachrymis? Mallem ego, sic me Dii ament, hic omnium oblivisci, quam meminisse. Interea tamen animum meum utcunque consolari soleo, quod ex munificentia atque liberalitate optimi regis Ludovici quosdam Graecos autores consecutus sum, nec protritos, nec etiam aspernandos. Id quod, ubi in lucem fuerint editi (quemadmodum Diis bene volentibus edentur brevi) res ipsa indicabit.

Absit omnis circulatoria iactatio, absint magnifica promissa: Nos in utriusque literaturae disciplinis tam nostros, quam externos scriptores tales invulgabimus, tales orbi dabimus, tales studiosorum gremiis imponemus, ut omnes quidem admirari, nemo vero pro dignitate satis laudare, ornareque possit. In praesentiarum autem, ut ex Latinis gustum aliquem eruditis praebeam, Salvianum Episcopum Massiliensem eruditissimum sub Tuo, hoc est doctissimi Episcopi, ac Principis benignissimi, nomine prodire volui: Salvianum, inquam, et restitutum, et e densissimis tenebris erutum, in quo unico licebit intelligere, quantum in aliis eius integritatis, ac eruditionis proceribus amiserimus. Quanquam autem ex Catalogis virorum illustrium, scriptis ab Hieronymo, Gennadio, Isidoro, ac Ildefonso (qui scripti etiamnum, nec dum pervulgati apud nos habentur) ad haec ex innumera illa veterum scriptorum nomenclatura, qua Plutarchus, Athenaeus, Pausanias, Suidas, Laërtius, Pollux, Stephanus, Stobaeus, atque alii subinde utuntur, satis appareat, quantum optimorum utriusque linguae auctorum interierit, et A. Gellius scribat, Alexandriae millia voluminum septingenta per milites combusta esse: Ioannes item Zonaras cognomento Monachus, graecus ille quidem, at sincerae fidei

historicus, referat, Byzantii sub Zenone centum et viginti librorum millia gravissimo incendio periisse: ego tamen iureiurando affirmare ausim, nos hac etiam infelicissima aetate longe plus dispendii accepisse, quam vel cogitatione consequi, aut oratione possit aliquis exprimere: quippe qui Budensem Bibliothecam, quando in rem praesentem ventum est, non semel excusserim, et exactissima diligentia inspexerim, et iam infelicissime, nec sine magno Christianorum omnium malo, perditam atque deletam esse compertissimum habeam. Augent dolorem oculi (quod vere dixit Cicero) qui ea, quae caeteri audiunt, aliquando viderunt: nec avertere ab illa incredibili pernicie, sive, ut verius dicam, internecione cogitationem sinunt. Sed dolori satis datum sit, quandoquidem pacto nullo reparari potest id, quod ita misere periit et quod ab ipsis etiam hostibus, miserationem extorquere debuisset.

Nunc Salvianum tuum accipe, Princeps optime, tuum inquam, tibi tuoque felicissimo nomini inscriptum: quem si tibi, uti iure optimo meretur, placuisse intellexero, curabo, quanta fide potero, ut et alia, quae adhuc in Bibliotheca nostra sunt innumera, et praecipue graeca, nempe Chrysostomi diversa in Sanctos encomia, Origenis librorum Epitome per Gregorium Theologum et Basilium Magnum digesta, Severiani Gabalorum Episcopi in Genesin conciones XIV. Gregorii Nysseni in Genesin enarrationes, Basilii Magni Hexaëmeron integrum, et longe copiosius, quam ab Argyropylo, vel ab Eustachio ad Syncleticam Germanam in linguam latinam conversum sit, Nazianzeni ac Basilii multa nunquam adhuc visa vel edita, Philonis libri tres *περὶ τυ βίυ Μωσέως* et eiusdem alter, qui inscribitur *βίος πολιτικῦ, ὑπὲρ ἔ?ι περὶ Ιωσὴφ*, adhaec liber eiusdem, cui titulus est, *περὶ ἀρετῶν, ἤτοι ἀνδρείας καὶ ἐυσεβείας, καὶ φιλανθρωπίας καὶ μετανοίας* etc. etc. sub tui nominis auspicio ad communem omnium utilitatem in lucem veniant. Felicem te profecto, tua si bona noris: hoc est, si videas tuo favore ac beneficio tantum commodorum ad studiosos atque doctos omnes promanasse: feliciorem autem multo, si et alia graeca, quae ad meliorem (meliorum) artium cognitionem attinent, tibi nominatim inscripta, nuncupataque invulgavero; hoc est, Procli, Ioan. Philopponi, cognomento Grammatici, ac Manuelis Moschopuli commentarios in Hesiodum, ad haec in Oppiani Halieutica commentarios utilissimos, Jamblichum Chalcidensem philosophum de (in) rebus Pythagoricis eiusdem protrepticas orationes. Diodorum Siculum in historiis, non illis quidem, quas Poggius latinas fecit: Arithmeticam et Geometriam Nicomachi; Heronis Alexandrini librum *περὶ βελοποιίας* et Graeci auctoris innominati libros vere aureos XX. de re rustica: ac alia praeterea multa, quae nunc commemorare nolo, ne videar librariae meae supellectilis, forte non ita contemnendae, catalogum contexere, nam et de Latinis plane nihil hic dicimus, quorum adhuc apud nos est, ut ille ait, Beata pleno copia cornu. At me tandem longe felicissimum, optime Princeps, si consecutus fuero id, quod institui: quod certe fiet, si Salvianum iam tuum, et me, qui iam olim in aere tuo sum, cum Hendecasyllabis nostris, non ita felicibus, etiam atque etiam commendatos habueris: quemadmodum etiam doctissimum atque optimum patrem meum D. Ioannem Brassicanum, iam inde ab ineunte aetate, tanquam iisdem studiorum sacris tecum initiatum, et amasti sinceriter, et perpetua benignitate sublevasti. Qua re et dignitatem splendoremque tuum ornabis, et studiis fere iacentibus signum quoddam tanquam

Pharum aliquam turrim eriges, et me in hoc vere ferreo seculo tua auctoritate defendes, testimonio provehes, benignitate ad edenda etiam alia maiora excitabis. Vale Principum excellentissime, Episcoporum doctissime, ac inter utrosque optime. Viennae Austriac Martii die 1. Anno 1530.

## Nro VI.

### *Documenta Academiam Tirnaviensem spectantia.*

#### *a*) Academiae Tirnaviensis fundationales.

Nos Petrus, Miseratione Divina, sanctae Romanae Ecclesiae, Tituli Sancti Hieronymi Illyricorum Presbiter Cardinalis Pazmany, Metropolitanae Ecclesiae Strigoniensis Archiepiscopus, loci eiusdem Comes Perpetuus, Primas Regni Hungariae, sanctaeque Sedis Apostolicae Legatus natus, Summus Secretarius et Cancellarius, ac Sacrae, Caesareae, Regiaeque Mattis Intimus Consiliarius etc. Saepe Nobiscum anxie expendentes, qua ratione et Catholicam Religionem in Hungaria propagare, et Nobilissimae Gentis Hungaricae dignitati consulere possemus; inter caetera adiumenta primarium illud occurrebat, ut aliqua studiorum Universitas erigeretur, in qua et animi bellicosae Nationis mansuescerent, et idonei, tam regendis Ecclesiis, quam Reip. administrandae informarentur. Neque Nobis animus aut conatus ad hanc rem defuit; verum et clades Patriae, et aliae cumprimis necessariae fundationes hucusque obstitere, quo minus desiderio nostro satisfacere possemus. Nunc vero Deo benedicente, conatusque nostros coelesti favore prosequente, aliquae nobis facultates suppetunt, quibus si non pro rei magnitudine certe pro afflictae huius Patriae conditione, aliquod cum gratia Dei facere posse, videmur. Egimus cum Addm Rndo Patre Mutio Vitelesco, Societatis JESU Praeposito Generali, ut erectioni Universitatis in Collegio Tyrnaviensi Patrum Societatis JESU assentiretur: eiusque curam omnem ac gubernationem in Societatem recipiendo, sequentibus conditionibus ac modis administrari velit. Cum igitur pro zelo gloriae Dei, ac Religionis promovendae nostram oblationem nomine Societatis universae Pater Generalis acceptarit: Nos quoque ultra priorem iam factam, et in omnibus punctis illaesam permanentem Collegii Tyrnaviensis fundationem et reditus alios, quos hucusque habuit Collegium Tyrnaviense, R. P. Georgio Dobronoky, Rectori Collegii Societatis JESU Tyrnaviensi simul et semel in talleris sexaginta millia florenorum Hungaricorum per manus tradidimus. Insuper liquidi debiti Syngrapham Caesaream quadraginta millium florenorum, per eundem Prem Rectorem Societati consignavimus; ut, sic in toto centum millium florenorum summa constitueretur. Hanc igitur summam volumus imprimis extra Hungariam in loco securo, vel emptioni bonorum utilium vel censibus constituendis, ita Societas applicet, ut ex fructibus illius summae et collegii cum Scholis aedificatio a fundamentis acceleretur, et Professores necessarii sustententur. Finito collegii et Scholarum aedificio necessario, et toto etiam centum millium Capitali ad censum, vel ad bonorum emptio-

nem plene elocato, ex eius postmodum censu totali, mille floreni annui pro nutrimento pauperum Studiosorum, in Bursa S. Adalberti, per Nos Tyrnaviae erecta, (etiamsi dicta Bursa commutatione domus alias in aedes transferetur) applicentur. Haec tamen pensio, uti praemisimus, non obligat Societatem, nisi et dicta aedificia absolvantur et residua etiam quadraginta millia (e quibus solis pensioni Bursae S. Adalberti provisum in mille florenis volumus) a Sua Caesarea Matte ad bonorum utilium, aut census emtionem obtineantur, et elocentur. Quod si successu temporis, Deo Hungariam a Turcico iugo liberante, opportunior urbs occurrat pro Universitate, liberum sit societati hanc nostram fundationem una cum Universitate alio transferre; dummodo tamen extra Dioecesim Strigoniensem non extrahatur, et Collegio etiam Tyrnaviensi prior sua fundatio permaneat illaesa. Si autem (quod Clementissimus Deus avertat) Universitas in Hungaria continuari non posset; sed iniuria hostium externorum, aut domesticorum., Patres Societatis ita exesse contingeret, ut spes alicuius brevis reditus omnino interciperetur, obligata sit in hoc casu Societas censum ac fructus praedictae summae capitalis in usum Clericorum Hungarorum ita extra Hungariam erogare, ut Sacerdotio idonei Iuvenes erudiantur, ac Sacris initiati in Hungariam redire sint adstricti. In casu absentiae Patrum Societatis ab Ungaria, si spes sit, nonnisi brevi annorum decursu abfuturam, servari volumus interea censum omnem ad reparanda post reditum Collegii damna (quae in huiusmodi moribus evenire solent) vel ad providendum personis alio migrantibus, censualem pecuniam applicari. Quod si vero post quotcunque annorum decursum in Hungariam redire, ac Universitatem continuare societati integrum fuerit; volumus immutabiliter, ut, Clericorum educatione cessante, summae a Nobis assignatae fructus ad priorem Universitatis usum a Patribus Societatis applicetur, Universitasque continuetur. Tenebitur etiam Societas Tyrnaviae, hoc ipso praesenti anno Millesimo, Sexcentesimo, Trigesimo quinto, unum cursum Philosophicum inchoare, Successivis vero consequenter annis tres Philosophici cursus, una cum Ethica et Mathematica habeantur, cum duobus Scholasticae Theologiae Professoribus. Insuper unus Sacrae Scripturae Interpres, casuum alter, tertius controversiarum, sicut et linguae Sanctae Professor in hac Universitate sit, promotiones ad gradus Academicos more alibi consueto peragantur. Successoribus autem nostris Archiepiscopis Strigoniensibus, ac Sede vacante, Capitulo Strigoniensi, etsi nullum aliud Ius in hanc Universitatem per nos erectam concedi volumus praeter eam, quae iure communi concessa est ordinariis locorum, eisdem tamen Successoribus, ac Sede vacante Capitulo Strigoniensi authoritatem damus, ut obligationes hisce literis nostris specificatas, a Patribus Societatis JESU acceptatas, diligenter adimpleri et observari facere possint et teneantur. Salva tamen in omnibus Professorum quiete, salvo item lectionum cursu, et modo Societatis, quem iuxta suum Institutum in regendis servat Academiis. Successoribus item Nris, ac Sede vacante, Capitulo Strigoniensi Universitatem hanc valde commendatam esse volumus, commendamusque. Quae omnia, ut a nobis pura et sincera intentione religionis Catholicae promovendae, ac Patriae charissimae sublevandae fiunt, ita DEUM optimum ex animo precamur, odoretur sacrificium hoc bonae voluntatis, fundationique nostrae uberem benedictionem largiatur, ut Magnificum

nomen eius laudetur, et glorificetur in aeternum. Datum Posonii in Curia nostra Archi-episcopali XII. Mensis Maii Anno Domini M.DCXXXV.

(L.S.) Petrus Pazmany S. R. E. Presbiter Cardinalis
Archi-Episcopus Strigoniensis.

Ex originali, quae habetur in archivo Exc. Cons. R. L. H. In pargamena, pendenti Sigillo, zona sericea varii coloris. Fuit prius in archivo Universitatis capsa et Nro I. Litera B. Práy. — Marcus Sillicus, A. Episcopus Salisburgen. Simili modo Gymnasium a se fundatum A. 1617. inauguratum 1622, concredidit Patribus Ordinis S. Benedicti. — Confirmationales Urbani Nro VIII. PP. in bullario haud reperi; fuerint hae pares iis, quas Universitati Pragensi restauratae fuit elargitus A. 1627. Vide apud Voigt. Prager Universität's Geschichte.

Nro IV.

*b) Pro erigenda Universitate Cardinalis Petri Pázmány ad Caesarem Ferdinandum II. et Hung. Regem, memoriale. Anno 1635.*

P.P.

Ad Catholicae Religionis incrementum, et culturam Ungariae, maxime opportunum iudicavi semper, ut Universitas erigeretur Scholarum, ad instar Graecensis; in qua Patres Societatis JESU, Theologicos, ac Philosophicos cursus profiterentur. Detinuit conatus meos praeteritorum temporum calamitas. Nunc DEO benedicente, aliquibus facultatibus, ad fundationem et primae, et adhuc unicae in Ungaria Universitatis, instructus, libenter Ecclesiae DEI mea omnia accommodavi, ac fundationis Universitatis fundamenta ieci. Sola, post DEUM, Maiestatis Vestrae Clementia requiritur, qua et tenuem meam fundationem ratificare, et Caesareis, ac Regiis Privilegiis ornare velit, iuxta tenorem, quem R. P. Rector Tyrnaviensis Maiestati Vestrae exhibebit. Quam gratiam, ut mihi ultima senectute conflictanti, largiri dignetur, maiorem in modum rogo; neque me frustratum iri confido. Servet Deus Maiestatem Vestram diu felicissime. Posonii 27. Septembris Anno 1635.

Augustissimae Maiestatis Vestrae humillimus et obsequentissimus
Cardinalis Pazmany. m.p.

E collect. Iosephi Podhradczky Exc. Camerae R. H. A. Rationum Officialis.

Nro VI.

*c) Ferdinandi II. Imp. ac Regis Hungariae confirmationales.*

Nos Ferdinandus II. Dei gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis. Ab eo statim tempore, quo Divina favente Clementia plurium Provinciarum, Regnorum item, ac ipsius etiam Imperii Romani suscepimus Gubernacula, nihil antiquius, et prae oculis praesentius unquam habuimus, quam ut subditorum saluti inprimis et Provinciarum Nobis commissarum securitati, ita adiuvante Deo consuleremus, ut in iis consumata quaedam virtutum omnium efflloresceret dignitas, et Religionis Catholicae veritas, ubi

vigebat, inconcussa persisteret, ubi labefactata fuerat, repararetur, cultus divinus ubique propagaretur, status Ecclesiasticus simul et Politicus nativum sibi servaret splendorem, omnes denique industriae nervos eo contulimus, ut in omnibus Imperii, Iurisque nostri Regnis ac Provinciis ea excogitaremus media, mandaremusque executioni, quae omnium sapientum virorum iudicio ad formandam, et in disciplina christiana continendam Rempublicam habita semper sunt efficacissima. Quapropter cum inter haec curarum Nostrarum aestuaria constituti, in eo consistere reperissemns omne Christiani hominis praesidium, ut literis omnibus cumulate instructus, Deo ante omnia, sibi postmodum, ac demum Patriae, Principique suo fidelem ac salutarem in omnibus pro suo statu, et professione navaret operam; conati sumus, ut in Regnis et Provinciis nostris publica magnis sumptibus erigeremus Seminaria studiorum, e quibus emenso literarum Curriculo tam regendae in Civilibus Reipublicae, quam gubernandis in spiritualibus Ecclesiis utilissimi prodirent Administri. Imitati scilicet in hoc sumus gloriosae ac felicissimae memoriae Maiores nostros Ferdinandum I. Imperatorem, Avum nostrum, Rudolphum Patruelem, itidem Imperatorem, et ipsum etiam piissimae memoriae Parentem nostrum Carolum, Austriae Archiducem, quorum singuli probe intelligentes, quantum ad Christiani Imperii maiestatem conferat doctorum hominum copia, suo praesertim illo, ac nostro hoc etiam aevo per tot haereses calamitoso, non tantum illos Caesareo sunt complexi favore, sed stabilia etiam Gymnasia, et Universitates iisdem erexerunt. Non solum autem nos ipsi in persona, ut talia fierent, elaboravimus, sed reliquos etiam Aulae, et ditionum Nostrarum Principes viros, qui ad similia praestanda idoneis a Deo facultatibus instructi videbantur, exemplo nostro provocavimus, ut et ipsi in sortem gloriosi nostri conatus accurrerent, quod et cumulate praestitum a pluribus magno animi gaudio vidimus. Raro, nec antea in Hungaria viso exemplo enituit inter hos magni meriti Viros Principes Reverendissimus in Christo Pater Dominus Petrus, Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalis Pazmany, Archiepiscopus Strigoniensis, qui experientia doctus, quantum contra grassantium Haeresum assultus, et contra quamlibet malorum turbam exacta litterarum omnium valeret tractatio, probeque itidem cognoscens, quantum per orbem universum in earundem litterarum humaniorum pariter ac divinarum professione Patrum Societatis JESU valeret industria, iisdem Tyrnaviae, Civitate scilicet Nostra Regia, et Suae Dioecesis Strigoniensis sat opportuna, studium generale, seu Universitatem iuxta Societatis Constitutiones, glorioso fundavit exemplo, et praeter priorem Collegii ab Imperatore Rudolpho secundo gloriosae memoriae de summi Pontificis consensu fundati, dotem, e proprio suo peculio, dedit etiam sexaginta millia florenorum in eiusdem Fundationem, assignavitque de facto in dotem syngrapham liquidi debiti a Nobis, vel Successoribus, aut haeredibus Nostris persolvendi, ut sic in plenam Universitatis dotem, summa centum millium florenorum constitueretur. Ut igitnr haec tam utilis, et necessaria fundatio, Nostra quoque Imperali ac Regia authoritate nixa, et firmior consisteret, et maiore dignitate effloresceret, memoratus Dominus Cardinalis debita cum Instantia petivit a Nobis, ut non modo tanquam Rex Hungariae, sed etiam ut Electus Romanorum Imperator Gymnasium seu Universitatem in Regia et Libera Civitate Nostra Tyrnaviensi per ipsum erectam, approbaremus, simul, ac iuxta tenorem Fundatio-

nis suae Nobis exhibitum confirmaremus etiam, ac consvetis Academiarum Privilegiis exornaremus. Insuper ut eandem universitatem cum totali sua dote, ac Collegio ita in nostram, Successorum, Haeredumque nostrorum specialem reciperemus protectionem, ut simul etiam omnibus demandaremus serio, quatenus ad gradus Academicos in Universitate Tyrnaviensi promoti, in aliis quoque Academiis, urbibus, capitulis, Ecclesiis, non secus admitti debeant, quam si in quacunque antiquissima ac celeberrima Universitate dictos gradus Academicos fuissent consecuti. Bulla autem Fundationis, eiusdemque de verbo ad verbum expressus tenor, quem sub sua syngrapha, et Sigillo pendenti authentico, Nobis confirmandum transmisit in charta pergamena est huiusmodi: Nos Petrus miseratione divina Sanctae Romanae Ecclesiae Tituli Sancti Hieronymi Illyricorum Praesbyter Cardinalis Pazmány etc. Saepe Nobiscum anxie expendentes qua ratione et Catholicam Religionem in Hungaria propagare, et Nobilissimae Gentis Hungaricae dignitati consulere possemus, etc. Nos igitur et dicti Domini Cardinalis precibus inclinati, et propensione Nostra ad bene merendum de re litteraria incitati, hanc Collegii Tyrnaviensis a fundamentis constructionem, eiusdemque Archi-Episcopalis Universitatis dotationem ratam et gratam habentes, per sacri quidem Romani Imperii fines de Caesareae; per Hungariam de Regiae potestatis Nostrae plenitudine acceptamus, confirmamus, roboramus, et ut legitimam, ac Regnis nostris summe utilem, in omnibus punctis, clausulis, Articulis approbamus, et admittimus, proque admissa, acceptata, et confirmata futuris perpetuo temporibus, apud omnes cuiusvis status et ordinis homines habendam esse, nostra Caesarea pariter, et Regis, aliaque, qua pollemus, authoritate omni decernimus, ac statuimus. Utque tum Domino Fundatori de Nobis, de Ecclesiasticis, de Ordinibus Religiosis, de Literis, deque tota Hungaria optime merito, Caesarei, Regiique Nostri favoris clarius elucescat propensio, tum Societatis JESU Patribus Tyrnaviae in erecta hac et a Nobis confirmata Universitate, clementiae Nostrae gratia luculentius appareat, prius quidem, et ante omnia contra quosvis impetitores, ac violentos invasores, Archi-Episcopalem hanc Tyrnaviae Universitatem et Collegium sub specialem, non tantum Maiestatis Nostrae Caesareae ac Regiae, sed haeredum etiam Nostrorum ac Successorum, tam per Sacri Romani Imperii fines, quam per Hungariam, illique adnexas, et caeteras Iuri nostro haereditarie subiectas Provincias protectionem recipimus, promittentes per Nos, Nostrosque in utroque statu officiales ac fideles, sedulam operam ad ea omnia praestanda, quae ad eius perennem conservationem, privilegiorum immunitatem, studiorum commoditatem, Ipsorumque Scholarium pertinent securitatem, ac indemnitatem; deinde contractum etiam de elocatione sexaginta millium florenorum anno hoc currenti vigesima tertia Junii cum Augustana nostra et Romani Imperii Civitate factum, in omnibus suis punctis et clausulis confirmamus, ac non secus approbamus, quam si de verbo ad verbum illius contractus tenor hisce Nostris Privilegialibus esset insertus. Nominatim vero ex speciali consensu Nostro acceptamus, ac confirmamus sextam eius Contractus Conditionem, quae ex originali dictae civitatis obligatione fideliter descripta sic sonat: sexta, ut si nos vel nostri successores censum hunc annuum in praedicto termino et loco, vel in parte aliqua, vel in toto deponere negligeremus, aut suo tempore Capitalis summae depositionem tergiversatione aliqua eluderemus, in

hoc casu, ut pars laesa plenariam habeat satisfactionem, oppignoramus pro accepto per Nos Capitali totum vectigal vinarium Civitatis nostrae, ipsi quot annis pendi solitum, illudque Sacratissimae Maiestati Caesareae Ferdinando II. eiusque Successoribus ac haeredibus, Dominis nostris Clementissimis transcribimus tamdiu possidendum ac percipiendum, donec per deputandos in hoc casu officiales, aut Capitale ipsum acceptato termino non deponatur iis, ad quos illud pertinet, aut neglecti census iactura iisdem plene non compensetur. Quam quidem conditionem, si civitas Augustana vel in toto, vel parte aliqua (quod quidem futurum non putamus) dicto modo negligeret, tam Nos quam Successores ac haeredes nostros stricte obligamus, Caesarea Nos usuros potestate et occupaturos in eo casu oblatum Iuri nostro vinarium Augustanorum vectigal, aut illo deficiente, aliquid aliud ex eorum rebus aequivalens, et satisfacturos PP. Societatis JESU Tyrnaviensibus in omnibus iis, in quibus laesos se ab Augustanis fidelibus Nostris demonstraverint. Quod si futuris temporibus illa centum millium Capitali summa, pro Personarum Academicarum sustentatione, sustinendisque dictae Universitatis oneribus, placeret PP. Societatis Dominium aliquod coëmere, in illius Dominii etiam emptionem tam in Nostra, quam in successorum ac haeredum nostrorum persona consentimus, tribuendo, et per praesentes licentiam, ac authoritatem conferendo PP. Societatis JESU ad hanc emptionem licite et valide faciendam in quacunque Iuri Nostro subiecta Provincia. Quod si quid dicto modo coëmatur, eius etiam Dominii, aut alterius commodi stabilis, protectionem ac Patrocinium pollicemur speciali Nos et Nostros favore et gratia suscepturos, non secus ac ipsius summae Capitalis, in nostram recepimus cum ipsa Archi-Episcopali Universitate et Collegio protectionem. Quod si vero etiam aliquo tempore haec a Nobis ita confirmata Universitas in alium Regni Nostri Hungariae locum cum Archi-Episcopali dote transferretur, his declaramus Societatem JESU non obligari, ut Collegio nostro Tyrnaviensi redditus omnes Praeposituraе Turocziensis relinquat, sed ex eis tantum, quantum Collegio mediocri sustentando sufficit, de caeteris cum Nostro aut Successorum Nostrorum consensu iuxta suum Institutum in bonum Regni Hungariae disponere possit ac debeat. Ne autem huius Tyrnaviae erecti Studii Generalis dignitati et ornamento quippiam desit, quod e plenitudine Caesareae Regiaeque nostrae gratiae illi, membrisque eius potest conferri, Imperiali et Regio nostro Diplomate statuimus, simulque decernimus, ut haec Universitas, quae ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, sanoque consilio accedente Imperialis ac Regii roboris firmitate est communita, omnibus et singulis Privilegiis, Immunitatibus, Exemptionibus, praeeminentiis, praerogativis, facultatibus, Iuribus, indultis et gratiis uti debeat, possit, ac valeat, quibus caetera Gymnasia, studia Generalia, Academiae, et Universitates ubivis locorum et gentium per Imperium Romanum, Regna et Provincias, omnium Principum Austriacorum utuntur, fruuntur potiuntur, et gaudent quomodolibet consvetudine, vel de Iure; supplentes etiam quoscunque defectus tam Iuris, quam facti, si qui forte in praemissis intervenissent, aut intervenisse dici aut allegari possent, specialissime vero Universitatum per Imperii fines et Provincias Nostras haereditarias erectarum, ut est Coloniensis, Viennensis, Moguntina, Ingolstadiensis, Pragensis, Olomucensis, Graecensis Iura omnia, et Privilegia, de Caesareae simul et Regiae nostrae potesta-

tis plenitudine Tyrnaviensi huic Universitati conferimus, damus, et donamus pleno cum effectu, nihil penitus excludendo, cuius ipsa in favorabilibus de Iure speciali, aut communi Caesareo Regio, aut Municipali Hungarico capax de facto censetur, vel in futurum censebitur, quod totum pro expresso hic habendum esse, declaramus, pariter et confirmamus, non secus, ac si eius etiam Privilegii et gratiae tenor hic descriptus haberetur. Quapropter cum vigore Caesareae gratiae Rector huius Universitatis, eiusque Cancellarius, Decani item Facultatum et caeteri Doctores, ac Professores aliquo in gradu litterario constituti Ius habeant ad omnes eos Doctoratus, Licentiaturae, Magisterii, Bacalaureatus, ac universim omnium graduum Titulis ac ornamentis cohonestandi, quos praevio rigoroso examine dignos his ornamentis repererint; volumus etiam consequenter imo decernimus, ac e Ceesareae simul ac Regiae potestatis nostrae plenitudine statuimus, ut omnes sic legitime promoti Doctores, Licentiati, Magistri, ac Bacalaurei per omnes orbis Christiani, speciatim vero Europae Academias pro talibus habeantur, sintque participes ipso promotionis facto omnium illorum Privilegiorum, gratiarum, immunitatum, antelationum, exemptionum, quibus caeteri in aliis Academiis gaudent, utuntur, ac fruuntur post adeptos tales gradus, sive iam haec privilegia consistant in actibus externis, ut sunt Disputationes, Professiones, examinationes, Sententiarum censurae, consessus Academici, sive in aliis ornamentis, ut sunt Epomides, Pilei doctorales, annuli, et id genus Academicae Reipublicae insignia, quae ipsa omnia una cum sceptro, sigillo, ac Titulis gradui ac officio cuiusvis competentibus, concessa censentur a Nobis et de facto conceduntur ante omnes alios Rectori Academico, Cancellario eiusdem, postmodum Decanis Facultatum, et Professoribus Academicis. Declaramus hic item nominatim, quod Testimonia studiorum, seu graduum, ex hac Archi-Episcopali Universitate legitime obtenta debeant admitti a quibuscunque Collegiis, Academiis, communitatibus, Capitulis, et caeteris omnibus, cuiuscunque gradus et conditionis existant, tam in Iudicio, quam extra, et iis, qui ea obtinuerint, omnino prodesse et suffragari ad consequendos honores, non solum saeculares, sed etiam Ecclesiasticos, imo et Canonicatus, ac alia beneficia, etiam in iis Capitulis et Ecclesiis, quae in suis candidatis triennali, aut plurium pauciorumque annorum in aliqua Academia studium, vel gradum Doctoratus requirunt. Demum ut Nos ipsi ad ingentis boni spem Universitatem hanc cum Collegio Caesareo, et utraque sua dote totali, ac censu, cum omnibus item officialibus, ac membris, singulari semper parati sumus tueri patrocinio, commodaque eius datis occasionibus promovere, ita Successoribus, Haeredibusque Nostris ac Dominis Hungariae statibus, Ordinibus, Regnicolis, tam in Ecclesiastica, quam saeculari dignitate, loco, gradu constitutis eandem cum omnibus dictis clausulis, gratiis ac Privilegiis defendendam, promovendam, pluribusque, ubi ad literariae Professionis finem necessarium fuerit, favoribus ac Privilegiis exornandam, pro affectu parique cordis sensu enixe commendamus. Atque hanc praemisso modo factam benignam nostram acceptationem, approbationem, ratificationem, Confirmationem, Decretum, et voluntatem, per quoslibet, quorum videlicet interesset, rata haberi, observarique deberi, neque uspiam, ulloque modo laedi, iisque contraveniri volumus et constituimus. Harum Nostrarum manus nostrae subscriptione, sigillisque tam Bullae aureae, qua ut Romanorum Imperator, secretique, quo

ut Rex Hungariae utimur, appensione munitarum vigore et Testimonio Litterarum. Actum in Civitate Nostra Vienna die decima octava Mensis Octobris. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Quinto. Regnorum Nostrorum, Romani decimo septimo, Hungariae et reliquorum decimo octavo, Bohemiae vero Anno Decimo Nono.

Ferdinandus m.p.

Georgius Lippay Episcopus Vesprimiensis, Regni Hungariae Cancellarius Aulicus m.p.

Laurentius Ferenczffy m.p.

In pergamena sub pendenti dupplici sigillo, uno aureo, alio rubra cera. Archivi Univer. Capsa et numeris I. litera A. E Collectione MSS. Prayana Tom. IV. pag. 4. seqq.

## Nro VII.

*Studiorum Iuridicorum fundationales penes Universitatem Tyrnaviensem.*

Nos Franciscus Leonardus Szegedi Episcopus Vaciensis, Praepositus Posoniensis, ac per Regnum Hungariae Aulae Cancellarius. Georgius Pongracz, electus Episcopus Szamandriensis, Lector et Canonicus Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis. Illustrissimi quondam Domini Georgii Lippay Archi-Episcopi Strigoniensis etc. Testamenti Executores. Notum facimus per praesentes; Quod nos vi et vigore Testamentariae dispositionis, seu ultimae voluntatis eiusdem piae et sanctae memoriae Illustrissimi ac Reverendissi Domini Georgii Lippay Archi-Episcopi Strigoniensis etc. in Anno praeterlapso Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Sexto die nona Januarii Viennae Authoritate Caesarea Regiaque confirmta, inter caetera pia Legata, Iuridici studii quoque Fundationem, in Regno Hungariae diu desideratam, tandem executioni mandare volentes non solum iuxta dicti Domini Georgii Lippay Testamenti tenorem, in anno Domini Millesimo Sexcentesimo sexagesimo quinto, die ultima mensis Decembris Posonii confecti his verbis: Pro Fundatione studii Iuris Tyrnaviae in Academia lego Quindecim millia florenorum; alantur Doctores Iuris Civilis unus, Iuris canonici alter. Quodsi onus studii Iuris Canonici profitendi in se suscipere velint Patres Jesuitae, dentur illis Trecenti floreni annui: de reliquo alatur Professor Iuris Patrii. „Verum etiam secundum Illustrissimi ac Reverendissimi quondam Domini Emerici Losy Archi-Episcopi Strigoniensis in Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo secundo die sexta mensis Novembris Tyrnaviae conditum Testamentum (cuius siquidem Executor fuit suprafatus Dominus Georgius Lyppay; Nobis etiam in ea parte eiusdem pii legati, quoad Iuridicum studium executio incumbit) in hunc modum sonans: Domus Viennensis per me emptae pretium, deputo ad Studium Iuridicum, in Academia Tyrnaviensi erigendum". Volentes inquam tam piae et salutari amborum gloriosae memoriae Archi-Episcoporum Intentioni ac Dispositioni satisfacere, habito prius superinde Consensu et Authoritate Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Georgii Szelepcsény Archi-Episcopi Strigoniensis, Primatis Hungariae, Legati nati etc. Praelati nostri gratiosissimi, nec non mutua cum Venerabili Capitulo Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis, atque Admodum Reverendo Patre Michaële Siculen Societatis JESU

per Austriam Praeposito Provinciali, et Reverendo Patre Ladislao Wid eiusdem Societatis JESU Collegii ac Academiae Tyrnaviensis Rectore, matura et exacta Conferentia ac deliberatione de Iuridico studio in Tyrnaviensi Universitate debito modo instituendo, et stabiliendo, in talem ex partium supradictarum consensu, quae sequitur, perpetuo duraturam devenimus et condescendimus conventionis et accommodationis unionem. Et primo, quidem quod Iuris Canonici in Academia Tyrnaviensi instituendi, ac docendi modum et Professionem attinet: quandoquidem illam praememoratus Reverendus Pater Michaël Siculen Soc. JESU Provincialis Austriae, accedente Admodnm Reverendi Patris Ioannis Pauli Oliva, eius societatis JESU Praepositi Generalis Consensu et voluntate, iuxta Societatis Constitutiones, nullam scilicet ex parte sua Civilem obligationem admittendi acceptavit. Nos quoque supra nominati Testamenti Executores Reverendo Patri Ladislao Vid, saepefatae Societatis JESU Collegii et Academiae Tyrnaviensis Rectori, et Successoribus eius ex Quindecim millibus florenorum pecuniae Lippaianae, pro studio Iuridico Testamentaliter legatorum, atque in anno proxime praeterito Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo sexto die secunda Mensis Maii Excellentissimo Domino Comiti Francisco Wesseleny de Hadad, Regni Hungariae Palatino per Nos ad censum sex per centum elocatorum, iuxta Fassionales literas eidem Reverendo Patri Rectori in Transumpto authentico ad maiorem rei confirmationem tradendas, quinque mille florenos Ungaricales (veluti capitalem summam ex vi Testamenti trecentis florenis censualibus modo correspondentem) pleno iure Dominii et cum effectu possidendos assignavimus, fundationique Academicae Pazmanianae adiiciendos, et incorporandos declaravimus, et definivimus, posseque habere, imo reipsa habere praenotatum Rectorem Academicum ac eius successores, et ipsam Academiam Tyrnaviensem, salvo semper Instituto saepefatae Societatis JESU, Ius ad eandem summam, tanquam ad partem suae fundationis etiam in casu suspensionis, dilationis, vel cessationis Iuris Civilis, annuimus, consensimus, determinavimus, ea duntaxat reservata cautela; Quod haec summa quinque millium florenoram in uno corpore Physice, cum reliqua Lippaiana fundatione Iuridici studii permaneat, neque ab ea quocunque sub praetextu avelli, aut separari potest, praeterquam in eo casu, ubi dicta quindecim millium florenorum summa non iam sex per centum, sed minus fructificaret: Nam tunc Pater Rector et Academia poterit eadem quinque millia florenorum a quindecim separare, et ubi visum fuerit investire; pro continuanda tamen Iuris Canonici Professione. Quodsi vero contingeret (quod divina bonitas avertat) Societatem et Academiam e Regno Hungariae exesse, tunc haec fundatio Canonisticae Lectionis, ut Pars adiecta Academiae Pazmanianae fundationi transferri ex Hungaria non poterit, sed simul unita cum Iuridico studio in Regno remanere debebit; et nihilominus Canonicum Ius doceri per Idoneum quempiam Professorem Ecclesiasticum vel saecularem. Si tamen societatem revocari in Regnum, et redire contingeret, Ius, quod ante habuit in fundationem Lectionis Canonisticae, eiusque Professionem, in antiquum statum redire erit necessum.

Quantum vero ad Ius Civile et nostrum municipale in eadem Universitate Tyrnaviensi Reverendis Patribus Societatis JESU pleno Iure subiecta erigendum attinet: Siquidem eius incorporationem saepe nominatus Reverendus Pater Michaël Siculen Socie-

tatis JESU Praepositus Provincialis Austriae ex parte sua admisit, in quantum videlicet sancto eiusdem Societatis Instituto non repugnat. Deinde siquidem saepefatum venerabile Capitulum Strigoniense pro veteri suo in Hungariam Patriam sibi dulcissimam fidei et Iustitiae promovendae zelo suum consensum benevole praebuit. De reali eiusdem Iuris Civilis fundatione sic statuimus et definivimus; ut eius procuratio, administratio et conservatio futuris semper temporibus penes iam dictum venerabile Capitulum maneat et perseveret, in quem finem imprimis e fundatione Loziana florenos quindecim mille ex Lippaiana florenos decem mille modis infra declarandis, in toto summam viginti quinque millia florenorum eiusdem ven. Capituli curae et administrationi, vigore harum nostrarum literarum, committimus et conferimus, iuxta literas fassionales de singulis duabus summis, Loziana videlicet et Lippaiana, singilatim authentice confectas eidem venerabili Capitulo tradendas. Cui proinde huius fundationis Iuris Civilis cura, directio et conservatio principaliter incumbet, sive per se, sive per unum e Columnis, uti est Lector, qui huius Iuridici studii immediatus Protector esse poterit.

In eo Nos etiam saepe nominati Executores Testamenti cum eodem R. P. Rectore Collegii Tyrnaviensis convenimus, ut illa quindecim mille Loziana, quae toties memoratus Dominus Georgius Lippay in Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo secundo die trigesima prima Decembris, una cum reliqua viginti millium summa apud Cameram Posoniensem Sacrae Caesareae Regiaeque Maiestatis investiverat, et Postmodum in Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo nono ultima die mensis Iulii Collegio Generali Cleri Hungariae pro Alumnorum sustentatione synodaliter applicuerat, interim, donec commode Iuris Professio erigi, intentionique testantis (Lozi) satisfieri possit, maneant harum nostrarum vigore literarum, et vicissim aliarum Cessionalium a Patre Rectore edendarum in perpetuum eidem Seminario Generali applicata et incorporata, in loco videlicet aliorum quindecim millium florenorum Lippaianorum, quae illi itidem Seminario nuper legata erant, iam vero mutua hac cessione interveniente, fundationi Iuris Civilis incorporantur.

Quoad Professores et modum profitendi Iuris Caesarei et Patrii sic conclusimus et ordinavimus, ut tres Professores constituantur, quorum duo Ius Patrium, id est consvetudinarium Regni Hungariae, nempe decretum Generale quod vocamus Tripartitum, constitutiones et Articulos tractent, unus quidem eorum theoretice, alter vero practice utriusque Iuris Canonici videlicet et Civilis, et municipalis, proximi forensem una cum reliquis Iuris Processus requisitis tam quoad Causas octavales et Comitatenses, caeterorumque Iudicum ordinariorum, et Pedaneorum, quam Civiles Liberarum Civitatum, Iurisque Tavernicalis et fori Spiritualis, cum additis formulis Literarum in Processibus Causarum intervenire solitarum tradat. Tertius demum Praecepta et Institutiones Iustiniani, ac Corpus totius Iuris Civilis et glossarum, una cum reliquis eorum accessoriis doceat. Professores porro Iuristae in id maxime incumbant, ut iura municipalia combinent cum Caesareo, et Canonico, in quantum fieri poterit. Et quae in nostris desunt, ex illis supplere studeant. Hi tamen Professores ut sint numero tres, pro moderna duntaxat rei circumstantia ordinatum est; Postea cum duo sufficere videantur, quorum unus Ius Patrium; alter Institutiones Iustiniani profiteatur Professores

iidem quoad promotionem, vel (si opus fuerit) amotionem et vim coercitivam Venerabili Capitulo et Magnifico Rectori Academiae subiacebunt. Praestabunt item iuramentum fidelitatis et subiectionis tam venerabili Capitulo, quam Rectori Magnifico et Universitati iuxta statuta et Privilegia Academiae. Quoad reliqua etiam Universitatis iura, siquidem eius membra futuri sunt, a Rectore Magnifico, et Academia dependebunt. Frequentabunt divina officia, et Rectorem cum aliis Professoribus comitabuntur, quotiescunque erit Festum sceptri, Professionem fidei toties quoties reliqui Professores Academiae facient. Consultationibus Academicis intererunt, quoties a Rectore vocabuntur, Locus eorum erit in Actibus Academicis proximus post facultatem Theologicam, Pensionem tamen a venerabili capitulo accipient. Quia vero hoc studium Iuridicum ad instar aliarum in hac Universitate facultatum erigitur; Ideo sceptrum proprium et sigillum aliaque insignia ac ritus habebit, more recepto in aliis Universitatibus, quae Societati subsunt. Decanatus officium in hac facultate alternis vicibus Canonista, et aliquis Iuris Civilis Professor obibunt. Promotiones Doctorum et disputationes publicas more Academico instituere poterunt. Locus praelectionum publicarum assignatur, Iuris quidem Canonici in Academico Collegio, Civilis vero et Patrii sub Bibliotheca venerabilis Capituli Strigoniensis, donec aliter disponatur.

Tempus earundem Lectionum hoc ordine definitur: Mane Ius Canonicum a tertio quadrante octavae horae ad medium nonae praelegetur. Ius vero municipale itidem mane tradetur a tertio quadrante septimae ad tertium quadrantem octavae horae sed alternis diebus a duobns Professoribus Theoriam, et praxim eiusdem Iuris Patrii docentibus. Iustiniani Institutiones explanabuntur horis pomeridianis quotidie, nempe a media prima usque ad primum quadrantem post primam. Professores Iuristae Horologium Collegii in praeelectionum ordine sequentur.

In quorum omnium praemissorum fidem et Testimonium, firmitatemque perpetuam, praesentes Literas Nostras, tam cum nostris, quam etiam partium Sigillis, manuumque subscriptionibus roboratas dedimus, earundem unum Exemplum penes annotatum venerabile Capitulum Strigoniense, alterum autem penes antelatum Collegium ac Universitatem Tyrnaviensem pro futura rei uberiori cautela extare voluimus. Datum Tyrnaviae in Aedibus Praetitulati Reverendissimi Domini Georgii Pongrácz die secunda Ianuarii Annj Millesimi sexcentesimi sexagesimi septimi.

Locus Sigilli Capituli Strigoniensis.

Franciscus Szegedy (L.S.)
Georgius Pongrácz (L.S.)

(L.S.) Michaël Siculen
Austr. Provincialis.

Ladislaus Vid (L.S.)

Expeditio in charta cum quinque sigillis et subscriptionibus. Archivi Capsa I. Litera M. E Collectione MSS. Prayana Tom. IV. pag. 29. seqq.

## Nro VIII.

*Ferdinandi III. Imp. ac Regis Hung. constitutio pro Universitatis Tyrnaviensis Professoribus.*

Nos Ferdinandus III. DEI gratia Electus Romanorum Imperator semper Augustus etc. Memoriae commendamus tenore praesentium, significantes quibus expedit, universis. Quod nos benigne recolentes, quanto animorum fervore divi quondam Hungariae Reges, Praedecessores Nostri, beatae memoriae, in Beatissimam Virginem sine originali macula conceptam inclinati fuerint, qui iam inde a primis annis, quibus Hungariae Regnum, Deo optimo maximo misericordissime ordinante, orthodoxae Religionis instituta est amplexum, non solum eam singuli sibi Tutelarem adsciverunt; sed publica etiam pietate Universi Regni electae Patronane sceptra, et Coronas subdiderunt; eiusdem Regni Apostolici gubernacula iam anno Saeculi a Christo nato decimi septimi trigesimo primo assecuti, nihil antiquius duximus, quam, ut quorum Coronis in terris successimus, eorundem in coelites, ac praesertim in DEUM, in Augustissimam Dei parentem, pietati succederemus. Quare tum horum exemplo provocati, tum vero maxime peculiari Nostra in DEI Genitricem devoti animi inclinatione moti, postquam in eiusdem Immaculatae Conceptionis Festum, die octava Decembris, quotannis praevio Ieiunio, publicoque voto, singulari solennitate in Haereditariis Nostris Provinciis celebrandam suscepimus, ac quam forte opinionum diversitas et sententiarum lites apud imperitum vulgus confusionem ac voluntatum animorumque scissionem pariat, expedire iudicavimus (quod ab aliis in orbe Christiano erectis DEO et Beatissimae Virgini devotis Universitatibus et Academiis pie sancteque factitatum accepimus) Universitatem nostram Tyrnaviensem, paucis ab hinc annis in Regno nostro Hungariae fundatam, quam omnes probae, sanaeque doctrinae parentem agnoscunt, peculiari Decreto adstringere, ad asserendam, tuendam propagandamque piam eius Immaculatae conceptionis sententiam. Ideo de plenitudine potestatis Nostrae, vigore praesentis Diplomatis decernimus, Tibique Rector, Cancellarie, Decani, Professores, Lectores, Magistri, et cuiusvis nominis ac Muneris officiales mandamus: Primo ut vos omnes et singuli, et quicunque in hac Universitate existentes, gradum aliquem in quacunque facultate susceperunt, et docendi, legendique munere funguntur, edant quam primum iuramentum huius tenoris, se, donec a sede Apostolica aliter statuatur, publice ac privatim velle pie tenere et asserere gloriosam DEI Genitricem MARIAM absque originalis peccati macula fuisse conceptam, eandemque opinionem non modo in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus, aliisque actibus publicis defendere ac propugnare; sed neque privatim dicto vel scripto, vel quovis discursu in adversum quidquam tractare. 2do Ut nemo in quacunque Universitate Christiana promotus ad quemcunque gradum, in hanc Universitatem, vel aliquam illius Facultatem, vel ad docendum, vel quodcunque munus admittatur, nisi idem prius iuramentum praestiterit. 3tio ut nullus ad suscipiendum ullum sive Baccalaureatus, sive Doctoratus gradum, in quacunque Facultate suscipiendum admittatur, nisi praevio eodem iuramento. 4to. Ut hoc nostrum Decretum et Caesarea Regiaque voluntas in viridi semper

observantia vigeat, Rector cum Cancellario et Decanis, ipso Festo Immaculatae conceptionis, praesentibus omnium Facultatum Doctoribus, innovent, eumque diem quot annis Theologica Facultas solenni ad Academicos oratione in Templo Societatis JESU, et decantatis sub vesperam Virginis Lauretanae elogiis celebrent, ad quos actus suo spectabiles habitu; Rectorem, Cancellarium, Decanos, Doctoresque omnes et Professores omnes comparere iubemus. Quo vero ritu, modo, ordine, solennitate et apparatu ea universa peragi debeant, id a vobis speciali statuto sanciri convenit. Nos vero nihil dubitantes, quin Rector, Cancellarius, Decani, Doctores omnes, ac tota Universitas firmissimae huic Nostrae voluntati se se obsequiose conformatura sit, Nostram Caesaream et Regiam gratiam, favoremque deferimus, et praesens Decretum', propriae manus nostrae subscriptione, et secreti sigilli nostri, quo ut Rex Hungariae utimur, munimine firmamus, roboramus, et immutabile, nullisque nisi nostrae ac successorum nostrorum declarationi aut interpretationi subiacere volumus. Datum per manus fidelis nostri nobis dilecti Rndi Georgii Szelepchény, Episcopi Nittriensis, locique ac Comitatus eiusdem supremi ac perpetui Comitis, Consiliarii nostri, et per dictum Regnum Nostrum Hungariae Aulae nostrae Cancellarii, in Civitate Nostra Vienna Austriae die 2da Decembris Anno Domini 1656. Regnorum nostrorum Romani vigesimo, Hungariae et reliquorum trigesimo primo, Bohemiae vero anno trigesimo nono. Reverendissimis ac Venerabilibus in Christo Patribus Dominis, Georgio Lippay de Zombor Metropolitanae Strigoniensis, et Ioanne Püsky Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum Canonice unitarum Archi-Episcopis, dicto Georgio Szelepchény Nittriensis, Ioanne Pálfalvay electo Varadiensis, Benedicto Kysdy, Agriensis, Petro Petrechich Zagrabiensis, Francisco Szentgyörgyi electo Transylvaniensis, Georgio Széchenу Wesprimiensis, Paulo Hoffman, Quinque-Ecclesiensis, dicto Ioanne Püsky, Administratore Iauriensis, Sigismundo Zongor, Vaciensis, fratre Petro Iuryewich, electo Sirmiensis, altero fratre Mariano Murawich, electo Bosnensis, tertio fratre Georgio Bielavich, electo Tininiensis, Thoma Pálffy Csanádiensis, fratre Ioanne Caramuel Rosonensis, et Petro Mariani Segniensis et Modrusiensis Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias DEI feliciter gubernantibus. Item Spectabilibus ac Magnificis Comite Francisco Veselény de Hadad, Regni Nostri Hungariae Palatino, Francisco de Nádasd, Iudice Curiae nostrae Regiae, Comite Nicolao a Zrinio, dictorum Regnorum Nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae Bano, Comite Stephano de Csák Tavernicorum, Praefato Nicolao a Zrinio, Agazonum, Comite Georgio Erdődy de Monyorokerék Cubiculariorum, Comite Nicolao Pálffy ab Erdeöd Ianitorum, Comite Adamo de Battyán Dapiferorum, altero Comite Adamo Forgách de Ghymes, Pincernarum, Comite Georgio de Frangepanibus, Curiae, Nostrorum Regalium in Hungaria Magistris, ac Memorato Comite Nicolao Pallfy de praelibata Erdeöd Comite Posoniense, caeterisque quam plurimis praenotati Regni Nostri Hungariae Comitatus tenentibus et Honores.

Ferdinandus m.p.

Georgius Szelepchény
Episcopus Nittriensis m.p.
Andreas Rutkay m.p.

In pergameno, Sigillo pendenti, sericeo filo vario. Archivi Capsa II. Litera H.

E Collectione MSS. Prayana Tom. IV. p. 17. seqq. — Nemo mirabitur ideo sane, Immaculatam Conceptionem tot Doctorum ingenia exercuisse. Iuramentum istud sustulit Augustus Iosephus II. A. 1782. die XXII. Iunii.

## Nro IX.

### *Fundatio praemiorum Paulo Eszterháziana.*

Nos Comes Paulus Eszterházy de Galantha perpetuus in Frakno, Sacri Romani Imperii Eques, Comitatus Soproniensis supremus Comes, Sacrae Caesareae Regiaeque Maiestatis Consiliarius, Camerarius, et per Hungariam Curiae Regiae Magister, nec non Partium Regni eiusdem Hungariae antemontanarum Confiniorumque Ungvarino oppositorum supremus Generalis et Praesidii Arcisque Csobantz Supremus Haereditarius Capitaneus. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis. Quod Nos considerantes, quam magnus in humaniorum Literarum studio profectus in Scholastica Iuventute sperari possit, si quotannis per publicam praemiorum distributionem ad prosequenda alacrius studia incitaretur. Idcirco moti imprimis zelo Divinae gloriae augendae, deinde vero amore publici boni, per haec literarum studia promovendi, perpetuam in Academia Societatis JESU Tyrnaviae praemiorum fundationem facere decrevimus. In quem finem Reverendo Patri Michaëli Griboczy S. I. Collegii Tyrnaviensis Rectori, eiusque Successoribus mille florenos Rhenenses capitalis summae, in bona moneta currenti tradimus et consignamus, sequenti sub conditione, videlicet ut elocato ad censum Capitali mille florenorum, ex censu eorundem florenos sexaginta constituente, praememoratus R. P. Rector, eiusque Successores quotannis, ubi per temporum iniurias consvetus studiorum cursus non impeditur, Iuventuti humaniorum Literarum in Academia Tyrnaviensi, vel si hanc alio (quod Deus avertat) transferri contingeret, praemia more consveto sub auspiciis nostris distribui faciant. Cupimus autem et Nos, ut Iuventus Humanistica titulo gratitudinis, post obitum Nostrum die Anniversario memor animae Nostrae sacrum offerat. Datum in Libera Regiaque Civitate praefata Tyrnaviensi die Conversionis Sancti Pauli Anno Domini MDCLXXV.

Comes Paulus Eszterházy m.p.

L.S.

Archivi Capsa I. Litera Q. in charta.

E Collectione MSS. Prayana Tom. IV. p. 36.

## Nro X.

### *Documenta Universitatem Tyrnaviensi-Budensem respicientia.*

*a*) Augusta M. Theresia Universitatem Pazmaniam restaurat, et facultate Medica complet.

Pro indesinenti illo, quo Sacra Sua C. R. Maiestas in subiectam sibi, et imperio Suo gentem, cum primis Hungaram, fertur maternae solicitudinis studio, iam inde a tempore suscepti gubernii sui, nihil amplius in votis unquam habuit, quam ut subditorum saluti et commissi sibi Regni huius Hungariae securitati ultro benigne consuleret; Quum autem omnis Regnorum felicitas, et abinde in privatos dimanantium commodorum successus a recte institutae reip. administratione principaliter pendere; haec vero, nisi efficacibus ingenuarum artium et scientiarum necessariarum fulciatur adminiculis, aegre admodum consistere posse videtur; ideo de ampliando in Regno Hungariae rei literariae incremento non postreme solicita SS. M. Sua, posteaquam animo reputaret, quod, tametsi quidem ex munificentia gloriosae reminiscentiae praedecessorum suorum, divorum quondam Hung. Regum, Universitas in lib. Regiaque Civitate Sua Tyrnaviensi superioribus abhinc temporibus erecta habeatur, in hac tamen ea vel maxime desiderari conspiciantur, quae, pro ratione modernarum imprimis circumstantiarum, ad rite gubernandam remp. plurimum conferre deberent; ut hac quoque in parte SS. Sua M. uberiora gratiae Caes. Regiae pietatisque maternae erga percaram sibi gentem Hungaram testari possit documenta; multum se tam in remp. huius Regni, quam vero in illius spes succrescentis iuventutis futurae vitae commodo auxilii collaturam arbitrabatur Summe fata M. si eandem praefatam Universitatem Tyrnaviensem ampliaret, et novis modernoque rerum gerendarum systemati congruis accessionibus cumularet, ac denique ad eum, qui recte ordinatae Universitati cohaereat, perfectioris consistentiae statum poneret. Quem igitur in finem, siquidem plures informatores peculiaribus animi dotibus et qualitatibus ornati, universarum item scientiarum doctrinis imbuti, necessarii utique forent; pro horum autem competente subsistentia, nec non aliis eo concurrentibus admimiculis notabiliores desiderarentur sumtus; id circo, ut Universitas haec firmitatem suam et stabilimentum perpetuum eo certius obtinere possit, visum fuit apostolicae Suae Maiestati benigne resoluere, ut centies mille florenos, quos A. Episcopus olim Strigoniensis Petrus Pázmán pro Universitate hac ibidimque introducendo studio theologico et philosophico fundavit, penes administrationem Collegii Tyrnaviensis S. I. ultra quoque usque ulteriorem benignam ordinationem Regiam, et cum inferius denotata obligatione, relictis praeter aliorum 37000 flor. per Archi-Episcopos aeque Strigonienses, Lósi et Lippai, pro studio Iuridico, in eadem Universitate tradendo fundatorum annuos census, insuper idem Collegium Tyrnaviae S. I. ex fundis, sibi titulo studiorum et Universitatis collatis, aut aliis etiam, prout ipse etiam P. Provincialis S. I. humillime suam eatenus declarationem coram Sua SS. M. exhibuerat, sub corona Regni Hungariae existentibus Collegiis, Residentiis in subsidium vocatis, annue 10,000 florenorum ratis quartalitatibus a 1a

Nov. A. 1769. inchoatis, ad rationem praefatae Universitatis deponere teneatur, quemadmodum et ipsum antelato P. Provinciali per speciale decretum iam etiam intimatum haberi, SS. Sua M. Consilio huic L. R. clementer significaverat. Et quia haec 10,000 florenorum cum praeattacti 37,000. Capitalis interusurio in repetitae Universitatis necessitates impendendo, suffectura non esse praevidisset altefata M. Sua; ideo, sensu etiam et dictamine Art. 12. 1548. Abbatiam quoque S. Helenae de Földvár, per mortem et ex hac vita decessum Iosephi quondam Landgravii Hassiae, Principis a Darmstadt, legitime vacantem, pro dote, ac titulo perpetuae fundationis eidem Universitati, ea nihilominus conditione contulit M. Sua, prout fundationales eatenus literas, via Cancellariae R. H. aulicae, iam etiam effective expeditas, inferius denominato superiori Universitatis Directori tradi fecit, ut deducta ex annuis dictae Abbatiae reditibus 20 pro Centum quotta in una quippe rata eiusdem medietate, titulo subsidii Ecclesiastici, pro fortificatorio singulo anno Camerae R. Hungaricae administranda, id, quod ex iis proventibus resultabit, in uberius rei literariae ac Scientiarum incrementum converti debeat. Ceterum, si quidem pro eo, ut studium generale, seu Universitas completa dici possit, ab exemplo aliarum etiam in ceteris hereditariis provinciis Caes. Regiis praeexistentium Universitatum 4. requirerentur facultates, ut pote theologica, iuridica, medica, et philosophica; interim quod medica facultas memoratae Universitati hactenus defuerit; alia quoque ad maiorem eius perfectionem deseruitura adminicula desiderari observata fuissent; ea propter theologica quidem facultas in eo, quo hactenus praeexistebat, statu profuturo quoque plene relicta, non tantum studium medicum, adeoque nominis huius facultas, corsum noviter introducendum, verum etiam iuridicae. et philosophicae facultatibus, in quantum studiis et exercitiis, ad ampliorem servitii sui altissimi promotionem, et communem quoque reip. utilitatem magis propagandam opitulantibus, destitutae esse viderentur, subveniendum, ac in reliquo totum huius universitatis intrinsecum statum ita pro futuro regulandum, duxit sua M. SS. ut nimirum Thelogica Facultas ex 2. professoribus theologiae Dogmaticae, seu speculativae, 2. Professoribus theologiae moralis, uno Professore S. scripturae, uno professore controversiarum fidei, uno professore eloquentiae et historiae sacrae; Iuridica ex uno professore iuris Canonici, 1. Prof. iuris naturae, et publici, seu gentium, 1. prof. institutionum seu pandectarum, 2. item professoribus iuris Hungarici, quorum alterutri etiam ius criminale tradere incumbet. Medica porro ex 1. Prof Institutionum medicarum, 1. Prof. praxeos, 1. Prof. anatomiae, 1. Prof. chirurgiae, ac Prof. botaniae ac chymiae; Philosophica demum: 1. Prof. Logices et Metaphysices, 1. Prof. physices experimentalis, 1. Prof. Matheseos, 1. Prof. Ethices, 1. Prof. linguae Hebreae, 1. Prof. linguae Graecae, 1. Prof. Eloquentiae, ac Historiae profanae, 1. Prof. studii politico Cameralis (cuius lectionibus ad exigentiam benigni sub 27. Octobris A. 1769. abhinc intimati mandati Regii, omnes Theologiae candidati, etiam clerici interesse debeant) praeterea uno magistro linguae Germanicae, uno linguae Gallicae, uno porro saltus, ac denique uno artis digladiatoriae magistris consistat. Resolvit praeterea Sua M. SS. ut theologicum et philosophicum studium, quod hactenus penes supra memoratum collegium Tyrnaviense S. I. eiusdemque commembra, virtute fundationis Pazmanianae, ex censu videlicet hunc in finem fundatorum 100,000. flor. pro-

visum fuit, in posterum etiam, usque ulteriorem benignam ordinationem regiam, per idem Collegium et commembra ipsius provideri possit, ea nihilominus cum conditione, ut quemadmodum per id alia quoque cuiuscunque ordinis et status idonea subiecta ab eo, quin ad consequendum eiusmodi professorum munus adspirare valeant, nulla ratione exclusa haberi velit SS. M. Sua; ita dicti patres S. I. ab omnibus inutilibus abstractionibus et subtilibus praescindere, ac normae, in Universitate Viennen. introductae pene semet conformare, sed et subiecta illa, quae pro obeundis professorum eiusmodi muneribus idonea et digna esse censuerint, Maiestati Suae, medio inferius declarati superioris Universitatis Directoris, praevie semper proponere, ac a benigna ratificatione Regia praestolari teneantur; prout vice versa, nullum ex eiusmodi per Suam M. benigne constitutis professoribus citra praevium ad Suam M. eatenus medio eiusdem superioris Universitatis Directoris formandum recursum seu transponere, seu vero amovere valeant; benigne ceteroquin annuendo, ut iisdem Patribus S. I. Eloquentiae et Historiae quoque Profanae studium in praerepetita Universitate Tyrnaviensi profuturo tradendum una cum salario suum in finem e praenotato Generali Universitatis fundo in 1200 flor. per suam Maiestatem Clementer emenso, deferri possit (Haec sors Cl. Steph. Katona mansit). Quoniam vero altefata M. Sua benigne expendisset, quod pro obeundis Professorum muneribus habilia et peculiaribus tum animi dotibus praedita, cum et solidis Scientiarum doctrinis imbuta subiecta requirantur; haec autem adeo rara esse comperiantur, ut reipsa quaeri debeant, et per saepe nonnisi summa cum difficultate procurari queant; consequenter inter esse videatur, ut subiectis eiusmodi, si cumprimis apta et idonea sint, de honesta et competente subsistentia provideatur, ne secus ipsos, propter huius defectum, de procurando sibi meliori vivendi modo sollicitos, neglectis officii sui rationibus, ad alia extravagantia prolabi oporteat; hinc ad antevertenda haec et similia, ut subiecta eiusmodi pro professoribus admovenda, in explendis muneribus suis eo magis contineri, et ad procurandam studiorum, sibi concreditorum, ampliorem perfectionem exstimulari possint; pro iisdem Professoribus, et notanter Iuridicae, et Medicae facultatis prout et dictae eloquentiae, ac Historiae profanae, nec non studii Politico-Cameralis, velut cum initio anni huius Scholastici in toties repetita Universitate Tyrnaviensi iam introducto Professore, linguae Germanicae, Gallicae, saltus et digladiatoriae artis magistris, qualia nam salaria et respective — Subsidiaria auxilia SS. M. Sua benigne determinavit, ex hisce advoluta tabella uberius innotescet. Ne interim honori et dignitati Universitatis huius Tyrnaviensis quidpiam deesse valeat; eandem in supremam Maiestatis Suae C. R. ac Successorum suorum Hung. Regum protectionem, curam et potestatem assumens, medio Consilii huius L. R. administrandam benigne decrevit SS. Sua M. Pro eo nihilominus, ut utrinseca Universitatis huius administratio debite provideri posset: superiorem Universitatis Directorem, qui totum rei litterariae ac studiorum negotium, prout et administrationem fundi, pro Universitate hac destinati, concreditam sibi habeat, relationes suas pro re nata directe ad M. Suam facturus, benigne constitudendum esse duxit. Et quoniam ab auctoritate, probata scientia, et dexteritate Directoris progressus et felicitas Universitatis plurimum commodi mutuare sibi viderentur, a cuius videlicet discreto iudicio, et provida cirsumspectione res ipsa literaria, docentium item et studentium industria, ac

etiam designati fundi administratio maiori cum parte fructum capere deberet; ideo pro hoc munere meliori cum progressu sustinendo, Excell. D. C, Georgium Fekete de Galantha, insignis Ord. S. Stephani Commendatorem, utriusque S. C. et R. A. M. actualem intimum Consiliarium. Comitatus Arad. Supremum C. Curiae Regiae per Hungariam M· et per Regnum hocce Hung. aulae Suae Vice-Cancellarium, pro ea etiam qua ipsum praestanti doctrina, iudicii sagacitate, ac peculiari dexteritate pollere, nec minore zelo ac devotione erga se ferri SS. Sua M. in comperto haberet, benigne denominavit. Quatuor autem facultatum et humaniorum studiorum Directores, quos aeque in Universitate hac constituendos benigne resoluit, una cum Professoribus proxime, ac ubi e re fuerit, clementer denominatura est SS. Sua M. Superiori ceteroquin Universitatis Directori Clementer deferens, ut idem Magistros linguarum, saltus et artis digladiatoriae constituere possit. Quod si proinde — vacantiam aliquam, seu quoad memoratos 4 facultatum et humaniorum studiorum Directores, seu vero pro supplenda hac SS. Suae Maiestati alia idonea subiecta per eundem superiorem Directorem proponenda venient; nec ullus sive directorum, sive professorum eiusmodi, per Suam M. benigne constitutorum, citra praeviam apud altefatam M. Suam eatenus factam insinuationem, et de super accipiendam benignam resolutionem transpositioni, aut amotioni cuipiam obnoxiari possit. Quod reliquum est, utut quidem Clementer optasset Summe nuncupata M. Sua, quo reformatio haec toties repetitae Universitatis Tyrnaviensis, quam hactenus tantopere anhelavit, cum initio decurentis anni huius introduci potuisset; sequaciter effectum benignarum et pientissimarum intentionum suarum nunc statim conspicere Suae Maiestati licuisset; quum interea necessaria hunc in finem praeparatoria, diversae item, quae pro docentibus non minus, ac studentibus requirerentur commoditates, benignum huncce scopum regium, quo minus effectui mancipari possent, impedirent; ea propter benigne decrevit Sua M. ut praedeclarata Universitatis Reformatio duntaxat cum initio venturi anni Scholastici in effectum abeat; ac interea de necessariis Universitatis huius aedificiis et commoditatibus ac ceteris praeparatoriis ex reditibus eiusdem Universitatis prospiciatur. — Datum ex C. R. L. H. Posonii die XIV. Mensis Decembris, A. M.DCCL.XIX. — Albertus. Ladislaus Balogh. Josephus Aszalay.

Ex originali Archivi Exc. Cons. R, C. H.

## Nro X.

### *b) Stipendia Professorum Normalia M. Theresiae Benignitate.*

S.S. Sua C. R. et A. M. pro regulanda Universitate Tyrnaviensi stabile systema defigendum et iam venturo anno scholastico introducendum benigne constituit, atque ad consequendum clementissimae materno — regiae intentionis huius suae scopum cetera inter sequentia henigne resoluit: „quoniam universitatis cuiuspiam splendorem et coram exteris quoque attentionem illud vel maxime procuraret; si in omni genere scientiarum eos professores habeat, qui suum quisque`genus ad quampiam perfectionem adducere, et editis etiam in publicam lucem operibus insignem suam doctrinam palam face-

re studeat; haec autem non unius anni labore verum plurium annorum indefessa industria obtineri soleant; Professores igitur Universitatis huius ita comparatos esse oportebit, ut quod genus scientiarum, peculiare etiam suum genium sequuti, assumserint, in illo excolendo plures annos, quin imo etiam aetatem suam, exigere parati sint. Ad hoc porro obtinendum illud cumprimis necessarium est, quo ita salaria sua figantur, ne una quidem ex parte, fine et stimulo consequendi maioris salarii ex una lectione ad aliam quis transire ambiat: alia vero ex parte, ut celebriores professores ad concursum et petendas has cathedras stimulari queant, illique, si potissimum seculares, aut Ecclesiastici sint, decenter, et absque magnis curis rei familiaris subsistere, nec alia munia appetere necessum habeant. Idcirco salariis iuridicae, et medicae facultatis professorum iam antehac benigne regulatis existentibus, quantum ad Theologicae, et Philosophicae facultatum professores eorundem salaria ea ratione emetienda esse S.S. Sua Maiestas duxit, ut nimirum indiscriminatim ecclesiasticus 800 florenorum, religiosus vero 600. et quum in phylosophica facultate etiam seculares professores applicari possent, hi propter ampliorem domesticam familiam 1200 florenorum annuo salario gaudeant. Relate demum ad humaniores scholas licet quidem in praelegendis humanioribus litteris idem tempus per omnes consecrari debeat; quum tamen eadem professorum rhetorices, et poëseos, quae aliarum inferiorum scholarum, ratio esse non possit, ex eo, quod priores in Universitate, ubi et ars oratoria cumprimis efflorescere, quin imo et poësis melius excoli debet, pluribus annis in hoc genere literarum excolendo perseverare debeant; inferiorum e converso classium professores facile mutari possunt, quin aliquod in rem literariam detrimentum inde dimanet; eapropter in hac Universitate inferiorum scholarum professoribus 500 florenorum; poësos, et rhetorices professoribus autem 600 florenorum annuum salarium antefata S.S. Sua M: clementer emensa est. Ceterum intuitu humaniorum scholarum alioquin ea benigna est S.S. Suae Maiestatis voluntas, ut hae pro futuro adhuc anno in statu quo relinquantur; donec videlicet professores iuxta novam methodum, ex asse habilitari, et ex his dein subiectum aliquod in Regnum Hungariae pro erudiendis huiatibus secundum novam eiusmodi methodum professoribus transponi possit. A gratia nihilominus et clementia C. R. pendebit, salaria quorumvis professorum suo tempore, ubi fundus Universitatis plene instructus fuerit, augendi, aut uni alterive professori, qui semet distinxerit, remunerationem peculiarem dandi, aut alia quoque cooperatione benigna consolandi; si consenuerint, seu alia ratione inhabiles redditi fuerint, pro ratione positorum meritorum annua pensione providendi. Siquidem autem moderni professores in Theologica et Philosophica facultate interimaliter tantum constituti habentur, benigna interim intentio, et voluntas S.S. Suae Maiestatis ea esset, ut cathedrae omnes per concursum maxime meritis et in hoc, vel illo genere scientiarum fundatissimis viris conferantur, hinc quemadmodum in reliquis iam pro futuro anno scholastico fixum systema determinandum, ita quoque professores pro Universitatis huius praeattactis binis facultatibus iam pro eodem futuro anno per concursum deligendos; hunc concursum autem pro 8. Octobris et subsequis venturi mensis Octobris diebus Tyrnaviam, velut ad faciem ipsius Universitatis, praefigendum et in praesentia commissariorum regiorum ea quippe ratione instituendum S.S. Sua M. benigne resolvit, ut concursuri ad obtinendas

cathedras et verbo nonnulla ex illo genere scientiae, cui tradendae semet destinare volunt, explicare, et scripto aliquam materiam deducere teneantur, ut nimirum videri possit, an ea, quae per scriptas deductiones se intelligere comprobaverint, sermone quoque ad captum discipulorum expedite eloqui valeant: talibus autem, quorum doctrina alioquin notoria, et ab editis nefors etiam publicis operibus celebris foret, etiam citra concursum, erga debitam praeviam insinuationem per eos apud praesidem consistorii Universitatis faciendam assumi queuntibus. — Pro memoratis commissariis regiis S.S. Sua M. C. R. Exell. D. C. Georgium Fekete de Galantha iudicem curiae Regiae, velut alioquin praefatae universitatis Tyrnaviensis superiorem directorem, pro ea etiam, quam in praeclara eiusdem rerum et scientiarum notitia agendique dexteritare locat, fiducia, nec non Dominum Ürményi, Consiliarium suum aulicum, ea cum provincia clementer denominavit, ut praeattacto concursui interfuturi, tam illorum, qui citra concursum ad cathedras admitti cuperent, insinuationibus apud consistorium faciendis, et per praesidem eius consistorii universitatis, iisque tempore ipsius concursus ad notam sumendis, quam et per concursum examinandorum habilitate ac aliis etiam qualitatibus in deliberationem assumtis, eos, quos pro singula cathedra praestantiores et prae aliis digniores esse, auditis etiam eatenus respectivarum facultatum directionibus, et ipso universitatis consistorio, iudicaverint, statim etiam denominent et introducant, — quo taliter denominandi professores cum initio mensis Novembris ad stationem suam semet recipere, et praelectiones suas praescripto ad id tempore etiam reipsa ordiri valeant. Datum ex C. R. L. H. Posonii die 4. Sept. Anno 1774."

Indidem.

## Nro X.

### c) *Universitas Regia Tyrnavia Budam migrat.*

Maria Theresia Spectabiles. Caetera inter, quae negotium translationis Universitatis nostrae Regiae Tyrnaviensis respiciunt, sequentia fidelitatibus vestris benigne, intimanda esse duximus et quidem.

Primo: Ut antelata Regia Universitas Budam transferenda, ibidem in Regio Arcensi aedificio pro Residentia nostra destinato, quod una cum accessoriis, utpote stabulis, et Allodio, quod hactenus usui S. Monialium Virginum Anglicanarum, Vacium transferendarum, deserviebat, ac aliis quibusvis appertinentiis, quocunque nominis vocabulo vocitatis, cum antiquis item Scholis Academicis, Hortoque Collegii abolitae societatis eidem Clementer conferimus, et addicimus, illocetur; a consequenti, ut Arcensia quidem aedificia una cum iis, quae per memoratas S. Moniales Virgines hactenus inhabitabantur, commissio Regia pro consumando omni ex parte hoc opere in Persona Fidelis Nostri Comitis Christophori Nitzky, item Fidelitatum Vestrarum Gremialis Consiliarii Wolfgangi Kempelen, et Andreae Szabó, Strigoniensis Canonici, Facultatisque Theologicae Directoris, per Nos Clementer ordinata, per Fidelitates Vestras suo modo resignanda, veteres autem Scholas Academicas Budenses cum Horto abolitae Societatis Collegii

Budensis a fundo studiorum, nomine praementionatae Universitatis Regiae recipiat, supellectile intrinseca Arcis Budensis eousque in Sua integritate conservanda, donec Commissio haec Regia eorsum advenerit, et illa, quae Universitati, Academiaeque necessaria videbuntur, si non aliter, erga persolvendum etiam pretium, reservanda deligere.

Secundo: Cum L. Regiaque Civitas Nostra Budensis, cui per hanc Universitatis translationem multa accessura esse commoda indubium est, coram commissione loculi pro facilitando hoc opere 10m. flor. summam ad sumptus quippe ipsius translationis aliqua in parte levandos, Domum item Corvinianam nuncupatam, certumque fundum statuam SS. Trinitatis respicientem, pro Collegio item practico medico in nosocomio suo Civico, quod in Pede Montis praesidiarii situm est, locum, nec non pro Horto Botanico in vicinia Nosocomii spatium, si necessarium foret, accedente benigno annutu nostro Regio promptissime gratisve obtulerit, ac praeterea pollicita esset, se omnes vires impensuram, ut Nro 30 fontes in Praesidio praeexistentes ob uberiorem aquae affluxum cum profundiori fossione producantur, duo aquae ductus eandem Civitatem concernentes (cum tertius sumptibus aerarii conservetur) ad perfectum statum ponantur, et praeterea unus adhuc aquae ductus, sive ex fonte Regio optimae qualitatis aquam in se complectente, sive vero ex Danubio ad Praesidium dirigendus, sumptibus suis erigatur et in septemtrionali scholarum parte cum Universitati Regiae, tum vero contiguo militari Acnochio cum utilitate deserviturus collocetur, ipsaque superior Civitas lampadibus nocturnis dehinc illuminetur, ut item nundinae hactenus in aquatica Civitate bis per septimanam celebrari solitae, deinceps una die per septimanam in Praesidio instituantur, ita quidem, ut edulia in duobus locis, signanter vero auf dem Parade Platz, et circa statuam SS. Trinitatis distrahantur, Currus vero frugibus, altilibus, lignisque onerati ad plateam Wiener Gaſſe dictam, sat, superque latam, et ad spaciosam Plagam intra Moenia, et Murum PP. Franciscanorum sitam collocentur, foenum denique et stramen ante portam Viennensem distrahatur, Piscatores porro omni esuriali die Praesidii Incolas sufficientibus piscibus eo, quo in aquatica distrahi solent, pretio, provideant, ipsiusque locus distractionis penes Danubialem aquae ductum assignetur. Ut denique ascensus per portam sic dictam Jesuiticam, qua nempe potior Civitatis aquaticae iuventus Scholas frequentans ascendere vel descendere solet, aestivali tempore commodus, brumali vero tutus, securusque reddatur, paratam semet esse eadem Civitas declaravit, gradus illos, qui semel a praedicta porta sic dicta Jesuitica, usque ad currulem viam in pede montis existentem protendunt, scandulis tegi, lateraque sufficientibus fenestris provideri curare, ut nimirum aestivo tempore sub umbra, brumali vero tute, et secure gradus iidem scandi possint; quemadmodum igitur has ex parte Civitatis Budensis factas oblationes clementer confirmamus, ita una benigne volumus, ut medio etiam fidelitatum vestrarum praedictae Civitati haec benigna resolutio nostra intimetur, ac ad implementum omnium praevia ratione per se factarum oblationum omnino invietur.

Tertio. Quoniam pro materna nostra in melius educandam Iuventutem solicitudine Regiam Academiam Nobilium Theresianam in praedicta Arce Nostra Regia Budensi cum ipsa Universitate Regia collocandam pro quiquaginta alumnis, viginti e Statu Nobilium, ac decem etiam benemeritorum Cameralium Officialium filiis, quin tamen nos

praescripto numero ulla ratione affigere velimus, per Maiestatem Nostram Benigne nominandis clementer fundare decrevissemus, ac una pro fundo dotationis congruae praeter illam bismille florenorum, quae hucdum ad convictum Regio-Archi-Episcopalem ex Aerario Nostro Regio praestabatur, ex bonis ad massam Studiorum pertinentibus, et pro Abbatia Pécsvaradiensi subinde commutandis, ac ubi hanc vacare contingerit, ad Benignam Dispositionem Nostram resignandis tantum assignari vellemus, ut eadem Academia Regio-Theresiana Budensis pro victu et amictu praeattactorum 50 Alumnorum inclusis etiam 12 illis Alumnis, qui ex Convictu Regio Archi-Episcopali Tyrnaviensi Fundationis Regiae eorsum transferentur, sigillatim a 200 flnis computatorum annuos decem mille flnorum reditus necessarios secure obtineat, praenotatis bis mille florenis dehinc etiam pari ratione, uti hactenus ab aerario nostro pendendis, ac pro reliquis Academiae eiusdem necessitatibus, ac annuis salariis relictis, et cum Bona eadem ex Massa Jesuitica excindenda (uti praemissum est) pro casu tantum vacantiae Abbatiae Pecsvaradiensis effective tradenda venirent; ideo ultro benigne resolvimus, ut interea temporis praenotata decem mille florenorum summa e redditibus vacantis Episcopatus Nitriensis per Fidelitates Vestras angarialiter, et quidem anticipato cum initio futuri anni scholastici, quo nempe eadem Fundatio incipiet, ad manus nominandi Academici Directoris semper rite numerentur, Consilio Nostro Regio Locumtenentialis-Hungarico eo iam instructo existente, ut qualia in specie Bona a Fundo Studiorum hunc in finem designanda sint, Proiectum elaboret, ita quidem, ut ubi casus vacaturae Abbatiae Pecsvaradiensis evenerit, praememorata Regio-Theresiana Academia Budensis fundum suum nunc pro tunc benigne resolvendum effective acquirat, et eiusdem Possessorium ingrediatur.

Quarto. Et illud Clementer resolvimus, ut cum suprafatus Gremialis Fidelitatum Vestrarum Consiliarius, Wolfgangus Kempelen, operationibus Commissionalibus interesse debeat; idem ab ordinaria Statione Sua eousque, donec Commissio eadem operationibus suis finem imposuerit, cunctaque ad debitam suam consistentiam producta fuerint, pro dispensato habeatur.

Ad effectum itaque Benignae huius Resolutionis Nostrae Regiae in praemissis subsistentis eaedem Fidelitates Vestrae tam circa ipsius Arcis Nostrae Regiae resignationem, quam et Civitatem Budensem ad implementum oblationum per eandem factarum, et superius specifice recensitarum stringendam, item intuitu 10. M. flor. de redditibus praedicti vacantis Episcopatus Nitriensis praevia ratione pendendorum necessarias Dispositiones facere noverint. Nam in eo satisfiet Benignae voluntati, ac menti nostrae. Dabantur in Civitate Nostra Viennae die 6a Martii 1777. Maria Theresia — Leopoldus Comes a Kolovrat. Ad Mandatum Sacrae Caesareo Regiae Maiestatis proprium Josephus Nagy de Felsö Bük.

Indidem.

## Nro X.

*d) Ordo Studiorum typis datus, quem reperi, fuit primus Anni* $177\frac{8}{9}$. *sequens:*

Ordo et Materiae Praelectionem in Regia Studiorum Universitate Budensi Anno $177\frac{8}{9}$.

### In Facultate Theologica.

Theologi primi anni: Audiunt: Mane ab hora 8a ad 9am postmeridiem a 3a ac 4am primis tribus mensibus Linguam Sacram; deinde Hermeneuticam Veteris Testamenti. Ab hora 9a ad 10am, a 4a ad 5am Historiam Ecclesiasticam.

Theologi II-i Anni: Mane ab hora 8a ad 9am; post meridiem a 3a ad 4am primis mensibus Linguam Graecam; deinde Hermeneuticam Novi Testamenti. Ab hora 9a ad 10am; a 4a ad 5am Historiam Literariam Theologiae primum tum Institutiones Theologicas cum Patrologia.

Theologi III-ii Anni: Mane ab hora 8a ad 9am; post meridiem a 3a ad 4am Theologiam Moralem. Ab hora 9a ad 10am; a 4a ad 5am Theologiam Dogmaticam.

Theologi IV-i Anni: Mane ab hora 9a ad 10am; post meridiem a 3a ad 4am Theologiam Dogmaticam, ab hora 10a ad 11am; et a 4a ad 5am Ius Ecclesiasticum.

Theologi V-i Anni: Mane ab hora 8a ad 9am; postmeridiem a 3a ad 4am Liturgiam Sacram, et successive Polemicam ab eodem Professore tradendam. Ab hora 9a ad 10am, et a 4a ad 5am Theologiam Pastoralem.

### In Facultate Iuridica:

#### Horis Matutinis:

Auditoribus I-i Anni: Ab 8a ad 9am Ius Naturae, ac Publicum Universale, et Gentium. A. 9a ad 10am Introductio ad Scientiam Politiae. Notitia Artium, Manufacturarum etc. A. 10a ad 11am Institutiones Iuris civilis explanantur. II-i Anni: ab 8a ad 9am Historia Universalis Veteris ac Novi aevi; a 9a ad 10am Historia Iuris Hungarici, Institutiones et receptae in Regno consuetudines proponuntur.

Sabbatho Collegium Novorum.

#### Horis postmeridianis:

Auditoribus I-i Anni: Explanatur Ius Naturae, Publicum Universale, et Gentium a 2a ad 3am: a 3a ad 4am Historia Provinciarum Europae.

Sabbatho Collegium Novorum.

II-i Anni: a 2a ad 3am per Doctorem Politiae Scientia Commerciorum. A. 3a al 4am Historia Iuris Hungarici, Institutiones ac receptae in regno Consuetudines. A. 4a ad quintum Pandectae.

Praeterea a 4a ad 5am Theologis et aliis, qui audire volent, quotidie traduntur Institutiones iuris Ecolesiastici.

Ius Publicum Imperiale Germanicum et Feudale audire volentibus dabuntur Collegia privata.

## In Facultate Medica.

### Horis Matutinis:

A. ½7a ad ½8am in aestate traditur Botania. Praxis vero Clinica mane ab hora 8a ad 9am. A. 9a ad 10am Physiologia. Eadem Hora Praxis Clinica Chirurgica. A. 10a 11am Anatomia et Ars Obstreticia, sed tantum diebus Mercurii et Veneris.

### Horis postmeridianis:

A. 2a ad 3am Materia Medica; a 3a ad 4am Pathologia et Chirurgia Theoretica. A. 4a ad 5am in hyeme Chemia; eadem hora per totum annum Scholasticum Praecepta Medico-Chirurgica Hungarice.

## In Facultate Philosophica.

### Horis Matutinis:

Philosophi I-i Anni: Primo Semestri audiunt ab 8a ad 9am Logicam, a 9a ad 10am Mathesim elementarem puram.

Secundo Semestri: a 7a ad 8am Historiam Philosophiae; ab 8a ad 9am Mathesim Elementarem adplicatam.

II-i Anni: Primo Semestri: ab 8a ad 9am Historiam Religionis, Ecclesiae, et Eruditorum Hungariae; a 9a ad 10am Physicam Elementarem.

Secundo Semestri: a 7a ad 8am Historiam Imperatorum ac Ditionum haereditariarum. Ab 8a ad 9am Physicam Elementarem.

### Horis postmeridianis:

Philosophi I-i Anni: Primo Semestri audiunt a 2a ad 3am Historiam Pragmaticam Hungariae. A. 3a ad 4am usum Historiae Naturalis in Oeconimia Rustica. Secundo Semestri: A. 3a ad 4am Historiam Pragmaticam Hungariae; a 4a ad 5am usum Historiae Naturalis in Oeconomia Rustica.

Philosophi II-i Anni: Primo Semestri: a 2a ad 3am Metaphysicam; a 3a ad 4am Mathesim Elementarem adplicatam ad Oeconomiam Rusticam.

Praeterea: Collegia Historiae Naturalis hora 10a; Mathesis Sublimior et adplicata alternis vicibus hora 9a; Theoria Physicae Sublimioris hora 3a pomeridiana; Oeconomia Rustica diebus Iovis, Dominicis et Festis hora 10a. Mechanica, Physica Experimentalis, Secundo Semestri horis et diebus determinandis habebuntur.

Accedunt: Institutiones Heraldicae, et Sphragisticae; Explanatio rei Diplomaticae, et Numariae; quae per Doctores ad id constitutos horis extraordinarias accurate tradentur.

Praelectiones Aestheticae, et amoenioris literaturae pro iis, qui Studia Humanitatis recolunt, aliisque accedere volentibus quotidie fiunt; et quidem mane a ½9a ad 10am; postmeridiem a ½3a ad 4am.

## In Classibus Humanitatis:

Anno II-o Praeter ea, quae ad Stilum pertinent, Lectione et exercitatione excolendum, iuxta Institutum Regium traditur: 1) Ius Naturae. 2) Mathesis (in elemen-

tis). 3) Historia Animalium et Vegetabilium. 4) Mythologia. 5) Geographia. 6) Historia. (Patria). 7) Linguae Hungarica et Germanica.

Anno 1mo: Praeter ea, quae de Stilo indicata sunt, traditur. 1) Ars cogitandi. 2) Arithmetica, 3) Physica. 4) Geographia. 5) Historia. 6) Antiquitatum Romanarum Compendium. 7) Linguae Hungarica et Germanica.

In Classibus Grammaticis.

Anno III.

Praeter institutionem Linguae Latinae traditur: 1) Arithmetica. 2) Historia. 3) Geographia. 4) Historia Naturalis Mineralium. 5) Linguae Hungarica et Germanica.

Anno II.

Praeter Institutionem Linguae Latinae traditur: 1) Arithmetica. 2) Historia. 3) Geographia. 4) Historia Naturalis Vegetabilium, 5) Linguae Hungarica et Germanica.

Anno I.

Praeter ea, quae ad Institutionem Linguae Latinae pertinent, traditur: 1) Arithmetica. 2) Geographia. 3) Historia Biblica. 4) Historia Naturalis Animalium. 5) Orthographia et Calligraphia.

Habentur praeterea statis una quaque hebdomada horis pro Humanitatis aeque ac Grammatices classibus Institutiones Christianae, horis autem subscisivis pro altera Humanitatis Classe Institutiones Poëticae, pro utraque vero Linguae Graecae. — Physica experimentalis initium capiet altero Semestri; pro Classibus Grammaticis traditur horis itidem subcisivis Lingua Graeca, et Ius Naturae; Geometriae initium dabitur positis rite fundamentis in Arithmetica,

Haec omnia fuse: ac dilucide tam in ipso Regio Literario Instituto, quam in Tabellis eidem adnexis expressa sunt."

## Nro X.

### e) *Inaugurale Diploma Universitati Regiae M. Theresiae Clementia concessum.*

Nos Maria Theresia, Divina favente Clementia Romanorum Imperatrix vidua, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae, Galliciae, Lodomeriae, Bosniae Serviae, Cumaniae, et Bulgariae Regina Apostolica etc. Archi Dux Austriae, Dux Burgundiae, Styriae, Carinthiae et Carnioliae; Magna Princeps Transylvaniae, Marchio Moraviae, Dux Brabantiae, Lymburgiae, Lucemburgae, Geldriae, Würtembergae, Superioris et Inferioris Silesiae, Mediolani, Mantuae, Parmae, Placentiae, Guastallae, Auschviczii, et Zatori, Princeps Sveviae, Comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Hannoniae, Kyburgi, Goritiae et Gradiscae, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviae, Superioris et Inferioris Lusatiae, Comes Namurci, Domina Marchiae Sclavonicae, et Mechliniae, vidua Dux Lotharingiae, et Barri, Magna Dux Hetruriae etc. Memoriae commendamus tenore Praesentium significantes, quibus expedit, Universis. Cum in omni Republica ad recte constituendam Rem Literariam cumprimis necessarium esse omni Aevo existimatum sit,

ut generale studium, veteri more ita compellatum, seu Universarum Scientiarum Academia commodo quopiam Loco constitueretur, ex qua nimirum tanquam e Seminario doctorum virorum, utilium, necessariarumque Scientiarum periti Magistri ad ceteras Regni minores, et subalternas Academias, et Gymnasia cum insigni Rei Literariae emolumento peti possent, et in qua omnigenae, quae ubique doceri nequeunt, disciplinae traderentur; ea vero, quae aliis in Gymnasiis hausta sunt, hic rite perpolirentur, ac denique ad cuius normam omnis per universum Regnum Studiorum Ratio exigeretur: idcirco antiquissimis iam temporibus, quibus Studia eiusmodi generalia passim in aliis Europae Provinciis constabiliebantur, gloriosae memoriae Praedecessores quoque nostros Reges Hungariae ad introducendum quodpiam studium generale in percharo etiam Regno nostro Hungariae, Provinciisque adnexis Cogitationes, Curasque suas convertisse certum, atque indubitatum est. Enimvero ex veterum Monumentorum fide, atque auctoritate dubitari nequit, quin iam circa Annum Millesimum tercentesimum sexagesimum a Ludovico Primo Rege Hungariae huiusmodi Studium generale Quinque-Ecclesiis fuerit constitutum, quod ad Cladem usque Mohácsianam, Annum videlicet Millesimum quingentesimum vigesimum sextum, floruisse perhibetur: Cum autem hocce generale studium minus opportuno Loco collocatum fuisse videretur, paucos post Annos, utpote Millesimo tercentesimo octuagesimo octavo, Sigismundo Imperatore, et Rege Hungariae feliciter regnante, aliud studium generale Budae constitutum est, atque peculiari etiam Sigillo, cum Inscriptione: S i g i l l u m S t u d i i B u d e n s i s, donatum, id quod ex Actis Concilii Constantiensis Anni Millesimi quadringentesimi decimi tertii facile erui potest, imo Universitatis quoque huius Legatum Eidem Concilio Constantiensi interfuisse non obscure inde deducitur; Et quamvis dein studii huius Budensis progressibus et splendori post Sigismundi, scilicet Imperatoris, et Regis mortem continua Bella et Calamitates, quae pene ad Annum usque Millesimum quadringentesimum quinquagesimum octavum continuata, Regnum hocce Hungariae dirum in modum divexarunt, non parum obstiterint, viguisse tamen et hoc, et alia per Regnum Lycea argumento est Decretum Ordinum Regni Hungariae Michaële Szilágyio de Horogszegh Gubernatore, tempore Electionis Regis Matthiae Corvini Anno Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo editum, cuius Articulo Decimo Scholares immunes a Teloniis et Decimis, prout vetus Regni consvetudo requirit, adinstar Sacerdotum et Nobilium, pronunciabantur. At vero multo meliore fortuna sunt usae bonae Literae regnante eodem Matthia Primo, Corvino dicto, qui circa Annum Millesimum quadringentesimum sexagesimum quintum, communicato etiam cum Sede Apostolica Consilio, Istropolitanam primum Strigonii, dein Posonii collocatam Scientiarum Academiam introduxit, Cancellarium et Pro-Cancellarium constituit, quam etiam confluentibus undique Eruditione claris Viris aliquanto tempore floruisse constat, Verum cum idem gloriosae memoriae Rex Curas omnes ad ornandam Hungariae Metropolim Budam convertisset, vidissetque illam eo situ esse, ut ex quavis vastissimi Regni parte multo facilior illuc, quam Posonium, in finibus situm, esset Commeatus, commutato priori cum meliore Consilio, sive illam, quae Posonii ante fuerat, sive novam Universitatem Budae collocatam, Literatorum virorum ex variis provinciis magna cura advocatorum Societate constabilivit, celebri praeterea Bibliotheca, ac subinde Typographia

ornavit. At vero haec quoque post eius mortem multis, gravibusque de causis, quarum praecipua Clades Mohácsiana fuit, postquam cum Buda, tum omnis vicina Regio per Barbaros occupata est, cum universa Re Literaria misere interiit. Inter quas Regni Vastationes, atque sua serie succedentes Calamitates iterum iterumque cogitatum fuit de restabiliendis Scholis publicis, atque in hunc finem per easdem Bellorum tempestates desertorum Claustrorum et Monasteriorum, nec non Abbatiarum, et Praepositurarum Bona, communi Regis, et ordinum Regni Consensu in Comitiis Anni Millesimi quingentesimi quadragesimi octavi Articulo duodecimo designata, et signanter per Rudolphum Secundum Imperatorem, et Regem Hungariae, ex praescripto huius Legis Praepositura Beatae MARIAE Virginis de Thurócz Collegio Tyrnaviensi abolitae societatis collata fuit, donec tandem procurante imprimis Cardinale et Archi-Episcopo Strigoniensi de Pázmány Anno Millesimo sexcentesimo trigesimo quinto Studium universale principio tantum ex binis Facultatibus constans, in Libera Regiaque Civitate Tyrnaviensi, quo propter temporum iniquitatem Capitulum quoque Strigoniense translatum, et in qua ipsae etiam Scientiae ab hostilibus partim Turcarum, partim etiam aliorum internorum Hostium Incursionibus magis tutae fore existimabantur, additis ad reditus Collegii Tyrnaviensis nonnullis etiam Capitalibus summis, fundatum, et a Ferdinando Secundo Imperatore et Rege Hungariae solenni Diplomate, quod, tam qua Romanorum Imperator, quam et qua Rex Hungariae edidit, constabilitum est, omniaque Iura et Praerogativae, quibus aliae intra Fines Sacri Romani Imperii, nec non Haereditariarum Provinciarum nostrarum gaudent, eidem Universitati Tyrnaviensi collata sunt, atque una stabilis pro Eadem Dos in perpetuum attributa. Perstitit haec Universitas pluribus Annis in sua primaeva Constitutione, dum denique Facultate quoque Iuridica aucta, recentioribusque Annis a Nobis ita restaurata fuisset, ut memoratae quidem Facultates magis complerentur, ac praeterea Facultas etiam Medica adiiceretur; cum autem haec omnia ex Fundo praehabitae Dotis perfici nequirent, ultro etiam Abbatiam Sanctae Helenae de Földvár, decedente legitimo eiusdem Possessore, ad Collationem nostram Regiam devolutam, motivo supradicti Articuli Duodecimi Millesimi quingentesimi quadragesimi octavi, quoniam haec quoque Abbatia ad Classem desertorum Claustrorum et Conventuum pertinuerat, supremo Patronatus Regii Iure iam inde a condito Regno semper habiti, et nunquam non exerciti, quo ut Regina Hungariae legitime gaudemus, eidem Universitati Tyrnaviensi, titulo perpetuae Dotis, et Fundationis praehabito eiusdem Fundo, vigore Donationis Anno Millesimo septingentesimo LX. nono, Die Decima sexta Iulii expeditae, clementer adiecimus. Posteaquam autem Religiosus olim Ordo Societatis JESU, qui plerasque Disciplinas penes eandem Universitatem tradidit, auctoritate Sedis Apostolicae abolitus fuisset, omnia Capitalia tam ad praedictam Universitatem, quam ad Collegium eiusdem abolitae Societatis Tyrnaviense, quocunque modo pertinentia, cum universis Bonis. utpote Praepositura Beatae MARIAE Virginis de Thurócz, medietate Praepositurae S. Stephani de Bozók, aliisque praeterea Bonis mobilibus, et immobilibus, quocunque Iure ad idem Collegium pertinentibus, sequestratis praevie Summis Fundationalibus, quibuscunque oneribus obnoxiis, praeter confirmatam praemissam Donationem super Bonis Abbatiae Sanctae Helenae de Földvár saepefatae Universitati Regiae vigore alterius Donationis, et Fundationis Die De-

cima tertia Februarii Anni Millesimi septingentesimi septuagesimi quinti hic Viennae clargitae, Iure perpetuae Donationis, et Fundationis contulimus, atque hac ratione solidato Fundo Dotationis, factoque delectu novorum Doctorum, eandem Universitatem plene ordinavimus. At vero, cum postea de uberiori Reformatione studiorum cogitaremus, atque certum Educationis, totiusque Rei Literariae systema pro percharo Regno nostro Hungariae, Provinciisque adnexis elaborari iussissemus, illudque dein maturo Consilio discussum auctoritate quoque nostra Regia Anno Millesimo septingentesimo septuagasimo septimo adprobassemus, cumprimis autem ad accommodam Districtuum Literariorum, ipsorumque Institutorum publicorum distributionem politicam respiciendo, illud propositum animo nostro complexae fuissemus, unam tantum in percharo nostro Regno Hungariae, Provinciisque adnexis, ad servandam Rei Literariae uniformitatem, omnium Scientiarum Universitatem constituendam esse, illud continuo in oculos nostros incurrit, ad quod iam gloriosae memoriae Praedecessores nostros Reges Hungariae Sigismundum, et Matthiam Corvinum respexisse, superius meminimus, huiusmodi videlicet Scientiarum Universitatem in quopiam Regni angulo minus commodo situari, sed potius in Metropoli Regni, Libera utpote, ac Regia Civitate nostra Budensi ad Flumen Danubii, et quasi in Meditullio Regni sita, collocari oportere. Quod propositum Nobis eo magis probabatur, quod in ipsis Fundationalibus Literis Cardinalis Pázmány a Ferdinando Secundo Imperatore, et Rege Hungariae iuxta ea, quae supra dicta sunt, confirmatis, inter cetera eum Paragraphum contineri legerimus, quod si successu temporis, DEO Hungariam a Turcico iugo liberante, opportunior aliqua Urbs occurrat pro Universitate, liberum sit eiusdem Fundationem una cum Universitate alio transferre; in Confirmationali vero Diplomate Ferdinandeo expresee cautum sit, ut si aliquo tempore haec ita confirmata Universitas in alium Regni Hungariae Locum transferretur, ex Reditibus etiam Thurócziensibus nihil plus Collegio Tyrnaviensi relinquatur, quam quod eidem mediocriter providendo suffecturum est, residuum autem, Massae Universitatis transferendae adiiciatur etc. Quae omnia clarissime indicant, Liberam, Regiamque Civitatem Tyrnaviensem tum quidem non alio motivo, quam procurandae calamitosis illis temporibus maioris Scholaribus securitatis causa delectam fuisse. Quas etiam graves ob rationes, Maiorumque nostrorum magnanimis exemplis incitatae, compluribus praeterea aliis etiam motivis hoc fine Nobis propositis inductae, eandem Universitatem antea Tyrnaviae constitutam, Budam Regni Metropolim transferre, atque in Regia nostra Palatia illocare decrevimus, erogatisque subinde non contemnendis Summis, partim in constructionem novorum aedificiorum, partim vero illorum, quae iam aderant, adcommodationem, internamque instructionem, hanc etiam Translationem feliciter effectui dedimus, et cuncta ad eum, qui per Nos sinceris Studiis intendebatur, perfectionis statum deduximus. Ad haec omnia eandem Universitatem cum Nobilis Iuventutis Collegio, Nomine nostro insignito, atque per Nos liberalissime fundato, eidemque ex Instituto ingremiato, in iisdem Regiis Palatiis felici nexu copulavimus: ut autem hac eadem occasione per rite ordinatam Universitatem Rei Literariae, quantum fieri potest, optima quavis ratione consuleremus, praecipue eius Institutionem in benigne per Nos adprobato systemate Literario definiri procuravimus, iuxta cuius tenores proinde Senatum ex Praeside, et singularum Facultatum Directoribus,

per Nos et Successores nostros Reges Hungariae semper denominandis, constituimus; cuius officium sit generatim altissimo Nomine nostro immediatam Inspectionem, et Directionem in ipsam Universitatem, eiusdemque Magistratum Academicum, Facultates, et quae sunt alia ad idem corpus Universitatis pertinentia accessoria secundum praescriptam Methodum, atque ultro elargiendas benignas Resolutiones Regias exercere, utque omnia ad fines Reipublicae adcommodata sint, invigilare, salvis tamen cunctis Privilegiis, et Praerogativis eidem Universitati competentibus, et virtute praesentis etiam benigni Diplomatis confirmatis. Porro Magistratum Academicum ex Rectore, Cancellario, Facultatumque Decanis, et Senioribus constantem stabilivimus; tum Facultates: Theologicam, Iuridicam, Medicam, Philosophicam, et Artium Liberalium: Seminarium item succrescentium Magistrorum, et Doctorum cum Scholis Grammaticis, et Nationalibus sufficientique Doctorum numero fundavimus; demum amplissima Bibliotheca, Museis Rerum Naturalium, Mechanico, Physico, Mathematico, Observatorio praeterea Astronomico, Typographia, Hortis Botanico et Oeconomico, aliisque ad rite 'coordinatam Universitatem spectantibus adminiculis. eandem instruximuis, et ornavimus cunctaque stabilibus Legibus, et Institutis consolidavimus, prout haec omnia in ipso sytemate Literario per Nos Auctoritate Regia Anno Millesimo septingentesimo septuagesimo septimo confirmato, et per universum Regnum publicato, ac propediem cum suis per Nos aeque adprobandis Supplementis recudendo, uberius continentur. Denique, quod hic praetermittere nequimus, Sacram Dexteram Sancti Stephani Primi Regis et Apostoli Regni Hungariae, ad Nos peculiari DEI providentia delatam, in eiusdem Universitatis Ecclesia depositam, illius Curae conservandam concredidimus, atque hoc sacrum pignus, ad perennem Rei memoriam Eidem donavimus; quare ut huic Scientiarum Universitati Budensi nihil ad plenam sui perfectionem desit, primum generatim omnia Diplomata, et Privilegia, quae praefatae Universitati Tyrnaviensi ab Institutione sua primitiva collata sunt, et ex parte supra deducta habentur, pro eadem Universitate nunc Budam translata, et hic munificentia nostra Regia instaurata, quatenus iisdem per praesentes non derogatur, clementer confirmamus, et quasi de novo conferimus, una vero expresse declaramus, eidem Universitati Budensi, illiusque Magistratui Academico, omnia Privilegia, et Iurisdictionem, adeoque et Ius Gladii, quibus aliae quoque Europeae Universitates more consveto gaudent, competere, atque ab omni alia Universitate independentem, nostrae unice, nostrorumque Successorum gloriosorum Hungariae Regum supremae Inspectioni, et Directioni subordinatam esse debere. Eandem proinde Universitatem, in nostram, Haeredumque nostrorum, et successorum Regum Hungariae specialem recipimus Protectionem, Omnibus, quorum interest, clementer declarantes, quatenus ad quosvis gradus Academicos in Universitate Budensi promoti, in aliis quoque tam Haereditariarum Provinciarum nostrarum, quam et aliis universarum Scientiarum Academiis, Urbibus, Capitulis, Ecclesiis, non secus admitti debeant, quam si in quacunque antiquissima, ac celeberrima Universitate dictos Gradus Academicos fuissent consecuti; porro contra quosvis Impetitores ac violentos Invasores Regiam hanc Universitatem, sub nostram, Successorumque nostrorum accipimus Protectionem, promittentes per Nos, nostrosque in utroque Statu Officiales, ac Fideles sedulam operam ad ea omnia praestanda, quae ad eius perpetuam conservationem,

Privilegiorum immunitatem, studiorum commoditatem, ipsorum Scholarium pertinent securitatem, ac indemnitatem; ne autem huius Budae instraurati Studii generalis Dignitati, ac ornamento quidquam desit, quod e plenitudine Gratiae nostrae Regiae illi, Membrisque eius potest conferri, Regio hocce nostro Diplomate statuimus, simulque decernimus, ut haec Universitas, quae ex certa nostra Scientia, animo deliberato, sanoque accedente Consilio, ac Regii roboris firmitate est communita, omnibus, et singulis, uti supradictum est, Privilegiis, Immunitatibus, Exemptionibus, Praeeminentiis, Praerogativis, Facultatibus, Iuribus, Indultis et Gratiis uti debeat, possit, ac valeat, quibus cetera Gymnasia, Studia generalia, Academiae, et Universitates, ubivis Locorum, et Gentium per Regnum Hungariae, atque reliquas quoque Haereditaria Provincias nostras utuntur, potiuntur, et gaudent quomodolibet Consvetudine, vel de Iure, supplentes etiam quoscunque defectus tam Iuris, quam Facti, si qui forte in praemissis intervenissent, aut intervenisse dici, aut allegari possent; specialissime vero Universitatum per Regnorum nostrorum Haereditariorum fines erectarum, ut est: Vindobonensis, Pragensis, Graecensis, et Olomucensis, Iura omnia ac Privilegia de Regiae nostrae, et Archi-Ducalis, Potestatis plenitudine Budensi huic Univertitati conferimus, damus et donamus pleno cum effectu, nihil penitus excludendo, cuius ipsa in favorabilibus de Iure speciali aut communi Regio, aut Municipali Hungarico capax de facto censetur, vel in futurum censebitur: quod totum pro expresso hic habendum esse declaramus, pariter et confirmamus, non secus, ac si eius etiam privilegii, et gratiae Tenor hic descriptus haberetur. Quapropter cum vigore Regiae Gratiae Rector huius Universitatis, eiusque Cancellarius, Decani item Facultatum, et ceteri Doctores, ac Professores in aliquo Gradu literario constituti Ius habeant ad omnes eos Doctoratus, Licentiaturae, Magisterii, Baccalaureatus, ac universim omnium Graduum titulis ac ornamentis cohonestandos, quos praevio rigoroso examine dignos his ornamentis repererint, volumus etiam consequenter, imo decernimus, ac e Regiae simul, et Archi-Ducalis nostrae Potestatis plenitudine statuimus: ut omnes sic legitime promoti Doctores, Licentiati, ac Baccalaurei per omnes Orbis Christiani, speciatim vero Europae, Academias pro talibus habeantur, sintque participes ipso Promotionis facto omnium illorum Privilegiorum, Gratiarum, immunitatum, Praerogativarum, Exemptionum, quibus ceteri in aliis Academiis gaudent, utuntur, ac fruuntur post obtentos tales Gradus, sive huiusmodi Privilegia consistant in Actibus externis, ut sunt: Disputationes, Professiones, Examinationes, Sententiarum Censurae, census Academici; sive in aliis ornamentis, ut sunt: Epomides, Pilei Doctorales, Annuli, et id genus Academicae Reipublicae Insignia, quae ipsa omnia una cum Sceptro, Sigillo, et Titulis Gradui ac Officio cuiusvis competentibus concessa censentur a Nobis, et de facto conceduntur, ante omnes alios Rectori Academico, Cancellario eiusdem, postmodum Decanis Facultatum, et Professoribus Academicis; declaramus item hic nominatim, quod Testimonia Studiorum seu Graduum ex hac Regia Universitate legitime obtenta, debeant admitti a quibuscunque Collegiis, Academiis, Communitatibus, Capitulis, et ceteris omnibus, cuiuscunque Gradus, et Conditionis existant tam in Iudiciis, quam extra, et iis, qui ea obtinerint, omnino prodesse, et suffragari ad consequendos Honores non solum Saeculares, sed etiam Ecclesiasticos, imo et Canonicatus, ac alia Beneficia eti-

am in iis Capitulis, ac Ecclesiis, quae in suis Canditatis triennale, aut plurium, pauciorumve Annorum, in aliqua Academia Studium, vel Gradum Doctoratus requirunt. Ut autem tam praevio modo declarata Testimonia, quam et aliae Expeditiones, nomine Universitatis facta authenticis Sigillis muniri valeant, ex peculiari Gratia, et Clementia Regia distincta Sigilla benigne contulimus: Primum videlicet maius pro UNIVERSITATE Regia, quod apud Rectorem Universitatis conservabitur, utpote: Scutum in figura sphaerica, seu rotunda, quod Lineae perpendiculares duae, horisontales autem tres intersecant, atque in undecim areolas dividunt, quarum binae Centrum Scuti occupantes referunt, superior quidem in campo rubeo crucem Patriarchalem argenteam, ex aurea corona vulgari, tricolli viridi insistente, emergentem, Digma quippe antelati Regni nostri Hungariae, comitantibus Crucem initialibus Augusti Nominis nostri Literis M. T. auro scriptis, inferior vero vetus Studii Budensis Insigne, utpote Brachium auro manicatum, argento reductum, in campo coeruleo dextrorsum extensum, et Librum clausum, munitumque atra theca cum limbo aureo ostentans, occupante basim Fluvio Danubio. Sectionis primae, seu supremae areola prima continet tesselas Regni Croatiae argento, ac minio tinctas; secunda in clypeo coeruleo coronata tria, ad Regnum Dalmatiae relata, Leopardi capita aurea: tertia Insignia Regni Sclavoniae, nempe: Scutum coeruleum in tractu Terrae virentis horisontali, inter duo Flumina Savum, et Dravum, martem nativi coloris dextorsum currentem exhibens, lucente in capite scutario Stella sexangulari aurea; Secunda porro sectione exarantur descriptum iam superius Regni Hungariae Emblema comitantia symbola, hinc Regni Galliciae, tres Coronae aureae veteri more cuspidatae, in Campo coeruleo situ °₀° locatae, illinc Regni Lodomeriae: Scutulum itidem coeruleum duabus Fasciis, duplici horisontali ductu ex argento, et minio tesselatis insignitum: In tertia dein Sectione Studii Budensis tesselae superius aeque iam deductae, assistunt a dextris quidem: in campo coccineo Brachium argento cataphractum, strictam dextrorsum vibrans frameam, Ramae, seu Bosniae, a sinistris vero in argento tincto Scuto Apri, naturali colore adumbrati, Caput infixa Ori Sagitta rubra, dextrorsum itidem versum, Serviae Regnorum Digmata; In Basi demum Scuti cernuntur postremae, decima videlicet, et undecima areolae, quarum dextra ornatur in campo aureo Leone nigro erecto dextrorsum, anterioribus pedibus ad raptum potensis, Lingua bicunda exerta, cauda post tergum proiecta, et radiantibus pone caput ipsius, hinc decrescente Luna corniculata, illinc Stella sexangula utraque rubea, Regnum Cumaniae; sinistra vero in Scutulo rubeo tribus vertagis argenteis, sibi superpositis, Regnum Bulgariae denotantibus; Toti denique Scuto incumbit Regni nostri Hungariae Corona, Telamonum vices obeuntibus binis Angelis, alba veste per totum deflua, ad utriusque tamen, huius quidem dextrum, illius vero laevum pedem discissa, indutis cum Syrmate hinc coeruleo, inde rubeo a tergo volitante, pede ipso conspicuo, ad vetustum morem Romanum calceato. Scutum utrinque sustinentibus: Sigillum vero ipsum haec Epigraphe, seu Inscriptio: SIGILLUM UNIVERSITATIS RERIAE BUDENSIS circumdare conspicitur. Porro Secundum pro Facultate Theologica: Tertium pro Iuridica: Quartum pro Medica; Quintum pro Philosophica; Sextum pro Artium Liberalium Facultate, et Archi-Gymnasio; Septimum denique pro Senatu Regio Universitatis addidimus; Et quidem

pro Facultate Theologica: Scutum in figura sphaerica, linea horisontali in duas areas sectum, superior in campo rubeo continet Crucem Patriarchalem argenteam ex aurea Corona vulgari, tricolli viridi in medio insistente emergentem: Digma quippe antelati Regni nostri Hungariae, comitantibus crucem initialibus Augusti Nominis nostri Literis M. T. auro scriptis; inferior vero vetus Studii Budensis Insigne, utpote: Brachium auro manicatum, argento reductum, in campo coeruleo dextrorsum extensum, et librum clausum cum limbo aureo, munitumque atra theca ostentans, occupante basim fluvio Danubio. Scuto incumbit Corona Regni nostri Hungariae, Telamonum vices obeunt: hinc sedens Pietas, aureo velo faciem semitecta, et super candidam vestem Syrmate rubeo, a tergo defluo, et super utrumque genu adducto, amicta, sinistra Scutum sustentans, dextera pectori admota; illinc stans virtus, dextera Hastam, cuius pertica auro fulget, et sinistra protensa ex viridantibus Lauri foliis contextum Sertum tenens, volitante crine, et Syrmate aureo, supra pedes replicato: Sigillum vero ipsum haec Epigraphe, seu Inscriptio: SIGILL. FACULT. THEOLOG. IN REG. UNIVERS. BUDEN. circumdat. Pro Facultate Iuridica: Scutum pariter in figura sphaerica, linea horisontali in duas areas sectum; superior in campo rubeo continet Crucem Patriarchalem argenteam ex aurea Corona vulgari, tricolli viridi in medio insistente, emergentem, Digma quippe antelati Regni nostri Hungariae, comitantibus Crucem initialibus Augusti Nominis nostri Literis M. T. auro scriptis; inferior vero vetus Studii Budensis Insigne, utpote Brachium auro manicatum, argento reductum, in campo coeruleo dextrorsum extenso, et Librum clausum cum limbo aureo, munitumque atra theca ostendens, occupante basim fluvio Danubio: Scuto incumbit Corona Regni nostri Hungariae; Telamonum vices obeunt: hinc Prudentia erecta intuens speculum, quod dextra tenet, et sinistrae manui implicitum habens Serpentem, alba Veste ad talos deflua, et syrmate coeruleo a tergo volitante, more Romanorum veteri calceati; illinc sedens Iustitia, dextra auream Bilancem, sinistra Gladium inversum tenens, syrmate rubro super vestem candidam ab utroque humero ad tergum, et inde super utrumque genu adducto, Scutum utrinque stipantes; Sigillum ipsum haec Epigraphe: SIGILL. FACULTAT. IURIDICAE IN REGIA UNIVERS. BUDEN. circumdat. Pro Facultate Medica: Scutum pariter in figura sphaerica, linea horisontali in duas areas sectum; superior in campo rubeo continet Crucem Patriarchalem argenteam, ex aurea Corona vulgari, tricolli viridi in medio insistente, emergentem, Digma quippe antelati Regni nostri Hungariae, comitantibus Crucem initialibus Augusti nominis nostri Literis M. T. auro scriptis; inferior vero vetus Studii Budensis Insigne, utpote Brachium auro manicatum, argento reductum, in campo coeruleo dextrorsum extensum, et Librum clausum cum limbo aureo, munitumque atra theca ostendens, occupante basim fluvio Danubio, Scuto incumbit Corona Regni nostri Hungariae; Telamonum vices funguntur: hinc Aesculapius promissa barba cana, chlamyde viridi oblonga, et martis pellibus reducta indutus, nodosae clavae, angue naturali colore adumbrato circumplexae, utraque manu incumbens, ad allusionem Studii Medici; inde Convalescentia per virum alba vitta, ligamine rubro ornatae, Toga, et Pallio itidem albis tectum. figurata, finem ipsius Studii indicans, Scutum utrinque stipantes: Sigillum ipsum haec Inscriptio: SIGILL. FACULTAT. MEDICAE IN REGIA UNIVERSITATE BUDENSI,

circumdare conspicitur. Pro Facultate Philosophica: Scutum aeque in figura sphaerica; linea horisontali in duas areas sectum, superior in campo rubeo continet Crucem Patriarchalem argenteam, ex aurea Corona vulgari, tricolli viridi in medio insistente, emergentem, Digma quippe antelati Regni nostri Hungariae, comitantibus crucem initialibus Augusti Nominis nostri Literia M. T. auro scriptis, inferior vero vetus Studii Budensis Insigne, utpote Brachium auro manicatum, argento reductum, in campo coeruleo dextrorsum extensum, et Librum clausum cum limbo aureo, munitumque atra theca ostendens, occupante basim fluvio Danubio; Scuto incumbit Corona Regni nostri Hungariae; Telamonum vices obeunt: a dextris stans Veritas, volitantibus oblongis Capillis, levi veste candida ad genua usque tecta, leniter exporrecta dextra, ac sinistra Scutum sustentans, Solem nobiliori metallo tinctum in pectore praeseferens; a sinistris sedens sapientia, supra caput sole aureo fulgida, laeva manu sceptrum, in apice divino Oculo coronatum, ac una apertum Librum tenens, dextrae vero indice digito Librum indigitans, supra Vestem auream syrmate coelestini coloris, minio reducto induta, Scutum utrinque comitantes; Sigillo ipsi haec in sua Peripheria Inscriptio: SIGILL. FACULTAT, PHILOSOPHI. BUDENSIS, addita legitur. Pro Artium Liberalium Facultate, et Archi-Gymnasio: Scutum pariter in figura sphaerica, linea horisontali in duas areas sectum: superior in campo rubeo continet Crucem Patriarchalem argenteam ex aurea Corona vulgari, tricolli viridi in medio insistente, emergentem, Digma quippe antelati Regni nostri Hungariae, comitantibus Crucem initialibus Augusti Nominis nostri Literis M. T. auro scriptis, inferior vero vetus Studii Budensis insigne, utpote: Brachium auro manicatum, argento reductum, in campo coeruleo dextrorsum extensum, et Librum clausum cum limbo aureo, munitumque atra theca ostendens, occupante basim fluvio Danubio; Scuto incumbit Corona Regni nostri Hungariae; Telamonum vices obeuntibus, hinc sedente Minerva, quae caput Casside coeruleis Struthionis pennis superbiente tecta, et Lanceam ad humerum inclinatam dextra tenens, sinistra autem Scutum sustentans, lorica auro reducta pectus armata, syrmate rubeo a tergo defluo, atque ad dextram genu adducto, sinistro pede more Romanorum veteri calceato patulo, conspicua est; inde stante Apolline, qui caput viridibus foliis laureatus, dextra plectrum, sinistra arcum temens, pendente ex coerulea ligula pharetra, sagittis superne rubeis referta, medio corpore Veste aurea amictus est, pede itidem laevo prominente, Scutum utrinque obversa sibi facie stipantibus. Sigillum ipsum haec Inscriptio: SIGILL. STUDII AA. LL. et HUMAN. IN REG. UNIV. BUDEN. circumdare conspicitur. Denique pro SENATU REGIO UNIVERSITATIS Scutum Sigillare rotundum, linea horisontali in duas divisum areas, in quarum prima, seu superiore, videre est in campo rubeo Crucem Patriarchalem argenteam ex aurea Corona vulgari, quae tertio inter binos colles virides nonnihil eminentiori incumbit, eductam, Insigne videlicet praelibati Regni nostri Hungariae, comitantibus utrinque Crucem initialibus Literis Augusti Nominis nostri M. T. auro scriptis; altera seu inferior area ostentat vetus Studii Budensis Emblema, Brachium quippe auro vestitum, reductum argento, in campo coeruleo dextrorsum protensum Librum, cuius limbus auro splendet, clausum, ac nigra obvolutum tabula, tenens, occupante basim undulata fascia argentea, Danubium indicante; Scutum tegit Corona saepefati Regni nostri Hungariae, et exornat

hinc Laurus, ac inde Oliva utrinque virens, infra Parmae basim rubra ligula colligatae, in Sigilli ipsius circumferentia haec Epigraphe, seu Inscriptio legitur: SIGILL. SENATUS REGII UNIVERS. BUDEN. clementer conferenda duximus; Quemadmodum haec omnia in principio, seu capite praesentis Diplomatis nostri, Pictoris edocta manu, et artificio propriis ac genuinis suis coloribus clarius depicta, et ob oculos intuentium lucidius posita esse conspiciuntur. Ut autem praeattacta Universitas, praevio modo in Libera, ac Regia Civitate Budensi instaurata, et constabilita, sufficienti Dote provideatur, atque respective perpetuitatis omnem possibilem securitatem obtineat: ideo eidem Universitati nostrae Regiae Budensi Primo: omnia aedificia Regia in Arce Budensi cum quibusvis Stabulis, Reclinatoriis, Aquaeductu, Machina item Hydraulica, aliisque accessoriis ad eandem pertinentibus, iam effective titulo etiam Cambii, pro cesso ex parte eiusdem Universitatis Collegio abolitae olim Societatis Tyrnaviensis cum parte Scholarum aedificii posteriori, nec non Horto, et accessoriis in usum Orphanatrophii militaris Josephini, Pettovia Tyrnaviam translati, eidem Universitati tradita, in perpetuum nullo Nobis, successoribusque nostris Regibus Hungariae Iure eatenus reservato, donamus et conferimus: non secus aedificium Scholarum publicarum, quod prius ad Collegium abolitae Societatis Budense pertinebat. Porro quemadmodum super Cambio inter Capitulum Strigoniense, et saepefatam Universitatem Budensem, medio cuius pro cesso ex parte Universitatis Allodio in inferiori Civitate sito, certa Domus Capitularis in Arce data est, celebrato, Benignum nostrum Consensum penes elargitas eatenus specificas Literas Consensuales dedimus, ita eundem consensum nostrum Regium, super Cessione quoque certi Fundi, et superaedificatorum per Civitatem Budensem pro Universitatis Typographiae usibus facta, per praesentes clementer impertimur, quae cuncta aedificia ad usum eiusdem Universitatis non exiguis sumptibus restaurari, atque etiam instrui fecimus. Secundo: Ea omnia, Capitales utpote Summas, Bonaque immobilia, quae penes Donationem sub decima septima Mensis Iulii, Anno Millesimo septingentesimo sexagesimo nono, super collata Abbatia Sanctae Helenae de Földvár, sub Conditionibus in eadem Donatione uberius denotatis, quam et penes alteram Donationem de Decima tertia Februarii Millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, super universis Summis Capitalibus, Bonis item immobilibus, Collegii olim abolitae Societatis Tyrnaviensis pro eadem Universitate Tyrnaviensi benigne contulimus, in Universitatem hanc Budensem pleno Iure transferimus, atque ex summo Iure Patronatus Nobis, qua Reginae Hungariae Apostolicae competente, pro eadem Universitate Budensi, Tyrnavia huc translatae, confirmamus. Quia vero Tertio: Clementer Nobis visum est resolvere, ut Abbatia Beatae MARIAE Virginis de Sexárd per decessum ultimi legitimi Possessoris vacans, atque Fundo Studiorum titulo Cambii pro Bonis Abbatiae Beatae MARIAE Virginis de Schavnik Comitatui Scepusiensi; nec non Praepositura Beatae MARIAE Virginis de Ipolysägh Comitatui Honthensi ingremiatis, ad rationem fundati per Nos Episcopatus Scepusiensis, nec non Capitulorum Rosnaviensis, et Neosoliensis, cum omnibus appertinentiis cessis collata, Universitati Regiae Budensi ob commodiorem eorundem cum aliis Universitatis Bonis Administrationem, atque ea ratione tradatur, ut haec rursus Bona Praepositurae Beatae MARIAE Virginis de Thurócz, excepto Dominio Séllyensi, nec non medietatem

Bonorum Praepositurae Sancti Stephani de Bozók, in generalem Fundum Studiorum transferat, in quantum vero Reditus annui horum Bonorum Sexardienses Proventus non aequarent, defectus talismodi ex accurata aestimatione cruendus nonnullis Capitalibus, per Universitatem in generalem Fundum Studiorum transscribendis Summis compensetur; ideo haec quidem Bona in alio pro generali Fundo Studiorum expedito Diplomate eidem Fundo benigne contulimus, in vicem autem eorum praefatae Universitati Budensi praedictam Abbatiam Beatae MARIAE Virginis de Sexárd, oppidum videlicet Sexárd, nec non Possessiones Eötsény, Möss, Agárd et Grabocz, Praedia item Jánya, Ebecs, Almás, Icze, Palánk, et Adacz Comitatui Tolnensi, nec non Possessionem Faisz Comitatui Pestiensi adiacentes, cum quibusvis ad eandem Abbatiam quocunque modo spectantibus Pertinentiis, titulo perpetuae Dotis, et Fundationis cum omni Iure Regio, si quod in iisdem Bonis Abbatialibus alias etiam qualitercunque haberemus, et nostram concernerent Maiestatem, benigne donamus, et conferimus (salvo Iure alieno). Porro Quarto: Cum Academiam quoque Nobilium nomine nostro insignitam, iuxta ea, quae supra commemorata sunt, in iisdem cum Universitate Regia aedificiis collocaverimus, fundationalemque Summam annuam Sedecim Millium florenorum, ex Cassa Universitatis, iuxta fundationales pro eadem Academia peculiariter expeditas, ad manus Directoris eiusdem Academiae rite persolvendam resolverimus; sed et alia onera pia in peculiaribus eatenus editis Resolutionibus contenta, partim ex Reditibus annuis eiusdem Universitatis persolvenda, partim vero notabiles Capitales Summas ad suos destinatos fines ex Capitalibus Universitatis exsolvi, et signanter generali Fundo Studiorum aestimationale Pretium Oppidi Somogy Comitatui Aba-Ujvariensi ingremiati, atque fundato per Nos Episcopatui Rosnaviensi ex parte generalis Fundi Studiorum cessi, bonificari fecerimus; denique pro aedificiis etiam Universitatis anticipatae nonnullae Summae bonificandae fuerint; quae omnia in conficiendo eatenus peculiari computuali Instrumento uberius continebuntur; ideo, ut pro omnibus his praemissis eadem Universitas Fundum securum, et sufficientem nanciscatur, Abbatiam Beatae MARIAE Virginis de Péch-Várad per decessum Hugonis Francisci Caroli S. R. I. Comitis ab Elcz-Kempenich, ultimi eiusdem Abbatiae legitimi Possessoris ad Nos devolutam, ex Summo Iure Patronatus, quod qua Regina Hungariae Apostolica exercemus, atque etiam ex inviatione saepe citati Articuli Duodecimi Millesimi quingentesimi quadragesimi octavi, sub cuius intellectum haec quoque Abbatialia Bona cadunt, ac signanter Arcem, et Oppidum Péch-Várad, Possessiones item Várkony cum neo impopulato Praedio Pusztafalu, olim Kis-Várkony dicto, Kékesd, Szilágy, Berkesd, Elend, Pereked, Ramanya, Hird, Vassas, cui ab antiquo incorporatum est Praediolum, Bekesa dictum, Kémend, Szederkény, Monyoród, Vörsönd, Szajka, Babarcz, cum Praediolo seu Diverticulo Korpád nuncupato, Kis-Nyárad, Liptód, Marácz, Boda, Szür, Szebény, Bozók, Vémend, Feked, Rácsmecske, Várasd, et Lovászhetény Comitatui Baranyensi adiacentes, simul cum omnibus illis Bonis et Iuribus temporalibus, Castris nimirum, Castellis, Oppidis, Possessionibus, Villis, Praediis, et ceteris quibusvis Iuribus possessionariis, cunctis denique aliis utilibus obventionibus, emolumentis tam in hoc Baranyensi, quam et aliis quibuscunque antelati Regni nostri Hungariae Comitatibus existentibus, ad eandem Abbatiam de Iure, et ab antiquo spectanti-

bus, et pertinere debentibus, memoratae Regiae Universitati Budensi titulo perpetuae Dotis, et Fundationis nostrae dandam, et conferendam esse duximus, ita videlicet: ut modo fata Universitas, eandem Abbatiam cum universis Pertinentiis suis Iure perpetuo et irrevocabili possidere, fructusque et emolumenta eiusdem percipere possit, prout damus, et conferimus Iure perpetuo, ita tamen, et ea expressa cum conditione, ut praeter exolutas praevia ratione alias Fundationales Summas, et respective anticipationes ad rationem praefatae Academiae Regiae Nobilium Theresianae titulo Fundationis assecuratas, et in Fundo Universitatis, ac specialiter Abbatiae huius Pécs-Váradiensis radicatas, Sedecim Mille florenos angariatim per Quatuor Mille florenos numerare: porro ad Cassam Parochorum annue Bis Mille florenos dependere, ac ita reliqua quoque Onera in praeallegato computuali Instrumento Authoritate nostra Regia firmando contenta depurare teneatur; caeteroquin autem eandem saepefatam Universitatem ab omni ad Fortificatorii Cassam ab hac Abbatia praestando Onere in perpetuum immunitamus, ac una titulo cuiuspiam Iuris Saecularis iisdem Bonis quocunque titulo praetensive inhaerentis, nullum Nobis Ius reservamus, sed totum illud, quidquid esset absque ulla Reservata in praedictam Universitatem cum omni Iure Regio, si quod in iisdem Bonis Abbatialibus alias etiam qualitercunque haberemus, aut nostram concernerent Maiestatem (salvo Iure alieno) perpetuo transferimus, donamus, et conferimus. Porro Quinto: Bonis Praepositurae Beatae MARIAE Virginis de Thurócz, excepto Dominio Séllyensi, nec non medietate Praepositurae Sancti Stephani de Bozók, cum Praedio Denek, pro Dote generalis Fundi Studiorum iuxta aliud Diploma, et Fundationales Literas titulo Cambii pro Bonis Abbatiae Beatae MARIAE Virginis de Sexárd (uti supra dictum est) destinatis: Dominium proinde Séllye cum oppido Séllye, Possessionibus item eo spectantibus, et quidem in Comitatu Nittriensi cis Vagum Királyfalva, altera vero trans Vagum Ilosszzufalu vocata, tertia item in Comitatu Posoniensi Pered nuncupata, ac denique nunc recensitae Possessionis Terreno contermino Praedio Király-Rév nuncupato, universisque quocunque modo ad idem Dominium spectantibus Pertinentiis, neque Universitati Budensi titulo translatorum Iurium Universitatis Tyrnaviensis, uti supra deductum est, alioquin competens, quasi de novo cum omni Iure Regio damus, donamus, et conferimus Iure perpetuo possidendum, usuandum et tenendum. Quam proinde universam praevio modo recensitam Massam, tam videlicet summas Capitales, ad Collegium olim Tyrnaviense pertinentes, ac successive ex divenditis Bonis saecularibus, Rebus mobilibus, Bonorum effectibus atque Industria Oeconomica collectas, et pro Universitate Budensi in Censum elocatas aut proximius elocandas, quam vero supra enumerata Bona immobilia, et partim in praeallegatis Donationlibus pro Universitate olim Tyrnaviensi super Bonis Abbatiae Sanctae Helenae de Földvár de Decima septima Iulii Anni Millesimi septingentesimi septuagesimi noni, dein vero super Bonis mobilibus, et immobilibus Collegii olim Tyrnaviensis de Decima tertia Februarii Anni Millesimi septingentesimi septuagesimi quinti elargitis, atque nunc in Universitatem Budensem pleno Iure translatis, ac pro eadem novitus confirmatis, uberius continentur, in quantum haec seu peculiaribus piis Fundationibus hucdum non addicta, seu generali Fundo Studiorum praevia ratione attributa non sunt, pro supremo Patronatus nostri Regii Iure, quo ut Rex Hungariae instar

gloriosae Reminiscentiae Praedecessorum nostrorum Divorum aeque Hungariae Regum pleno Iure fruimur, sensu etiam, et dictamine praecitati Articuli Duodecimi Millesimi quingentesimi quadragesimi octavi simul cum cunctis utilitatibus, emolumentis et pertinentiis quibuslibet, castris nimirum, Castellis, Oppidis, Possessionibus, Villis, Praediis, Terris praeterea arabilibus cultis, et incultis, Agris, Pratis, Campis, Pascuis, Foenetis, Sylvis, Nemoribus, Montibus, Collibus, Vallibus, Vineis, Vinearumque Promontoriis, Aquis, Fluviis, Piscinis, Piscaturis, Pisciumve Clausuris, et Aquarum Decursibus, Molendinis et eorundem Locis, nec non Educillis, ac Macellis, generatim vero aliarum quarumlibet utilitatum, et Pertinentiarum suarum Integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris Metis, et antiquis limitibus existentia, ad praespecificata videlicet Bona immobilia, et Iura possessionaria de Iure, et ab antiquo spectantia, et pertinere debentia, si etiam praesentibus Literis quocunque modo minus rite inserta, aut ex specificatione exmissa essent, sed ad eadem Iura pertinuisse, legitime edoceri posset, praefatae Universitati nostrae Regiae Budensi eo prorsus modo, quo partim per abolitam Societatem, partim per alios mentionatorum Beneficiorum Tentores prius usuata et possessa fuerunt, Iure utenda, possidenda pariter, et habenda; Totum item, et omne Ius Regium, quod in praespecificatis universis Bonis, et Iuribus possessionariis, atque ad eadem de facto, et ab antiquo pertinentibus, quocunque alio etiam titulo haberemus, aut nostram quocunque modo concernerent Maiestatem, titulo, uti praemissum foret, Dotis, et Fundationis perpetuae clementer damus, donamus, et conferimus, ac concedimus (salvo Iure alieno), ea praeterea lege, et Conditione expressa: ut eadem Universitas nostra Regia Budensis universa etiam Onera eidem inhaerentia, in quantum his hucdum satisfactum non esset, ferre teneatur: praeterea ab universis Bonis Ecclesiasticis, et Praeposituralibus, eorundem quippe annuis Reditibus, Decem per Centum per Consilium nostrum Regium Locumtenentiale rite eruendum, Nobisque subinde repraesentandum, (in quantum haec, uti Abbatia Beatae MARIAE Virginis de Péch-Várad, ex Benignitate, et Clementia Regia iam praevio modo exempta, aut futuris temporibus alia etiam Bona eximenda non essent) pro Cassa Fortificatoria Camerae Nostrae Regiae Hungarico-Aulicae quotannis administrari, ac ita demum id, quod deductis eiusmodi oneribus et erogationibus universis remanserit, erga reddendas eatenus annuas Rationes, in uberius Rei Literariae, ac Scientiarum, Educationisque, et Institutionis Patriae Iuventutis emolumentum iuxta suprafatum systema Literarium, ac Benignas Resolutiones nostras converti et impendi debeat. Demum, ut Nos ipsae ad ingentis Boni spem hanc omnium Scientiarum Universitatem cum sua praededucta Dote, omnibus item Officialibus, et Membris singulari semper paratae sumus tueri Patrocinio, commodaque eius datis occasionibus promovere, ita Successoribus, Haeredibusque, Hungariae Regibus Apostolicis, ac Fidelibus Nostris Dominis Regni Hungariae, Provinciarumque adnexarum Statibus, ordinibus, et universis Regnicolis, tam in Ecclesiastica, quam in Saeculari Dignitate, Loco, Gradu constitutis, Eandem cum omnibus dictis Clausulis, Gratiis, et Privilegiis defendendam, promovendam, pluribusque, ubi ad Rei Literariae finem consequendum necessum fuerit, Favoribus ac Privilegiis exornandam pio affectu parique cordis sensu enixe commendamus; atque hanc praemisso modo factam Benignam nostram Acceptationem, Approba-

tionem, Ratificationem, Confirmationem, Decretum, et voluntatem per quoslibet, quorum videlicet interesset, rata haberi, observarique deberi, neque uspiam, ulloque modo laedi, iisque contraveniri volumus, et constituimus. Ut autem Clementiae huius nostrae Regiae, atque Benevolentiae, qua erga percharam Gentem nostram Hungaram ferimur, perpetuum sit monumentum, Diploma hoc nostrum Regium in duplici exemplari expediri fecimus, quorum unum in publico Archivo Regni, alterum in Archivo Universitatis reponatur; authenticum transumtum autem in Archivo generalis Fundi Studiorum, et respective Commissionis Studiorum, pro aeterna Rei memoria conserventur. In quorum maius robur, perpetuamque firmitatem Diploma hoc nostrum Regium, et respective Literas Donationales, et Fundationales Manus nostrae Caesareo-Regiae Subscriptione, Secretique Maioris Sigilli nostri Regii, quo ut Regina Hungariae Apostolica utimur, munimine roboratas extradandas, et clementer concedendas esse duximus. Datum per manus Fidelis nostri Nobis sincere dilecti Spectabilis ac Magnifici Comitis Francisci Eszterházy de Galantha, Perpetui Comitis in Frakno, Aurei Velleris, ac una Insignis Ordinis Sancti Stephani Regis Apostolici Magnae Crucis Equitis, Comitatus Mossoniensis Supremi Comitis, Camerarii, Consiliariique nostri Actualis Intimi, Curiae item nostrae Regiae per Hungariam Magistri, et per antelatum Regnum nostrum Hungariae Aulae nostrae, prout et dicti Ordinis Sancti Stephani Cancellarii, in Archi-Ducali Civitate nostra Vienna Austriae. Die Vigesima quinta Mensis Martii, Anno Domini Millesimo septingentesimo octuagesimo, Regnorum nostrorum Hungariae, Bohemiae et reliquorum Anno Quadragesimo. Reverendissimis, Illustrissimis, Reverendis item, ac Venerabilibus in Christo Patribus Dominis Josepho e Comitibus de Battyán, perpetuo in Németh-Újvár, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinale, et Sacri Romani Imperii Principe, Strigoniensis; ac altero Adamo Libero Barone Patachich de Zajezda, Colocensis et Bacsiensis Canonice unitarum Metropolitanarum Ecclesiarum Archi-Episcopis; Comite Francisco Zichy de Vásonkő, Jaurinensis; Comite Carolo Eszterházy de Galantha, Agriensis; Christophoro e Comitibus Migazzy de Vaal, et Sonnenthurn, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinale, Principe Sacri Romani Imperii, Administratore Vacziensis; Josepho Gallyúf, Zagrabiensis; Joanne Baptista Caballini, Segniensis, et Modrussiensis, seu Corbaviensis; Matthaeo Francisco Kerticza, Bosnensis, seu Diákoviensis, et Syrmiensis; Comite Ladislao Kollonich de Kollegrad, Transylvaniensis; Carolo Szalbek, Scepusiensis; Comite Francisco Berchtold, Neosoliensis; Comite Antonio de Réva, Rosnaviensis; Josepho Bajzáth, Veszprimiensis; Joanne Szily, Sabariensis; Ignatio Nagy de Séllye, Alba-Regalensis; Emerico Christovics, Csanadiensis, (Sedibus Magno-Varadiensi, Nittriensi, et Quinque-Ecclesiensi vacantibus) Antonio Zlatarics, Belgradiensis, seu Samandriensis; Josepho Pierer, Tinniniensis; Stephano Jáklin de Elephánt, Electo Almisiensis; Comite Sigismundo Keglevics de Buzin, Electo Makariensis; Ladislao Kovács, Electo Scardonensis, Raphaële Szent-Iványi de Eadem, Electo Arbensis, Joanne Lukácsy, Electo Rosonensis; Stephano Bartha, Electo Noviensis; Gabriele Szerdahelyi, Electo Corczolensis; Emerico Okolicsányi de Eadem, Electo Ansariensis; Georgio Nunkovics, Electo Serbiensis; Josepho Pethő Electo Drivestensis; Joanne Feja, Electo Scutariensis Ecclesiarum Episcopis Ecclesias DEI feliciter gubernantibus; Serenissimo item Duce, Domino Alberto, Regio Polo-

niarum, et Lithvaniae Principe per Regnum nostrum Hungariae Locumtenente nostro Regio; nec non Spectabilibus ac Magnificis: Comite Georgio Fekete de Galantha, Iudice Curiae nostrae Regiae; Comite Francisco de Nádasd, Regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Bano; Comite Adamo de Batthyán, Tavernicorum, Illustrissimo Sacri Romani Imperii Principe Nicolao Eszterházy de Galantha, Nobilis Turmae nostrae Praetoriae Hungaricae Capitaneo, antelato Comite Francisco Eszterházy de praefata Galantha, Curiae; Comite Joanne Nepomuceno Csáky de Keresztszegh, Agazonum; Comite Joanne Nepomuceno Erdödy de Monyorókerék, Cubiculariorum, Comite Antonio Károlyi de Nagykároly, Dapiferorum, Comite Leopoldo Pálffy ab Erdód, Janitorum. Comite Francisco Xaverio Koller de Nagy Mánya, Pincernarum nostrorum Regalium per Hungariam Magistris, ac Comite Joanne Pálffy ab Erdőd, Comite Posoniense, caeterisque quam plurimis saepefati Regni nostri Hungariae Comitatus Tenentibus, et Honores. Maria Theresia m.p. Comes Franciscus Eszterházy m.p. Josephus Ürményi de Eadem m.p.

Collat. cum ipsis Originalibus in Archivo Universitatis Regiae conservatis. — Similes fundationales elargita iam fuit Augusta Mater Anno 1774. quas excitavit Kováchich l. c.

## Nro X.

*g) Eucharisticon Magnae Mariae Theresiae Augustae, etc. dum secundis Regni Vicennalibus Universitatem Budensem VII. Kal. Julii constabiliret, A. M.DCC.LXXX. Diplomatisque firmaret, dictum ab Adamo L. B. Patachich de Zajezda A. Episcopo Colocensi etc.*

Cum plurima sunt, eaque immortalia Augustae Principis in charam sibi Hungaram gentem beneficentiae argumenta, tum illud, quo hodierna die abs te Excellentissime Regie Commissarie, Magnae Mariae Theresiae ornamur beneficiis tantum est, tamque eximium, ut gratis Hungarorum insculptum cordibus nulla unquam vi eripi, tenaci impressum menti, nulla possit temporum obliterari vetustate. O diem ter faustum! annalium monumentis serae posteritatis memoriae transmittendum! Haec illa dies est, qua publica Hungarorum felicitas sua sumsit exordia, qua Hungarici nominis gloria, decus et ornamentum apud exteras, easque remotissimas etiam gentes tanta coepit incrementa, ut quo provehatur altius, vix quidquam superesse videatur. Tuum est hoc munus Augusta Princeps, quae cum octo propemodum lustra Regni moderareris habenas, non Te tam Regem, quam Matrem testata est pientissimam. Enimvero toto hoc felicissimi, quo Hungariae praees, gubernii tempore, perpetua de nobis optime merendi voluntate, omnes amoris, clementiae, pietatisque longe supergressa es limites, quos inter homo homini usui, parentes liberis adiumento, Reges optimi subditis solent esse praesidio. Ut primum enim solemni Regiae inaugurationis pompa hac eadem, qua nos ornas, die solium conscendisti, non tam ius in Regnum Tibi tribuere, quam nobis ad summa beneficentiae Tuae munera ius quoddam viamque visa es aperire. Sacram Regni coronam non tam Regio capiti Tuo impositam existimasti, ut illa Te ornaret, quam ut

nos Regiae beneficentiae muneribus, et numero plurimis, et magnitudine amplissimis, coronares.

Iuvat memoria repetere laetitiae illius magnitudinem, qua tunc vehementer oblectati pectus, mentesque nostras impletas sensimus, ut suavi recordatione animos comparemus ad novam insolitamque, qua nos hodie Augustae Principis munere cumulari rursus videmus bearique. Vidi ego dulces lacrimas, quas ubertas gaudii, amoris expressit magnitudo, oculis defluentes; vidi elatos laetitia vultus, animosque; tripudiantem magis, quam exultantem vidi ordinem, aetatem, sexumque omnem, dum Augusta Maria Theresia Hungarico redimita diademate, Regio ornata cultu, generoso comparata animo superiore cumulata spiritu aetatis nostrae Heroina, collem Regium conscenderet, gladium in omnem orbis partem vibraret, quo orbi testatum faceret, se charam sibi, quia fidam, suique amantissimam Hungarorum gentem, Palladio hoc a primo Hungariae Rege, Divo Stephano, in pignus Suae apud Deum protectionis, ad nos transmisso adversum omnes, qui funesti aliquid in Hungariam moliri auderent, hostes fortiter tuituram, fines regni feliciter provecturam, omni denique, quae florentissima efficere possit regna, cumulaturam felicitate. Vidi ardorem Procerum, Nobilitatis promtitudinem, in omnium ordinum animis inviolatam vidi fidem, perpetuum, eumque tenerrimum vidi amorem. In ore, in omnium vultu tantum iubili tantum legi sanguinis, quantum cuiusvis animus capere potuit iucunditatis, quum Magnam Mariam Theresiam Reginam Matremque nostram communi acclamatione salutaremus, atque ad Thronum, tanquam ad publicam felicitatis aram vitam et sangvinem devoveremus.

Iam tunc praesentiebamus animo, et in oculis, vultuque illo, quem ad naturae ornamentum efformatum magna Deus ornavit anima, in illo inquam placido, mitique vultu legebamus beneficia, quae in gentem nostram essent dimanatura. Etsi vero praesentiremus plurima, nullo tamen praesagientis animi indicio tot, tantaque coniicere, sperareque licuisset, quot, quamve grandia diuturno quadraginta prope annorum felicissimi regiminis spatio insigni liberalitate in nos collata perennatura gratae mentis recordatione celebramus.

Nolim ego Viri sapientissimi! ne quid refricata calamitatis memoria publicae hodiernae lucis decerpat iucunditati iniquas temporum, quae gloriosum Mariae Theresiae paulo anteiverant gubernium, vices, conversionesque multis percensere. Meminisse sufficiat, imminens Patriae periculum, impendens cervicibus nostris barbari hostis ferrum, fumantia hostilibus incendiis vicinarum urbium pomoeria, igne ferroque vastata oppida, direptas civium opes et dira pestiferae luis contagione, calamitosis illis belli reliquiis magnam Regni partem prope desolatam, enectamque. Conferte iam illa cum his, quae vivimus tempora, hodiernam cum solitudine frequentiam, nitorem cum vastitate, cum neglectu culturam, cum bellis pacem, Musarum denique celebritatem cum tristi, quo belli tempore tabescunt, silentio.

Materna Augustae Principis solicitudine, intentisque semper in felicitatem patriae consiliis effectum est, quod quadraginta et amplius annorum curriculo nullus Patriam infestet hostis, quod plantata in sinu regni, et solicitis Mariae Theresiae studiis rigata pacis oliva magis, magisque vireat floreatque: neque tamen existimetis ve-

lim pace nos frui tam diuturna, quod inimica deessent arma, quae cervicibus nostris imminerent, sed materna providentia sapientissimis consiliis, maximisque Mariae Theresiae impendiis omnes Regni aditus munirentur, et inimicis non tam animus quam nocendi adimeretur potestas. Videte urbes munitissimas ad debellandum barbarorum metum, velut totidem sapientiae, providentiae, fortitudinis, et propensae in nos voluntatis monumenta, in ipsis regni limitibus constitutas. Videte centena armatorum millia, immensa aeris profusione pacis bellique tempore ali solita; non iam tutandis duntaxat finibus suffectura, sed hostium etiam dum necessitas postulaverit imperiis excidium allatura. Inde vero enatum est, quod Europa stupuit, novum illud vincendi, triumphandique genus, quo vidimus Regna olim a nobis decerpta, nec iure satis aequo retenta, ne bello repeterentur, sponte sua in ius ditionemque pristinam concessisse. Aucti interim Regni fines; et provinciae, quae Hungarico olim, post depulsos vero barbaros, Regio victoris utebantur iure, Augustae clementia ad leges pristinas revertebantur. Aperta sensim commerciis maria, constructi regnoque coniuncti portus maritimi, ubi exterarum gentium secure consisterent naves, unde domesticae in remotissimas quasque provincias, ipsum quoque, inaudito hactenus exemplo, Chinense imperium penetraturae sua ventis committerent carbasa, et quas benigna mater Hungariae, Tellus, amplissimas profert opes, exteris gentibus largirentur, et sua inde Hungariae referrent incrementa.

Nec satis erat commerciis aperuisse maria, nisi domestica inundantium aquarum vi, impetuque civibus illata sarcirentur detrimenta; eam ob rem deducta canalibus flumina, liberatae paludibus complures Regni provinciae, immensa operarum mole obstructi evagantis Danubii alvei, et ne suo accolis egressu adferat incommoda, Romano molimine, et audacia froenatae ripae, instructa navalibus pontibus Danubii, qua cernimus, amplitudo maxima quodve Hungaria cum primis fere Europae Regnis in contentionem venire audeat, providentiae clementiae munificentiae Magnae Maria Theresiae nos debere, grati profitemur.

Magnae sunt hae, imo maximae ad felicitatem publicam accessiones, facile tamen periturae, nisi Religio Reipublicae basis et fundamentum constabiliatur, provehaturque. Novit id Princeps Sapientissima, novit inquam, quod Papinianus ait: summam esse rationem status, quae pro Religione facit, novit haec, atque ea, qua et in Deum, omnis felicitatis largitorem pietate, et ampliandae rei catholicae studio, Sanctum Stephanum primum Hungariae Regem imitata, octonos insuper per Hungariam plaudente Roma, et Summo Sacrorum moderatore piissimae Principis votis annuente, constituit Episcopatus, suos diversi labii, ritusque populis dedit Praesules, qui sparsis per dissitas Regni partes ollibus Christi e propinguo accuratius invigilare, esurientibus verbi divini, quo pascantur, panem frangant promtius, aberrantes reducant, progredientes in via Domini confirment, Omnium denique necessitatibus consulant facilius, prospiciantque. Sua Praesulibus adiunxit Sacerdotum collegia, quo rerum Sacrarum administros, et fideles, cupidosque augendi cultus divini, et provehendae rei catholicae haberent adiutores. Non ego cetera Augustae Principis insignia pietatis monumenta commemorabo, ne praestitutos orationi transgrediar limites. Quis enim nesciat, quae in omnium versantur oculis, constructas ad omnem elegantiam plurimas, amplissimasque Sacras aedes ut nulla fere Hun-

gariae provincia, nullus tam abstrusus, semotusque Regni sit angulus, quo Augusta pietas non pervaserit. Quot Deum immortalem! quamve pretiosis templa ditavit ornamentis? quam magnificos, Regia etiam manu elaboratos, Sacra operantibus deseruituros per Regnum omne donavit apparatus? Dies me deficiat, si cuncta percenseam, vox faucibus adhaerescat, si cuncta tentem pro dignitate exornare. Illud nulla ratione praeterire possum, quod a me referri, et Principis Augustae in divos amor et pietas, et confluentis undique populi iure quodam deposcunt suspiria. Restitutum nempe pia Mariae Theresiae solicitudine haereditati Suae Sacrum illud Palladium., Divi Stephani, primi Hungarorum Regis, et gentis nostrae Apostoli, dexteram, quae cum tanto annorum intervallo, iniquitate temporum, et afflictae Patriae calamitatibus apud exteros exul ageret, in sinum tandem Hungariae reversa, in Urbe Budensi tot olim cladibus obtrita, iam Musarum domicilio, ac propterea e ruderibus amoenius exsurgente, novisque in dies incrementis aucta conquiescit, et in hoc, quod oculis vestris usurpatis, Regiae magnificentiae sacrario insigni Augustae Principis munificentia constructo, quod celeberrimae Universitatis huius templo est adiectum, velut in solio collocata, e sublimi hoc monte toti qua patet, Hungariae Suam impertitur benedictionem.

O ter beatam, felicemque Hungariam! Hoc protecta Palladio non iam metuendos habes bellorum tumultus, caedes, direptiones, captivitates, immensa Christiani Sanguinis profluvia, et plurima alia, quae haec comitantur, malorum genera. Exue tandem squallorem, quo inde a tempore diversantis apud exteros Sacrae dexterae longo annorum intervallo foedata fuisti, atque deformata. Induere vestimentis laetitiae, atque omine optimo in sinum tuum iam reducta, maximas tibi pollicere prosperitatum accessiones. Non vanus ego sum augur, vadem me exhibeo, a modo, quod a te vehementer peto, et summis contendo precibus; Deum optimum, Maximum, prosperitatum omnium largitorem munificentissimum, sincero prosequaris cultu, si priscam Hungarorum in Magnam Hungariae Dominam, Sanctum Regem tuum Stephanum, ceterosque Regni Tutelares, vigentem florentemque conserves pietatem; Si denique filios, nepotesque tuos perversos aetatis huius aversari doceas mores; Si verae, sinceraeque Religionis imbuas principiis, si teneris eorum animis solida pietatis, probitatisque Christianae semina, si mores ingenuos, si denique cetera, quae ad felicitatem conferunt plurimum, virtutum ornamenta instilles, implantesque. Id nisi effeceris, non occasionem, sed bonam tibi defuisse voluntatem, sera queretur posteritas; damnabit socordiam.

Sed quo nec cogitantem, in Divum Stephanum amoris impetus, quo me Augustae Mariae Theresiae beneficiorum abstulit magnitudo? ut in suos iterum unde digressa est, cancellos redeat oratio, est necesse. Audistis viri Sapientissimi in nuce constrictam, seu ad procurandam Hungariae publicam felicitatem, sive ad provehendam constabiliendamque Religionem, publicae felicitatis fulcrum, Magnae Mariae Theresiae beneficiorum Iliadem. Suffectura Hungariae felicitati existimatis tam magnifica, tamque copiosa Regiae beneficentiae argumenta? et vero suffectura merito videri poterant, nisi errorem nos dedoceret Augusta Princeps, cui pro ornanda Hungaria nil sufficit, nisi omnes Regiae munificentiae thesauros, omnes materni in gentem Hungaram amoris profundat divitias. Summis, quae a me perstringi potius, quam pro dignitate percenseri,

exornarique intellexistis, nova, eaque maxima, quae ad Hungariae decus, et ornamentum, ad extollendam apud exteras etiam nationes, Hungarici nominis celebritatem plurimum faciunt, adiecit beneficia. Restituit illa, ab ipsis Regni incunabulis indeptum, sed oblivione poene deletum, atque obliteratum Regis Apostolici titulum; binos illustres instituit ordines, Theresianum unum, alterum Divi Stephani Regni Hungariae statoris memoriae sacrum: illum, ut cum omnium bellicae virtutis, et testatae fortitudinis virorum esset testimonium, tum vero, ut generosa Hungarorum pectora, ad omnes bellorum artes a natura ipsa optime comparata ornentur, inflammenturque ad audenda pro Principe, pro aris et focis quamvis ardua, quaevis magnanima; istum, ut viris, qui toga illustres salutari reipublicae consilio, et praeclaris in Principem obsequiis inclaruerunt, publicum meritorum exstaret praemium. Ducendis in hostes summa cum potestate Hungaros praefecit exercitibus, quo quidem tam praeclare defuncti sunt munere, ut ad Romani quoque Imperii, quod mirere, copias ductandas expeterentur, iisdemque praeficerentur. Complures apud exteros Principes obeundas detulit legationes, quo orbi testatum faceret, sive morum suavitate, sive agendi facilitate, seu denique rerum maximi etiam momenti tractandarum dexteritate, gentem Hungaram nulli esse secundam. Suam, totiusque Augustae domus salutem nobili Hungarornm turmae praetorianae tuendam et custodiendam credidit; nempe Principis in subditos amor, et horum in Principem fides firmissimum, tutissimumque solet esse salutis praesidium. O felices Hungariae filios! quibus fortuna amplissimam obtulit occasionem mitem illum placidumque singulis fere momentis venerandi vultum, et usu ipso condiscendi, quam dulce sit amabilissimae Hungarorum Matri Hungaros inter versari, et hos a materno pendentes ore intueri. Neque tamen eos Augusto lateri suo ita adhaerere patitur, ut non simul in illos ipsos, eorumque opera amplissima in Regnum omne promanent emolumenta; deligit illa nobilissimos quosque, oris venustate, totius corporis compositione decoros, morum suavitate, agendi conversandique comitate conspicuos, maiore mentis sagacitate, ingenii elegantia, et praecipuarum, quae ad per Europam vigent, linguarum notitia praeditos, atque florentissimorum Regnorum aulas mittit nuncios, quo ipsi, futuri olim reipublicae administri, egregias, quibus a natura cumulantur, dotes magis magisque excolant, perpoliantque; exterae vero gentes non iam publicae vocis testimonio, sed suismet usurpent oculis, egregia, quibus benigna mater natura Hungaros instruxit, ditavitque ornamenta; suspiciant, mirenturque insignes animi dotes et eximiam morum culturam, ac desinant tandem praeoccupatae mentis praeiudiciis, et rerum Hungaricarum ignoratione, agrestes, nescio quos, incultosque Hungarorum mores accusare. Etsi vero magna haec esse nemo diffiteatur, illud tamen ad decus, et ornamentum, conciliandamque nomini Hungarico dignitatem maximum esse puto, quod Augusta Princeps Augustum Romanorum Imperatorem Josephum II. filium suum, tot Regnorum populorumque Haeredem, orbis delicium, Europae miraculum, viro Hungaro moderandum tradiderit, instituendumque. Dicite viri sapientissimi, amabo vos, quid excellentius? quid ad Hungarici nominis celebritatem illustrius cogitari? quo maiori Hungaria potuit ornari beneficio?

Et vero deesse iam propemodum beneficiis videbatur locus, reperit tamen munificum Augustae Principis ingenium, reperit ingeniosus matris amor, ceteris grandius

8

aliquid, atque ita reperit, ut ingentibus suis in nos meritis, hoc uno vitam simul ac perpetuitatem largiretur. Vidit nimirum tot beneficiis a se collatis virentem, florentemque rem publicam, sed et vidit, quam fluxa sint hominum omnia; ne res summae ad squallorem deflecterent, ingentibus coeptis aeternitatem adiicere ausa, fontes ipsos felicitatis publicae reserandos, et per Regnum universum collocandos, existimavit; unde rivi profluerent omni posteritati, nisi neglectu, socordiave, propriae voluntatis vitio obstruantur, ad omnem beatitatem suffecturi.

Superfluum foret in sapientissimorum virorum consesu argumentis evincere educationem aetatis tenerae ad scientiarum morumque culturam plurimum adferre momenti; his vero geminis, scientiarum videlicet flore, ac morum probitate reipublicae felicitatem tanquam totidem fulcris, sustentari, fulcirique. Apertiora sunt haec, quam ut mea egeant commendatione. Circumferte oculos per omne, qua patet, Regnum, et videte, quam numerosa, quam locupletia, quam omnibus artibus instructa educandae iuventuti constituerit domicilia. Non ego digrediar ad illas quas siue infelicium, siue militarium prolium enutriendarum causa tenerrimo matris affectu erexit aedes; non literarios recensebo ludos, oppidis, pagisque fere singulis ea docendi ratione impositos, ut plebis infimae ingenia non rebus modo excolerentur, quae ad probitatem vitae, artesque rurales condiscendas faciunt plurimum; sed iis etiam disciplinarum imbuerentur principiis, quibus, si cui animus faveat, et indoles, e plebeia emergendi conditione, et Scientiarum ope rerum suarum augendarum adsint praesidia; quamquam his me immorari deceret maximopere, quod nihil aeque tenerum, nihil aeque pientissimo Matris animo accomodatum possit adferri. Quam enim dignum Deo, hominibusque spectaculum? videre Magnam Theresiam tot gentium, populorumque Dominam, tot regum ac regnorum Matrem balbutienti puerorum gregi publicis in ludis assidere, ac posita, qua Regum nuncios audire solet, Maiestate ad eam descendere facilitatem, ut nunquam tibi videatur maior, neque sit etiam quam cum aetatis tenerae progressiones periclitando, omnia sive hortantis sive remunerantis, sive blandientis Matris explet superatque officia.

Verum haec non tam Hungariae propria, quam Regnis, provinciisque, quibus Augusta Princeps summo cum imperio praeest, communia; quamvis maxima, attigisse sufficiat. Diei huius, quam agimus, celebritas, Regia haec, quam coram videtis, diplomata me commonefaciunt, de quo potissimum ad vos mihi agendum sit beneficio. Deum immortalem! ergo ne iterum Hungariae ingenia, tot olim clara nominibus, tot deinde bellorum tumultibus, ruinisque consepulta magis, quam hebetata, ad veterem Mariae Theresiae munere efflorescent splendorem? Ergo ne Hungaria, quae exteris, alienisque provinciis scientiarum cupidissima semet vectigalem praebuit, sua nunc ab his studiorum recipiat stipendia? Ergo ne artes et scientiae, quarum quod maioribus venirent impendiis, plures vel ipsa ignorabant nomina, adeo facili deinceps patebunt aditu, ut nullo rerum detrimento plena, cui libuerit, exhauriendarum fiat potestas? Ergo ne Buda magnifica olim regum nostrorum sedes, celeberrimum sapientiae ac fortitudinis domicilium, quae toties iam odrysio, iam sanguine diffluebas Christiano, ac inferenda orbi christiano vulnera tuo tamdiu excipiebas sinu, dum denique regia Magnificentia in cineres, Athenae in solitudinem, regni Maiestas in acervum resedisset lapidum, tu in-

quam, post toleratam tot annorum vastitatem, Augustae Mariae Theresiae clementia e bustis, ruinisque emersisti, ut reges iterum tuo potueris excipere hospitio, et quia istud, digna censeceris, quae regiis sedibus Musas exciperes, et toti late Hungariae, qua docta audit, iura dares. Sed enim quid imperuium? quid Augustae Mariae Theresiae consiliis arduum? quid immensae in nos benignitati est nimium? Videte per omne regnum sparsa, et lectissimis Doctoribus provisa liberalium artium Gymnasia, in singulis poene provinciis peculiari quodam iure gaudentia altiorum scientiarum studia: in hac vero regni metropoli nobilissimum, quod coram intueor, artium omnium ac scientiarum emporium. Ad hoc ego cum oculos, animumque adverto, singulari semper perfundor voluptate, nec satis scio, an excelsa Augustae Principis consilia, an vestra Professores clarissimi sedulitas, meum magis oblectet animum. Illius erat sapientiae, vos e toto regno, vicinisque provinciis tanquam totidem rei literariae lumina deligere; vestrum est et explestis hactenus, grandia Augustae consilia exequi opere, ac vestros ita radios in discentium animos insinuare, ac dispescere, ut seculuris lucem adferant seculis. Non vos unquam rerum tractandarum multitudo, non abstrusarum scientiarum asperitas, non supellectilis necessariae defectus, non commodorum vestrorum solicitudo a praeclare coeptis revocabit. Praevidit gravissimam difficultatum molem sapientissima, et providit omnibus princeps liberalissima, ut prodigio par esse videri possit ingens illud implicatum, nec nisi regiis tolerandum sumtibus, inducendarum atque stabiliendarum literarum opus, paucorum annorum intervallo mente concipi, et reapse explicari atque ita stabilirri potuisse, ut iam ad fastigium perductum in hac ipsa felicissimae lucis cellebritate, qua secunda impositae regio vertici sacrae coronae laeti percolimus vicennalia, coronatae Principis munificentia operi coronam imponi plaudente gratulemur Hungaria.

Et vero perpendite sacras, profanasque scientias, quam admirando eas ordine suas in species, speciem quamvis suas disiunxerit in differentias, cuilibet disiunctae peculiarem adiunxerit doctorem, qui uni quodammodo artis suae intentus ramo, neque rerum varietate distractus obrutusque ea, quae ad se pertinent, exhauriret omnino; disiunctas vero ita iuxta se collocavit, ut alia exciperet aliam et mutuo copulatae nexu altera alteri ferret subsidium, aciem diceres ad depellendas ignorantiae tenebras instructissimam, tot peritissimis ducibus formidabilem, quot artium rectoribus, praesidibusque insignem. In hac ordinata scientiarum acie ad usum, utilitatemque unius cuiusque, ad incrementum et felicitatem regni directa sunt omnia; quoniam vero a privata civium cultura, felicitateque publica pendet felicitas, bene sapienterque constitutum existimo, ut ad literarias hasce palaestras par omnibus, cuiuscunque sectae, pateat aditus, quin iis quoque consultum, quos ob angustias rei domesticae a publico scholarum aditu aut verecundia, aut difficultas avocaret. Ut enim praeteream splendida, quae sub gloriosissimo Mariae Theresiae nomine immortali eius munificentia per regnum erecta, atque dotata erudiendae nobili iuventuti accomodata sunt domicilia, istud certe, quod in ipso Budensi Scientiarum Capitolio collocatum vestris quotidie obversatur oculis, nisi Augustae Principi, totique regno sim iniurius, nulla possum praeterire ratione. Cernitis magnificum illud et vere regium palatium regiae, dum Hungariam inviseret, destinatum commorationi, cum omnis, quae eo pertinebat suppellectile, pio huic ac salutari instituto

Magnae Mariae Theresiae munificentia datum, consecratumque. Cernitis Hungaricae Nobilitatis numerum, cernitis nitorem atque elegantiam, e qua in spes Patriae amplissimas educatur, et seri nepotes, pia Mariae Theresiae liberalitate ampla provisi dote, venturis educabuntur saeculis. Cernitis, quibus erudiuntur, artes, cernitis illicia, quibus animantur, dona, quibus cumulantur, ut iam mirari quivis desinat, Regiam hanc Academiam glorioso Mariae Theresiae nomine insigniri, a qua tot et tanta in eam profecta sunt beneficia, ut cor animumque omnem eidem devovisse videatur.

Est et illud sapientissimis Mariae Theresiae accensendum consiliis, quod non in hac modo Regia Scientiarum Universitate, sed et in omnibus poene Academiis, atque Gymnasiis copiosam librornm constituit supellectilem, quam cum publicae felicitati sacram, dicatamque voluerit, aequo omnibus iure, docentibus discentibusque, semper patere iussit; peculiare istud uti literis subsidium, ita studiosae iuventuti est illicium; dabitur iam a teneris cuilibet ipsos adire fontes, noscere viros aetatis omnis, locique in quovis scientiarum genere versatissimos, praeceptis eorum consiliisque imbui, videre, quam exiguum sit, quod sapimus singuli, et quanta singulis ad plenam rerum cognitionem restet via, neque sint, qui, quod non ignorent omnia, exhausisse omnia, sese arbitrentur, et cum plurimarum, maximarumque rerum ignoratione tanquam de debellata sapientia triumphum canant.

Praeclaris his et immortalibus consiliis suis Augusta Princeps supremum hodie adiicit cumulum, coronamque. Quidquid enim coeptum provide, eductum magnifice, quidquid statutum ordinatumque liberalissime, hodie, ut aeternum sit, constituitur. Videte Magnae Mariae Theresiae, Augustae Principis diplomata, aeterna eiusdem in gentem Hungaram beneficentiae monumenta, non tam aeri lapidique, quam cordibus animisque nostris insculpenda. Haec vos praelegi audivistis, et quae his continentur, singula intellexistis. Stupuistis in Principe clementiam, in Matre pietatem, sapientiam in consiliis, rectoque rerum ordine providentiam, in stabiliendis grandibus coeptis profusam liberalitatem, et munificentiam Regia maiorem. Nec sine divino factum puto consilio, ut sui in nos amoris tam illustre pignus, quo Princeps optima universas suas coronat, auget, ornatque gratias, ea ipsa reciperemus die, qua eam olim sacra Hungariae Regni incinximus corona. Tradidimus illi Regnum Barbarorum adhuc metu pallescens, imminentium undique malorum copia, bellorum impendentium magnitudine, fines incursantium armorum strepitu in squallorem, ruinasque pronum; hodie cultum, florens, ornatumque accipimus, atque ita ad amplissima dispositum incrementa accipimus, ut quod reliquum est, non aliunde, quam a nobis dependeat.

Provide igitur, sapienterque factum, ut sicut olim, cum Te clementissima Domina vulneribus nostris medicum, calamitatibus matrem, Regno regem inauguraremus, Regnum omne, in unum veluti coetum collectum, una voce felicissimi regiminis Tibi detulit vota, et auguria; ita nunc cum secundo Regni vicennalium recursu amplissima Tua in nos beneficia hoc tam illustri obsignas facto, Hungaria universa e remotissimis advolaret provinciis, auspicatissimum coronationis tuae diem, solemni ac publica gratiarum actione seris quoque posteris immortalem redditura.

Sine iam Augusta Princeps, Domina Clementissima, ut Hungaria universa immortali Tuo perpetuoque benefaciendi studio devinctissima, et hodierno munere felicitatem undique adepta, sacro Throno, pedibusque tuis advoluta, si non parem Tuis in nos promeritis, tantam tamen, quantam maximam cuiusvis capere potest animus, venerationis, gratitudinis et perennaturae devotionis exhibeat testificationem. Stabilivisti hodie, et mira dotasti munificentia insignem hanc studiorum omnium Universitatem, atque hoc uno labem a nobis depulisti, quae apud exteros rerum nostrarum ignoratione nomini adhaerebat nostro: quasi nullo apud Hungaros in pretio literae haberentur. Sed ad ignomiam hanc amoliendam, ne viciniora aetati nostrae persequar tempora, quae cum alias plurimos tum vel uno felicissimi Mariae Theresiae gubernii tempore numerosissimos, exteris etiam laudatos gentibus, eruditos protulere Scriptores, dixisse sufficiat, Hungariae vel ipsos inter bellorum tumultus armorumque strepitus suos non defuisse Kezas, Janos Pannonios, Sambucos, Celios, Turóczios, Révajos, Istvánfios, Rogerios, Vardaios, Forgachios, Pazmanos et sexcentos alios, quorum seu editis in publicam lucem monumentis sive insigni eruditione clara hodiedum celebrantur nomina. Non defuere unquam sublimia Hungaris ingenia, non ardor discendi, non literarum amor; defuere praesidia, defuere commoda, pax defuit denique et tranquillitas. Trans maria quaerendae, e longinquo in Patriam literariae deportandae erant merces, neque tamen allatis tuto semper uti, nec in publicam proferre licuit lucem. Dum enim studiis toto incumbendum esset pectore, suis Barbari telis Hungarorum petebant pectora; dum laurea metenda essent serta, Hungarorum demetebantur capita; non calami scribendis posteritati monumentis, sed in hostem stringendi erant gladii. Desinat iam quisquis est, si quis tamen adhuc est, Hungarico iniurius nomini, desinat, inquam, cavillari literas Hungaris non esse in deliciis, et literata, quibus fruebatur, otia Hungarico se debere Sanguini gratus profiteatur; memineritque alibi etiam terrarum diuturnis consepultas tenebris iacuisse literas, et prima earum initia sua sensim accepisse incrementa. Iam vero quas hactenus apud Hungaros scientiae fecerint progressiones, Augusta Maria Theresia, rerum hominumque aestimatrix perspicacissima palam fecit, dum in hac insigni Studiorum Universitate non aliunde accitos, sed e Regni civibus delectos tradendis, docendisque scientiis praefecit magistros, quorum editis in lucem publicam monumentis aliarum etiam gentium eruditi (sciolos enim, Zoilosque non moror) mirum in modum oblectantur, utuntur liberaliter, suas in linguas traducunt, suis recudunt typis, et ut aucta, atque illustrata iterum iterumque subeant praela, datis ad authores literis, orant, incitantque.

Tibi Augusta Princeps reparata atque restituta debetur eruditos inter Hungarici nominis celebritas. Tibi omnis sacrarum pariter, ac profanarum rerum debetur providentia, ac propterea Tibi Ecclesia, Tibi Proceres, Tibi equester Ordo, civis atque ruricola ipse, ut suam quisque in hodierno beneficio conspicit felicitatis partem, ardentibus a Deo votis immortalitatem, sibi vero vires, eamque serviendi exorat promptitudinem, ut obsequiorum alacritate, et recto beneficiorum usu eam Tibi adferat voluptatem, qua sentias Tuas non apud indignos collocasse gratias. Sed quia fieri nequit, ut singulorum vota ad aures pertingant Regias, indulge Augusta Princeps, ut, quem Clementia Tua

in Ecclesia Praesulem, in Republica Iudicem, in hac Studiorum Universitate Praesidem esse iussit, in gratia Tibi persolvenda, et Ecclesiae, et Reipublicae, et huius scientiarum Universitatis subire audeam vices. Sed maius est quod a Te Clementissima Domina peto, quam ut perficiendo vires sufficiant. Quid enim ego Te dignum, quid, quod beneficiorum par sit magnitudini, dicam? qua, quod omnium ordinum exspectationem, quod mea ipsius expleat vota, prosequar oratione? Mens effaeta, canis conspersum caput, senio confectae vires, sublimes, quas hodierna exposceret Celebritas, denegant cogitationes, illustres, gravesque sententiarum impediunt sensus. Verum si summa mihi etiam vis ingenii, maximum esset orationis flumen, si vividus adhuc mentis vigor animo insideret, et omnis si quem unquam habui, dicendi ardor pectus occuparet, quas tamen Tuis Augusta Princeps dignas benefactis rependamus grates? Vitam et sanguinem dicavimus dudum; cor animumque occupasti ante, quam ea Tibi dicaremus. Si quid in nobis Te dignum, Tuum est, quia Tuo in nobis est munere. His rerum angustiis constricti ad Te Clementissima Domina, gratiarum fontem convolamus, Tuam imploramus Clementiam, ut cum Tua nos Maiestas elingues, Tua beneficiorum magnitudo efficiat inopes, Tuus in nos maternus amor a nobis isthic veluti congestum benigne suscipiat, quidquid illustre, quidquid eximium, quidquid magnificum de Te unquam ab eloquentissimis, summisque viris dici potuit, dictumque fuit.

Patere Clementissima Princeps! ut quam sacros ad pedes provolutum materno pietatis conspicis vultu, sacerdos senex, fidelis Tuus, quadraginta annorum servus, in memoriam bis vicenalium, quibus regia nobis praefuisti Maiestate, et immensis ornasti beneficiis, quaeve lactantes, gratique hodierna recolimus celebritate, aram erigat maternae pietati sacram, eamque magni nominis Tui dedicet immortalitati. Patere insuper, ut ego baiulus, debilis licet, fractusque, universi ordinis Hungarorum corda, dulce pondus, in humeros suscipiam, et titubans, aut si etiam humi serpendum sit, sacrae huic imponam arae, struam pyramidem maiori, quam Aegyptiae illae, orbi futuram miraculo. Ardebit illa perpetuis tenerrimi in dulcissimam Hungarorum Matrem amoris flammis, perpetuo in reginam munificentissimam gratitudinis igne, nullo unquam tempore, nullis rerum conversionibus exstinguendo: quia perpetua a tenerrimi affectus, amorisque testibus, Hungarorum lachrimis habituro fomenta. Ardebit illa, lucem orbi dabit universo, et in hac orbis terrarum luce testatum faciet, quod dum stabit mundus, in Hungarorum cordibus aureis insculptum literis Magnum M a r i a e T h a e r e s i a e, piae, iustae, felicis Hungarorum Reginae nomen sit perennaturum. Vos itaque filii, spes tenera succressens Regni, venturique, tamquam redivivus e maiorum cineribus Phoenix, seri nepotum posteri, qui plena quondam perfruemini felicitate, quam hodie ad sui fastigium perductam cernimus; vos, inquam, diem hunc tot gratiis celebrem, tot cumulatum beneficiis, immortali Augustae Principis memoriae consecrate, et quoties annua conversione in orbem redierit, festum agite, memori, grataque mente recolentes unam fuisse, futuramque, quam ego Magnam M a r i a m T h e r e s i a m dixi."

## Nro XI.

*Intimatum Excelsi Consilii R. L. H. quo Jos. II. Aug. systema Theresianum confirmat.*

Posteaquam Sua Maiestas Sacratissima pro eo, quo in promovendam rem literariam rectamque iuventutis educationem ex supremo munere Suo Regio fertur studio, universum eiusdem Rei literariae educationisque systema sub glorioso regimine felicis recordationis Imperatricis et Regiae Apostolicae Genitricis Suae desideratissimae in perchalo sibi Regno Hungariae, Provinciisque adnexis, constabilitum, cum quibusvis tam ante, quam et post illius Publicationem, et Introductionem editis Politico-Oeconomicis quoad obiecta studiorum, et Scholarum, Resolutionibus finem in illum sibi referri fecisset, ut in eiusdem ulteriorem Constabilitionem Studia quoque Sua conferre valeat, porro cuncta haec instituta literaria post accuratam illorum discussionem ea cum prudentia combinata, et optato cum successu introducta esse comperisset, ut merito omnem benignam satisfactionem Caesareo-Regiam se testari debere innuerit: idcirco summefata Sacratissima Sua Maiestas, hoc systema Rei Literariae Educationis non tantum Auctoritate quoque Sua Caesareo-Regia Clementer confirmavit, verum benigne vult, ut ad accuratam eiusdem quoad omnes sui partes executionem ubivis procedatur. Civico itaque huic Magistratui praeviam benignam resolutionem Caesareo-Regiam Universum systema literarium constabilientem, de altissimo Iussu Regio pro congrua notitia, et Directione sua publicandam habet Consilium hoc Locumtenentiale Regium Anno M.DCCLXXXI. Intimatum sub numero 2751.

## Nro XII.

*Universitas Regia ex arce Budensi in Curiam Regiam Pestinum translocata.*

Documenta Universitatem Pestanam Concernentia.

Josephus Secundus. Spectabiles ac Magnifici. Quales ex occasione novae studiorum regulationis, et Universitatis Regiae Budensis decretae per Nos in Liberam Regiamque Civitatem Pestiensen Translationis novas etiam nonnullas partim fixas, partim temporaneas duntaxat erogationes ex fundo studiorum suppeditandas fieri clementer velimus: — Fidelitatibus vestris pro earundem notitia hisce clementer significandum duximus. Quibus, in reliquo, gratia nostra Caesareo Regia iugiter propensi manemus. Datum Viennae die 20. Mensis Iulii 1784 Josephus m.p. Comes Franciscus Eszterházy m.p. Paulus Szlávy m.p.

## Nro XIII.

*Carmen Stephani Agyich C. E. Quinque-Ecclesiensis Canonici Honoribus Reverendissimi Domini Andreae Szabó etc. Seminarii item Poson. dicatum A.* 1786.

Quis mihi det vires, ut te Pisonia versu,
Concitus Aonio numine, rite canam?
Montibus in reliquis quantum celeberrimus Atlas,
Tantum tu praestas urbibus una tuis.
Tu caput es terrae, Cetius quam límite tangit,
Proxima Caesareae, Caesare digna domus.
In te regalis primum redimita potestas
Vibrato quatuor dividit ense plagas.
Vitiferi colles, et non temnenda Lyaei
Gratia, te notam conspicuamque facit.
Funderis in latum, splendentque palatia circum
Nubila non una cuspide turris adit
Pone fluit Nilo, Gangique simillimus Ister,
Divas et immensas tergore vectat opes.
Attamen augustae tibi quae superadditur orbi
Arx, quod habes reliquum, vincit honore decus,
Sistitur in celso visu pulcherrima colle,
Civibus hinc, latis imminet inde vadis.
Ordine per montem sparguntur moenia longe
Et placide recreant, luxuriantque situ.
Mille fores intus porrecta cubilia claudunt
Quae numerant quadrae regia tecta domus.
Hic quondam sacrae custodia firma coronae,
Et decus hungarici sceptra, chlamysque throni.
Atria nunc servat cum Praeside casta iuventus,
Olim thura sacris, quae feret alma focis.
Sexcenti iuvenes lectissima corpora fratrum
Cumque viris reliquis multa magistra manus.
Caesaris auspiciis succedunt sacra profanis
In soliique vices iam tenet ara locum.
Quis satis edicat, quae disciplina perennet
Sacrata vigeat quam bonus ordo domo?
Iste canit cytharam, psalmisque superna fatigat,
Concinit angelicum, iunctus et iste melos,
Illum cura gravat volvendis provida chartis,
Ille colit superos flexus utrumque genu:

Hic reparat calamos, turgescunt scrinia libris,
 Scribitur adducta mundus uterque manu
Est studii tempus, studium mox occupat omnes
 Sponda cibusque simul, dum venit hora tenet,
Sic ubi formicae populantur farris acervos
 Curritur opposito tramite, fervet opus.
Fit licet adversum, tamen est concordia fratrum:
 Ceu cum virgineae mella parantur api.
Tanta viris virtus, recti custodia tanta est,
 Ut dubites terris vivitur, anne Polo?
Nuper ubi sacrum licuit mihi tangere limen,
 Obstupui gratas ordinis usque vices.
Rector sacra sui celebrabat festa Patroni,
 Qui mihi iam longo tempore iunctus erat.
Pergitur ad nitidi veneranda sacraria templi,
 Unanimes fundunt Mysta, chorusque preces.
Quotquot erant Iuvenes genios in carne putabam
 Certa mihi pietas svasit et ista fides.
Ponuntur mensae, Cereri, dapibusque litatur,
 Fercla Iuventutis condit et auget amor.
Nos quoque prandemus senii cingente Corona,
 Personat in mediis docta palaestra cibis.
Tales cum summo celebrant convivia coelo
 Fors gustus Divos, deliciaeque tenent.
Post ubi domta fames, et dona relicta Lyaei
 Sumptaque, quae primum pocula misit Arabs:
Ducimur ad magni conclavia celsa theatri
 Quae struxit Pallas gnava de arte manu.
Insonuit Phoebus Cythara, fidibusque canoris
 Arguto sequitur caetera turba choro.
Subsiliit spaciosa domus, tum murmure facto,
 Visa fuit proprium linquere velle locum.
Innumeros ferri videas lapidesque foresque
 Orpheus *a*) ausonia, dum canit ipse lyra.
Hic te parve puer *b*) plectro ludente canentem
 Vidi, digne Deo prae Ganimede rapi.
Excidimus, fateor, nobis solamine mentis,
 Nec mihi iam corpus, sola sed umbra fui.

---

a) Leopoldus Roisz alumnus Dioec. Jaurinensis.
b) Comes Carolus Pálfi pusio decem annor.

Nulla dies laetum tenuit magis, ultima quamvis
Connumerem vitae tempora tarda meae.
Mens mihi fixa polo, quamvis terrena redundent,
Sic bene non sacris, stant sacra mixta iocis.
Haec tibi debentur solatia nostra Sacerdos
Qui regis eximiae tam bene membra domus.
O! quando dabitur cum te Pisonia rursus
Visam terra, tuis felicierque bonis.
Tunc ego, quod nequeo fato, curisque gravatus
Tunc ego te Musa iam meliore canam.

## Nro XIV.

### *Senatus Academicus, ac Facultatum Directores abolentur.*

Inclyte Senatus! Sacratissima Sua Maiestas tenore Benigni de? dato 10. Martii a. c. Rescripti comparate ad Universitatem Regiam Budensem sequentia benigne resolvere dignata est:

1mo. Senatum hunc Regium, quoniam translato Budam Consilio Locumtenentiali Regio eiusdem necessitas cessabit, abrogandum esse, facta Praesidi Consilii Locumtenentialis, qui omni tempore Supremus Rei Literariae Protector et Curator clementer renunciatur, potestate eousque, dum systema studiorum plene elaboratum, ac stabilitum fuerit, ad discutienda, elaborandaque obiecta Literaria separatam Commissionem constituendi, ita tamen, ut huic e Consiliariis Locumtenentialis Consilii unus ad gerendum Praesidium praeficiatur, et ab eo conclusa, elaborataque Commissionis in pleno Consilio referantur, ac expediantur, cuius Benignae Resolutionis effectus mox post translationem Consilii Locumtenentialis ad Civitatem Budensem procurabitur, interea vero Senatus Regius tantisper adhuc suo fungetur Officio.

2do. Magistratui Academico eandem, qua Consistorium Universitatis Vindobonensis actu gaudet, tribui activitatem; in Causis igitur Civilibus, ac Criminalibus studiosi conditione nobiles Iurisdictioni Comitatensi; ignobiles vero Locali Magistratui Civico dehinc suberunt; eo tamen non obstante, cum Magistratus Academicus conservando bono ordini, observandisque ordinationibus politiam Academiae respicientibus invigilare debeat, eidem Ius excessus Studiosae Iuventutis paterne corrigendi, ac moderate castigandi, quin a Scholis quoque pro re nata excludendi, omnino competet.

3tio. Cum Facultatum Directores minus necessarii esse videantur, ideo munus hoc qua tale ex nunc aboleri, imposterum autem directionem Facultatum cuilibet Decano, singulis annis e numero Professorum pro singula Facultate eligendo concredi, modernos autem Facultatum Directores ad paulo supra memoratam studiorum separatam Commissionem, qua Assessores cum Directore Humaniorum Archi-Gymnasii Budensis, et Inspectore Normalium Scholarum, adhiberi benigne vult Sua Maiestas. Cum interim Facultatis Iuridicae Director V. Locumtenens a Vörös ab Officio Directoratus ob oculorum

affectionem dispensari cupiat, eiusdem precibus Clementer defert eadem Sua Maiestas, ac eius vices in praeattacta Comissione Literaria Iuridicae Facultatis Senior Lakics qua Assessor explere valebit.

Quare easdem Altissimas ordinationes Regias Senatui huic Regio pro Sui, ac eorum, quorum interest, notitia, directione, observandaque norma Consilium Locumtenentiale Regium notum reddit, ac una eidem intimat, ut supra memoratos Facultatum Directores edoceat, quo usque Consilii Locumtenentialis translationem, Senatus Regii consessibus, qua eius Assessores, interesse noverint. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali Hungarico Posonii 26. Aprilis Anno 1784. celebrato. Ad Officia parat. Christophor. Niczky m.p. Franciscus Skerlecz m.p. Michaël Preszeker m.p.

Ex ipso Intimato Originali.

## Nro XV.

*b) Clarissimus Corolus Koppi e Scholis Piis Stephano Katona cum pensione 300 flor. substituitur.*

Inclyte Senatus. Sacratissima Sua Maiestas Clementer resolvit, ut Carolus Koppi Scholarum Piarum Religiosus, ab eximia capacitate, atque sui applicatione Altefatae Suae Maiestati multum commendatus, tradendae ad Universitatem Pestanam Historiae Universali cum annuo 300 flnor. Salario praeficiatur.

Quare altissimam isthanc Resolutionem Inclyto Senatui pro inviatione antelati Koppi hisce notam reddit Consilium hoc Regium Locumtenentiale: Camera Regia Hungarico Aulica sub hodierno requisita existente: ut praespecificatum 300 flor. salarium eidem Koppi assignet. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali Hungarico Budae di-15ta Novembris 1784. celebrato. Ad officia parat. Christophor. Niczky m.p. Franciscus Skerlecz m.p. Josephus Fodor.

Ex Orginali Intimato.

## Nro XVI.

*Reformatio Studiorum Josephina.*

1) Cum initio anni huius scholastici, abrogatis omnibus coetibus Sodalium Marianorum, et Congregationum tam Viennae, quam in omnibus aliis locis haereditariarum Provinciarum Caesareo-Regiarum Ditionis Germanicae, ubi studia vigent, pro studiosa Iuventute gymnastica relate ad Divina sequens de Benigno iussu Regio inducta est norma, et quidem:

*a*) Diebus Dominicis et Festis studiosa Iuventus convocanda, et comitantibus eandem suis Profssoribus, ac Praefecto ad Parochialem, vel aliam Ecclesiam ducenda, ubi sub inspectione eidem Iuventuti praepositorum Missae sacrificio intererit, hocque absoluto, ad duas salas, aut totidem amplioris extensionis scholas reducetur, eaque ratione segregabitur, ut unam scholam primae et secundae classis studiosi, alteram vero reliquae tres classes occupent.

*b*) Iuventuti praeexposita ratione segregandae primum, et ante omnia Evangelium pro illa die in Ecclesia praescriptum per Exhortatorem Catechetam idiomate teutonico articulatim, et ad intellectum praelegetur, quam praelectionem instructio catechetica textui Evangelii accommodanda immediate excipiet, haecque instructio elicitis tribus virtutibus theologicis, quas Catecheta clara voce praeorabit, et Iuventus pari ratione recitabit, terminabitur; quod vero pomeridianam devotionem concernit, hanc ut ipsa Iuventus, in consortio parentum Ecclesiam Parochialem adeundo, peragat, eidem Iuventuti commendandum erit.

*c*) Praeattacta institutio catechetica sua serie, et absque interruptione in duabus minoribus classibus super obiectis primi et secundi principalis capitis maioris Catechismi ab exordio anni Scholastici usque illius exitum ea ratione prosequenda erit, ut praeprimis Iuventuti applicatio religionis doctrinae, et efficacia eiusdem ob oculos ponatur, cordique altius imprimatur; eodem modo, habita attamen maturioris intellectus reflexione in tribus altioribus classibus, tria ordine posteriora Catechismi principalia capita, appendix item, et introductio ad eundem tradetur, ac utrobique id accurate observandum, ne istius modi institutiones unquam 25, aut ad summum 30 minutorum spatium excedant.

*d*) Pro hac catechetica institutione duo idonei Presbyteri ex Professoribus, aut extraneis, (qui ordine posteriores, utiliores nefors esse possent) deligendi, quorum singulis pro hac opera die dominico et festivo inomisse navanda titulo gratificationis annue 6. aurei e Studiorum fundo benigne applacidantur.

*e*) Diebus Scholasticis Iuventus gymnastica sub vigilantia suorum Professorum in Ecclesia pro Gymnasio destinata post terminatas antemeridianas scholas Missae sacrificium audiet.

*f*) Omnes reliquae devotiones, quae in Gymnasiis hactenus locum obtinebant, dehinc cessabunt. Signanter autem

*α*) Exercitia spiritualia, ad quae Iuventus primis diebus hebdomadae sacrae convocabatur, quorum loco die Lunae, Martis et Mercurii Scholas more alias consueto frequentabit, harum autem dierum postrema pro horis pomeridianis die Mercurii alias praescripta Catechismi explanatio a Professoribus ante meridiem suscipienda erit, haeque occasione Iuventus ad celebrandum pro dignitate solenne festum resurgentis Domini pressius admonebitur.

*β*) Hactenus consueta Iuventutis gymnasticae ad menstruas confessiones et communiones convocatio et deductio perinde abrogatur, et cura Iuventutem ad hasce essentiales catholicae Religionis obligationes explendas disponendi, parentibus, et respective sacris Curionibus relinquitur; hoc tamen non obstante superius memoratis exhortatoribus, Catechetis iniungendum erit, ut data opportunitate, omni tamen cum moderamine saepius, singulo autem semestri inomisse auditores suos officii zelose, et nervosa dicendi oratione commonefaciant, ut nimirum per frequentiorem et dignam Sacramentorum susceptionem peccata commissa expient, et cum Deo semet conciliare haud morentur.

*γ*) Quam normam etiam cum initio proxime affuturi anni scholastici in Regno quoque Ungariae Partibusque eidem adnexis introduci iubet altefata Sua Maiestas, prae-

lectio attamen Evangelii et Catechesis per triennium adhuc, a termino affuturi anni Scholastici computandum, idiomate latino fieri poterit.

δ) Quo facto suapte consequitur, omnes congregationes et coetus Marianos in regno quoque Hungariae cessare debere, sed et constitutum in Universitate altiorum classium Exhortatorem in dioecesi sua per suam Eminentiam Primatialem, cui is sub hodierno adhuc commendatur, accommodandum, amplius necessarium non esse, cum nunc memoratarum classium studiosi quoad divina dictamini propriae conscientiae relicti sint; alter vero Exhortator, ad rite explendum dehinc praescripta norma munus suum, commonefaciendus erit, pro duabus vero classibus inferioribus, seu unus ex Professoribus, seu vero extraneus Presbyter erga annuam 6. aureorum gratificationem e fundo studiorum dependendam constituendus est.

ε) Festivitates porro Facultatum, et Patronorum Scholarum, quae hucdum sumtibus non exiguis celebratae sunt, pro futuro cessabunt, et ad illas unice solennitates, quae pro toto corpore Universitatis praescriptae sunt, restringendae erunt. Illi autem, qui orthodoxam fidem haud profitentur, in plenaria religionis, cui addicti sunt, libertate, uti hucdum factum fuisse intellexit Sacratissima Sua Maiestas, ultro quoque relinquentur.

A saltibus publicis et spectaculis studiosa Iuventus absque ullo classium discrimine nequidquam arceatur; Magistratus interim locales medio commissariorum hoc fine designandorum invigilabunt, ne quid occasione harum chorearum publicarum, aut ludorum scenicorum agatur, quod scandalum generare, et offendiculo esse possit. Professores autem ab usu epomidum ad exemplum Universitatis Viennensis clementer dispensantur.

Historiae Universalis Studium ad cursum philosophicum reiiciendum, et statistica pro ordinaria cursus iuridici praelectione substituenda est.

Professor Anatomiae Anatomiam Leberii optimo ordine compilatam, et novissima anatomiae inventa exhibentem dehinc praelegat.

Anatomiae Professori statim sub exordium anni Scholastici pro observationibus, et praeparatis anatomicis 60 flni erga ratiocinium assignentur.

Professori Chirurgiae 500 pro instrumentis et fasciis chirurgicis, aliisque machinis obstetriciis numerentur.

Professor Botaniae, et Chemiae adsignatos 300 fl. in experimenta utiliter expendat, atque exponat, quali ulteriore subsidio egeat?

Paulum Kietaibl, singularibus, uti refertur, talentis provisum, et peculiari in Studium botaniae, et chemiae inclinatione propendentem cum 400 fl. annuo salario Professori nunc attactarum Scientiarum adiungi hoc fine clementer vult summefate Sua Maiestas, ut ad Professoris munus subinde cum publici commodo obeundum rite praeparetur.

Publicae regni iurisdictiones medico egentes opinionem Facultatis medicae dehinc expetent, et individua, quae in hac arte praeprimis excellunt, sibi candidari facient; in arbitrio attamen earundem iurisdictionum porro quoque situm esto, an ex his candidatis aliquem, vel in alia Universitate graduatum, in quo maiorem fiduciam collocant, praeeligere velint, quemadmodum idcirco eaedem iurisdictiones instructae habentur.

Professor praxeos medicae, qui observationes medico-practicas relate ad morbos in diversis Hungariae partibus, pro diversitate climatis occurrentes, se editurum pollicitus est, ad admaturandum hocce publico perquam utile opus exstimuletur.

Idem fieri oportet respectu Physiologiae Professoris, qui vastissima Hallerii Physiologiae elementa se compendiasse retulit.

Facultas medica moneatur, ut in approbandis Doctoribus cum omni rigore procedat.

Eidem Facultati visitatio Pharmacopaeae in loco, ubi existit, et quidem absque concursu cuiuspiam e Magistratu civico individui competit, cum concursus iste neque Viennae usu veniat, neque vero eo ex capite necessarius sit, quod individuum eiusmodi senatoriale, velut artis medicae ignarum, nulli in huiusmodi visitationibus usui esse possit.

Et quia in nosocomio medico chirurgico-practico, quod nosocomio civitatis Pestiensis coniunctum erit, ad demonstrandam medicinae studiosis vim et effectum medicamentorum, talia quoque pharmaca praescribi oportet, quae maioris pretii sunt, 5000 flor. e fundo studiorum civitatis xenodochio pro indemnisatione quotannis pendentur. revidendisque rationibus eiusdem nosocomii ipsi etiam Professores praxeos medicae et Chirurgiae aderunt, easdem subscribent, ut per id certitudo obtineatur, medicamenta praescripta in usum aegrotorum, qui in nosocomio practico curabuntur, conversa fuisse.

Hortum botanicum et scholam veterinariam in uno, eodemque loco esse oportebit: curandum igitur praeprimis est, ut aptus ad haec locus physicus Pestini reperiatur, qui forsan in horto monasterii alicuius sublati, aut adhuc abolendi reperiri poterit, quosuper praelibatus Senatus, quo celerius informationem isthuc submittet. Professore Wolfstein fine exquirendi pro schola veterinaria idonei loci Pestinum propediem abscessuro.

Alexandro Tolnay caussa continuandi studii artis veterinariae stipendium petenti, eidem stipendium cum fl. 200 ad unum annum addictum habetur.

Professor oeconomiae Ludovicus Mitterpacher, qui pluribus annis Viennae in Collegio Theresiano cum publica adprobatione studium Physicae tractavit, et vastam physicarum rerum notitiam sibi comparavit, ad compilandum librum scholasticum pro Physica in compendio ea potissimum, quae ex novissimis inventis, et experimentis ad usum adplicatis habentur, referentem, nomine regio exstimulandus erit.

Reflexe ad priores dispositiones benigne praecipit summefata Sua Maiestas, ut videlicet cum Comitatuum, Civitatum, et Districtuum separatas portas habentium Physicis et Geometris accuratae quoad obiecta studio historiae naturalis subservientia correspondentiae foveantur, in qualibet Academia, et Gymnasio eiusmodi naturalium collectiones fiant, inque ordinem systematicum redigantur, duplicata autem ab Universitate ad nunc dictas Academias, aut Gymnasia transponantur, et de progressu horum de tempore in tempus relationes isthuc submittantur.

Professori rei numismaticae, et antiquariae commendandum, ut librum pro tradendis disciplinis necessarium compilare ocyus satagat.

Professor aestheticae eloquentiam una profanam, quemadmodum Viennae fit, dehinc tradat.

Exigua cum furnis officina pro chimicis operationibus usui Professorum historiae naturalis et physices experimentalis necessaria exstruatur, et sumtus pro huiusmodi operationibus necessarii de tempore in tempus assignabuntur.

Armaria pro museis physicae experimentalis, et mechanicae necessaria post translationem Universitatis Pestinum sumtibus fundi studiorum curanda, et superinde ratiocinium reddendum, ac in iisdem armariis dein instrumenta physica, et mechanica debito ordine collocanda.

Hortum oeconomicum cum botanico uniri vult Sacratissima Sua Maiestas. Professor igitur Winterl in concursu Professoris oeconomiae, et Professoris historiae naturalis expendet: an hortus Franciscanorum recentius restrictorum pro hoc usu deservire possit, et si scopo designato non reperiretur aptus, alibi exquirendus, eiusdemque pretium indicandum erit.

Publicatis per regnum normalibus dispositionibus, ne videlicet ullus ad officium iurati Geometrae, quin authenticis de facto tentamine, et comprobata omnium requisitarum ad idem officium disciplinarum sufficienti notitia, prompta item practica operatione testimonio provisus sit, suscipiatur, stricte insistendum erit.

A Professore sublimioris matheseos adplicatae super resolutis pro variis studii huius necessariis sumtibus rationes isthuc submittendae exigentur; porro pro futuro requisiti eiusmodi sumtus conformiter ad peculiares necessitates in specifico legitimabuntur.

Cum oeconomia rustica per unum duntaxat Professorem pertractari, et per hunc elementa quoque oeconomiae rusticae doceri possint, alter oeconomiae rusticae Professor necessarius haud est.

Libri, qui in advolutis originalibus catalogis continentur, et in Bibliotheca Universitatis desunt, ex Bibliothecis abolitae societatis collegiorum, et residentiarum ad Universitatis Bibliothecam sumtibus fundi studiorum, quo celerius transponantur; quare praelibatus Senatus negotium Bibliothecariis daturus est, quo inspectis, et expensis ab hinc communicatis particularibus librorum catalogis praescitos libros specifice denotent.

Libri autem Facultatem theologicam, et ius canonicum respicientes, ex Bibliothecis abolitae Societatis collegiorum et residentiarum, primo, quo fieri poterit, tempore pro instruenda ad rationem Seminarii generalis Posoniensis Bibliotheca Posonium transponantur.

Ad haec Personali Bibliothecae Universitatis iniungatur, ut ex praehabitis catalogis ulteriorem universorum librorum repartitionem faciat, qui in quavis Academia, et Gymnasio, aut relinquendi, aut aliunde eo transferendi sint, ut ita demum tertius catalogus eorum duplicatorum, qui tam in Universitatis Bibliotheca, quam et alibi praeexistunt, confici possit, qui labor omnimode admaturandus erit.

Cum ob defectum periti sculptoris editio librorum in typographia Universitatis adhaerere, et idcirco urbs Viennensis in subsidium vocari debeat; praelibatus Senatus se, habita etiam cum Professore Schmutzer correspondentia, de idoneo sculptore informabit, et audito quoque typographiae Directore idonea subiecta proponet.

Catecheta ad scholam normalem Budensem constituatur, et cum magister quoque Calligraphiae illi desit, qui in omnibus classibns calligraphiam docere debet, hic

quoque defectus mox suppleatur, scholae eaedem necessaria supellectili, et in quantum adhuc aliquid desideraretur, indilate provideantur.

Cassa sic dicta extraordinaria penitus aboletur, ut autem de die in diem obvenientes parvae expensae exsolvi queant, Rectori de tempore in tempus 1000 fl. summa erga obligationem desuper rationes reddendi assignetur.

Praelibatus Senatus reflectendo ad aes illud, quod ultra fixas erogationes ex fundo pro Universitate per Diploma collato remansurum est, necessitates item extraordinarias, et diversas eiusmodi Universitatis instructiones, auditis concernentibus Facultatibus praeliminare systema erogationum elaborabit, et isthuc submittet.

Pedellus, qui alioquin in aedibus Universitatis habitare debet, et salario 230 fl. potitur, dehinc inspectoris quoque munus gerere debet, unde sequitur, Pedellum semper talem deligendum esse, qui ratiocinii gnarus, et in procurandis aedibus, atque aliis oeconomicis rebus versatus sit.

Fundus pensionum pro providendis Professoribus, eorumque viduabus, et orphanis cum annua 8000 fl. summa e fundo literario emensa clementer stabilitur, neque opus aut consultum est, eundem falcidia salariorum Professoribus emensorum augere, Cassa autem per Facultatem medicam a taxis conflata, eiusdem Facultatis dispositioni, et arbitrio plene relinquenda est.

Quoad haec Officia inspectoris aedificiorum, et Pedelli Universitatis coniuncta fuerint, mediastini Universitatis in iis, quae ad horum respectivam providentiam pertinent, debitam subordinationem observare teneantur, et cum museorum diversorum famuli constituti sint, concernentes Facultates super eo audientur, an non expediet eosdem famulos ex opificibus, quorum usus in armariis conficiendis, variisque machinis reparandis, et adpromptandis haberi posset? deligere.

Rationes Camerae Regiae Hungarico-Aulicae in vicina Civitate Budensi sedes fixurae exhibebuntur, quae illas per subordinatam sibi officinam rationariam censurari faciet.

Professores, qui e clero sunt, post plurium annorum praeclaram doctionem, accomodationem sui ad praebendas canonicales sperare possunt, seculares autem augmenta salariorum, aut aliis etiam promotionibus nonnunquam recompensabitur, Religiosi denique, qui nullum e fundo literario salarium tollunt, sed sumptibus religiosi ordinis, cui procuratio Gymnasiorum concredita est, intertenentur, post decennalem 25, post quindecennalem 50, post 25 annorum autem, et ultra doctionem cum publici satisfactione exantlatam 100 fl. annuam remunerationem usque diem obitus continuandam obtinebunt.

Professoribus ad haec, si ordinarias suas praelectiones solertes peragant, integrum sit, in nonnullis accessoriis scientiis, quae publice haud traduntur, extraordinaria collegia erga moderatum honorarium praelegere, et hoc modo quampiam utilitatis accessionem sibi facere.

Repetentes theologiae, quorum hactenus tres erant, ob generalium Seminariorum institutionem, ubi perampla semet in studiis theologicis excolendi suppetet occasio, cessent.

Stipendium repetentis Facultatis iuridicae 200 fl. in tres partes dividatur, et inter tres, absolutis cum eminentia studiis, gradum suscepturos ita distribuatur, ut primo 80, secundo 70, tertio demum 50 fl. pro subsidio taxarum ad obtinendum gradum necessarium cedant, e quibus semper suppetent idonea subiecta, quae emergente vacantia ad cathedras quoque iuridicas applicari possint, et donec accomodationis eorundem occasio enata fuerit, per correpetiones uberius se formare valebunt: ut autem provehendo studio iuridico quam maxime consulatur, nemo ad examen pro Advocati officio admittatur, nisi edocuerit, se rigorosum examen coram Facultate iuridica subivisse, et superinde primae classis Testimoniales obtinuisse, ut hac ratione causarum Advocati ad coniungendam cum praxi theoriam adstringantur.

Unum cessans theologiae repetentis stipendium ad Facultatem medicam transferatur, et inter pauperes duos medicinae, et totidem chirurgiae eminentes studiosos pro adiuvamine suscipiendi gradus distribuatur, cum Facultas medica unico duntaxat 200 fl. stipendio sit provisa, quod inter duos assistentes practicae medicinae, et chirurgiae, nec non duos alios praeclarissimos medicinae studiosos divisum est.

Repetentes Philosophiae, quorum numero quinque sunt, absoluto repetitionis cursu facile aliorsum accommodationis defectu abscedere possunt, ac ob id rarius ad providendas publicas cathedras adplicari valent. Hi igitur, donec aliqua cathedra vacet, detineri, interea vero in variis Philosophiae disciplinis excoli, adiunctorumque officia gerere debent, ita quidem: ut unus Professori Physicae experimentalis, alter Professori Historiae naturalis, et oeconomiae rusticae, tertius Professori matheseos adplicatae, quintus denique Bibliothecario, aut Professori Historiarum cum excolendo studio historico, ac horum subsidiis, utpote Diplomatica, Sphragistica, Heraldica, re numaria, et antiquitatibus, quo nempe quisque naturae genio maxime fertur, adiungantur, ac Professores quacunque demum ratione impeditos suppleant; qua ratione non modo salarium extraordinarii Professoris suapte abrogandi cessat, sed et cathedrae in studio philosophico, dum harum aliquas vacare contigerit, lectissimis Professoribus, a probis moribus, praeclara doctrina, et praestanti methodo docendi apprime notis provideri valebunt.

Cum eruditissimi quique libri, qui potissimum novissima in variis disciplinis inventa continent, linguis externis, uti Germanica, Gallica, Italica, et Anglica scripti sint, ii cumprimis, qui ad Professorum munia olim obeunda adplicandi sunt, in linguis praeattactis, potissimum autem Germanica semet excolant, necesse est, ipsique Professores harum lingvarum ignari, ad illas, quantum saltem ad intelligendos probos auctores necessum est, condiscendas exstimulentur, et in consequendis ordinariis cathedris exterarum linguarum notitiam habentibus caeteris paribus praelatio detur.

Qui stipendium accipit, et alioquin super absolutis studiis calculo primae classis cum eminentia provisus semper esse debet, Germanicae linguae, aut iam gnarus sit, aut casu in opposito se obstringere teneatur, quod eidem addiscendae mox operam navare, et evoluto omni semestri periculum super assecuto hoc in idiomate profectu facere velit.

Cum referatur, complures dari apud Universitatem Budensem, cumprimis in Facultate medica, et philosophica Professores, qui exteras Universitates visitarunt, iidem

exstimulandi erunt, ut nonnullas cum eruditis correspondentias foveant, ac Societati literariae fundaudae initium quodpiam faciant.

Octo Stipendia pro humanioribus disciplinis excolendis clementer resoluta inter octo archi-gymnasia ea ratione distribui clementer annuimus, ut illic huiusmodi ad cathedras humaniores, et Grammaticas candidati, Professorum extraordinariorum munere fungautur, se in studiis humanioribus, et lingua graeca assiduo excolant, ac sub directione Gymnasii Directoris ad Professorum munia rite excolantur, emergente in Gymnasiis cathedrae vacantia magno reipublicae commodo substituendi.

In ipso quoque Hungariae regno, provinciisque adnexis multae dantur abditae naturae divitiae, quae per eruditorum virorum peregrinationes, atque instituta varia experimenta cum magno patriae commodo, et non minori apud exteros nominis existimatione sensim detegi, et in usum publicum converti possent: nonnunquam igitur delecti Professores, uti Botaniae, Historiae naturalis, Oeconomiae, Physicae item experimentalis cum suis adiunctis ad varias regni partes sumptibus publicis exmittantur, atque ea dein, quae invenerint, aut collegerint, eruditis suis Dissertationibus in typographia Universitatis sumtibus perinde publicis excudendis illustrare teneantur. Praelibatus itaque Senatus regius ad effectum huius systematis circa eiusmodi peregrinationes qualiter instituendas, et connexos itinerarios sumtus planum elaborabit, horsumque cumprimum submittet.

Districtim praecipit Sua Maiestas Sacratissima, ne aliae feriae, quam quae in systemate literario admissae sunt, quocunque sub praetextu concedantur, qui defectus ex laxitate Directorum irrepsisse compertus est.

In certis disciplinis communia systemata, uti in iure canonico, rite observari vult summefata Sua Maiestas, in disciplinis nihilominus magis indifferentibus aliqua Professoribus libertas dicendi, et scribendi admittatur, iidem ad edendas suas praelectiones animentur, neque ad praescriptos scholasticos libros anxie ligentur.

Cum autem ex alio intimato ad praelibatum Senatum sub 18 Maii anni currentis expedito eidem iam innotuerit, quantopere summefatae Suae Maiestati sit cordi, usum linguae germanicae in regno Hungariae, quo fieri licet, ocyus communem reddere, statuit eadem summefata Maiestas:

Ut ex nunc pro Scholis trivialibus linguae germanicae ignarus ludi Magister neutiquam amplius suscipiatur.

Ut proinde Iuventuti hungaricae amplior suppetat occassio linguam hanc condiscendi, Fidelitates Vestrae auditis audiendis loca physisa quo celerius proponent, in quibus adhuc scholae principales introducendae essent, et quibus sumtibus, etiam fundi studiorum, si aliunde subsidia obtineri nequirent.

Cum Commissarius regius caetera inter, ab eodem causa amplius promovendae rei literariae provide suppeditata adminicula, hoc etiam proposuerit, ut nonnulli ex illis repetentibus, adiunctis, extraordinariis, sed et iunioribus ordinariis Professoribus ad visitandas externas Universitates, Bibliothecas, ineundam item cum viris eruditis notitiam, sumtibus publicis exmittantur, eatenusque specificum proiectum, quomodo nimirum tales, et quibus sumtibus ad exteras provincias emitti? qualiter ibidem versari? quae Diaria vel rationes conficere? et de tempore in tempus submittere obligarentur? se

exhibiturum spoponderit, illud Fidelitates Vestrae ab eodem expetent, cum opinione sua isthuc repraesentandum.

In Gymnasiis post elapsum triennium lingua latina solum mediante germanica doceatur.

Ad munus Professoris Universitatis nonnisi tales admoveantur, qui linguam germanicam ita callent, ut ex nunc iam in collegiis privatis saltem Iuventutem medio huius linguae instruere valeant.

Quamvis pro Theologiae Professoribus lingua germanica minus necessaria esse videatur, attamen pro regula generali tenendum erit, ut deinceps in conferendis his etiam cathedris, nonnisi illorum, qui linguae germanicae gnari sunt, ratio habeatur, uti etiam

Ad providenda officia publica ii duntaxat admoveantur, qui linguae germanicae gnari sunt.

Experientia testatum reddidit, ignobilis conditionis Iuvenes causa sectandi otii scholas latinas frequentiori numero, nullo aut exiguo fructu adire, hacque ratione agriculturae, opificiis, et quaestui necessaria, ac idonea subiecta decedere: ut proinde huic malo oportune, ac efficaciter occurratur, clementer decrevit Sacratissima Sua Maiestas, ut ex colonicalis, seu agrestis conditionis Iuvenibus infra primam classem cum eminentia, ex civilis conditionis Iuvenibus vero infra secundam classem nullus ad Scholas latinas, aut earundem prosecutionem admittatur.

Ut in Seminariis generalibus doctrina pastoralis et idiomate latino, et germanico praelegatur, huncque in finem pro hic et nunc duplex constituatur Professor.

Quam proinde in praemissis punctis subsistentem benignam resolutionem, et ordinationem Caesareo-Regiam, caeteroquin suis locis, in quantum necesse esse visum fuerat, sub hodierno abhinc intimatam, et respective Camerae Regiae Hungarico-Aulicae insinuatam praelibato quoque Senatui partim pro sua, et eorum, quorum interest, notitia, et directione, partim vero pro effectuatione praescribendam esse duxit Consilium hoc Locumtenentiale Regium. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali Hungarico Posonii die 11a Iunii 1784. celebrato.

Produxit Mart. Georg. Kovachich in Merkur von Ungarn. A. 1786. tom. I.

## Nro XIV.

### c) *Ne Professores praescriptos Auctores Germanicos praelegere debeant, indulgetur.*

Inclyte Senatus! Erga Literas Inclyti huius Senatus de dato 24. Septembris anni huius submissas, abhinc vero subinde altissimo Loco demisse repraesentatas, benigne rescribere dignata est Sacratissima Sua Maiestas: nullam subesse reflexionem, quominus Professores Universitatis Ioannes Horváth, Ludovicus Mitterpacher et Andreas Dugonics ex Libris, et respective Manuscriptis, quae proponunt, Praelectiones suas facere possint.

Quod ipsum praelibato Senatui pro inviatione antelatorum Professorum notum reddit Consilium hoc Locumtenentiale Regium. Datum ex Consilio Regio Locum-

tenentiali Hungarico Budae, die 22a Novembris 1784. celebrato. Ad officia parat. C. Christophorus Niczky m.p. Franciscus Skerlecz m.p, Michaël Preszeker m.p.

Ex ipso originali, 26,601.

## Nro XV.

*Epistola, qua Iosephus de Ürmény, Praeses, Senatum Academicum ad relationem faciendam provocaverat, haec erat:*

Inclyte Magistratus Academice!

Ut in gerendo officio Praesidis amplissimae huius Universitatis Regiae illi fiduciae, quam Sua Maiestas Sacratissima in me collocare dignabatur, plene respondere valeam, cumprimis necessarium est, ut actualem eius statum, progressum item Scientiarum, aut quae hunc morantur, impedimenta, pro his demum removendis conducentia adminicula, intimius cognoscam.

Quare velit 1. Magistratus Academicus ante omnia sequentia mihi exhibere:

*a*) Actualem statum personalem et salarialem omnium ad Universitatem spectantium individuorum.

*b*) Consignationem omnium aedificiorum, museorum, et variorum institutorum publicorum ad eadem pertinentium, fine peragendae per me localis inspectionis.

e) Elenchum diversarum Instructionum, et ordinationum normalium tam I. Magistratui Academico in corpore, quam et singulis Scientiarum Facultatibus nec non variorum Institutorum publicorum, bibliothecae, museorum, horti botanici, turris astronomicae, et id genus aliorum Directoribus et Curatoribus hucdum praescriptorum et actu vigentium.

*d*) Singulorum DD. Professorum publicorum de progressu Scientiarum, quas tradunt, profectu discipulorum, de libris scholasticis, an et quales praescriptos habeant, de impedimentis, quae nefors optatum progressum illorum et profectum discipulorum morantur, quae denique adminicula tam pro tollendis his obstaculis, quam pro promovendo flore huius Universitatis, et inde dimanatura publica utilitate adhibenda et procuranda esse existiment; informationes, et opiniones circumstantialiter deductas, adiectis opinionibus ipsarum etiam Facultatum, in quarum consessu illae praevie referendae erunt.

*e*) Similes informationes et opiniones praementionatorum quoque Directorum et Curatorum variorum institutorum ad Universitatem pertinentium ad eundem scopum.

*f*) Si seu Magistratus Academicus in corpore, seu quodcunque singulare etiam Universitatis Individuum, nonnullas peculiares reflexiones fundatas ultra etiam specificatam de Scientia, quam tradit, desideratam informationem circa progressum reliquarum etiam Scientiarum in Universitate, impedimenta, et adminicula, haberet, illas quoque speciatim mihi referre poterit, gratissimoque animo suscipiam.

*g*) Cum autem omnino literaria instituta educationem iuventutis in spes patriae pro principali scopo haberent, intersit proinde plurimum, ut eadem iuventus purae Religionis, et genuinis Christianae moralitatis Principiis imbuatur, character vero eiusdem

ita efformetur, ut ex praesenti educatione Sua Maiestas Sacratissima fideles subditos, patria vero bonos, literatos, et publicam utilitatem quibusvis privatis studiis anteponentes cives quam numerosissimos consequatur: ideo etiam I. Magistratus Academicus, quam et Exhortator singulique Professores publici, si quas eatenus, quo videlicet loco educatio Iuventutis in Religione moribus et Spiritu patriotico sita sit, quaeve progressum hunc impediant, aut adminicula opportuna esse existiment, reflexiones et opiniones depromendas haberent, illos mihi aeque exhibere velint. Denique

*h*) Cum scire etiam intersit, qua ratione res oeconomica Universitatis, in quantum videlicet res aeraria curae eiusdem concredita est, administretur, ideo huius obiecti circumstantialem informationem et opinionem depromere non intermittat.

Acceptis praemissis relationibus, et depromtis eatenus opinionibus per me uberius combinatis; non morabor ea praemissa mutua concertatione inire consilia, suisque locis pro re nata facere repraesentationes, quae rectae iuventutis educationis et in literis institutionis promovendaeque amplissimae huius Universitatis celebritatis scopo apprime deserviant, pleneque confido me, per I. Magistratum Academicum, et Dominos publicos Professores, Institutorumque variorum Curatores, quorum integritas, fides, et promovendae publicae utilitatis Studium mihi perspecta sunt, omni cum contentione virium in exequendis salutaribus institutionibus adiutum iri. Pestini die 4ta Ianuarii 1809. Iosephus de Ürmény m.p.

E copia authentica.

## Nro XVI.

*Iusta Exequiarum Solennia Josepho de Ürmény etc. a Regia Literarum Universitate Ungarica persoluta. Parentante Ludovico Schedius etc. Pestini XI. ante Calendas Septembris M.DCCCXXV.*

Viri omnium Ordinum Spectatissimi, suis quisque Nominibus et Honoribus Condecorandi! Iuvenes Lectissimi, Auditores Moestissimi!

Feralem sextam ante Iunias Idus noctem, quae nobis vulnus, fucatis neutiquam medicabile venenis, inflixit, haud exigua iam subsequentium dierum intercapedine semotam quidem cernimus: doloris tamen levamentum, quod secus temporis longinquitas animis solatium anquirentibus adferre solet, nequaquam persentiscimus. Tacitus nempe continuo vivet sub pectore sensus roboris succisi, vigoris exemti, decoris ablati! Eripuit enim funesta illius diei vespera virum generis nobilitate Spectatissimum, rerum gestarum et meritorum gloria Illustrissimum, virtute ac omni laudis specie Excellentissimum, Josephum de Ürmény, insignis Ord. S. Stephani Regis Ung. Apost. Equitem Magnae Crucis ornatu decorum, Augustissimo Austriae Imp. ac Regi Ung. a Penetralibus Aulae, es Intimis Consiliis, ad Sanctiores Consultationes Status Ministrum, Provinciae Albensis supremum Moderatorem, Regiae huius literarum Universitatis Ung. Praesidem. Eripuit patriae civem ornatissimum, qui a curarum ad negocia publica conversarum primordiis ad extremum usque animae halitum totus illi vixerat; qui sapientis-

simis regibus, in partes officiorum publicorum vocatus, sincero pioque religionis ardore, intemerata fide, Consiliorum sagacitate, agendi dexteritate probatus, dubiis ac difficillimis rei nostrae publicae temporibus providus et constans innocentiae, veritatisque defensor, concordiae ac tranquilitatis sospitator, iurium, quae nemini nata negabat, intrepidus vindex inclaruerat.

Quis desiderio sit rubor, aut modus
Tam cari Capitis? —
Cui pudor et iustitiae soror,
Incorrupta fides, nudaque veritas
Quando ullum invenient parem? —
Multis ille bonis flebilis occidit!

Lugent virum incomparabilem omnes, qui non ignorant, quam partem in legibus salutaribus condendis habuerit, quibus complura Regni Comitia aevo nostro celebrata merito gloriantur! Lugent omnes, quorum memoriae non excidit, qua religione curaque, summis magistratibus ac muneribus perfunctus in legibus exequendis et negotiis quibusvis peragendis versatus fuerit! Luget praereptum sibi dulcem coniugem dignissima vitae consors! Luget inclyta domus columinis firmissimi ruinam! Luget ipse Genius Ungariae tutelaris, Princeps benignissimus J o s e p h u s, R e g n i P a l a t i n u s, viduae morienti solatia gratiae plenissima, eademque veri doloris documenta praebens:

Multis ille bonis flebilis occidit!
Nulli flebilior quam Tibi,

moesta Musarum nostrarum cohors, generosa domesticorum ingeniorum altrix, Regia haec Literarum Universitas!

Amisisti enim veri nominis Moecenatem, O! et Praesidium, et dulce Decus Tuum! Amisisti fautorem incredibili benevolentia addictum, qui et ipse doctrinarum studiis insigniter excultus, propitia fortuna dexterrime utens, auctoritate ac voluntate pientissimae Principis Augustae M a r i a e T h e r e s i a e fultus, literas artesque bonas e tenebris, quibus opertae diu latebant, in lucem et dignitatem vindicans, easdem, quod Socrates Philosophiae praestitisse dicitur, in vitam communem induxit, iisque agendi, ac nobilissimos fructus proferendi vias aperuit.

Enimvero haec ipsa beneficiorum, quibus nos cumulaverat, meritorumque in literas patrias immortalium memoria, nobis adferre potest solatia longe plurima, dum artium bonarum, doctrinarumque incremento hoc auctore procurata animo revolvimus, conditionis pristinae humilis literatorum e squallore, contemtuque ad laetiorem sortem evectae conscientiam revocamus, ad vitae cultus, prosperitatisque publicae augmenta, hoc fonte manantia, animum advertimus; unde splendidissima, aereque magis perennia gloriae monumenta consurgere videmus Viro, cuius virtutem sublatam ex oculis quaerimus invidi! Atque haec sane eo magis solennem exigunt commemorationem, quo minus splendoris externi continent, qui hebetes excitet, atque intentos reddat oculos, quo itaque magis abdita et operta vulgi adspectum effugiunt. Nos igitur, quorum est, haec adyta intueri atque curare, nos, inquam, decet in iustis solennibus Praesidi aeternum venerando condigna ratione persolvendis, palam facere ea, quae nominis eius gloriam prae-

ceteris gratae posteritati commendare atque immortalitati consecrare, memoriam rerum maximarum, quibus interna gentis nostrae vita refulget, conservare pectoribus denique nostris solatia instillare valeant efficacissima.

Quae dum nomine ac iussu vestro, rector Magnifice atque Inclyte Senatus Academice, ceterique Collegae honoratissimi Regiae huius literarum Universitatis, interpretem communis nostri sensus luctuosissimi acturus edicere conabor, sustinete me, tanto operi imparem, humanitate et auctoritate vestra, atque adeste supremo huic in illum officio, qui vos universos perpetuae gratiae et caritatis vinculo complexus, plurimi semper fecit, atque amavit, qui nos omnes privatis publicisque benevolentiae testimoniis ornavit: neque amplius quid iam desideretis, quam quod a moesto turbatoque ingenio in tam magna, ac recenti aegritudine praestari possit.

Quemadmodum omne officium, munusque sapientiae in hominis cultu ac perfectione occupatum esse, cum M. T. Cicerone (De finibus IV. 36. c. 14.) existimamus: ita in hac perfectione quaerenda neutram, neque animi, neque corporis, partem vacuam tutela relinqui posse iudicamus. Indolem tamen utriusque, spiritus videlicet et materiae, quilibet mortalium in se ipso adeo disparem atque adversam experitur, ut quo altera feratur, eo tendere plerumque recuset altera, surripiat haec, quod illa propinet, quod efficere valeat una, in eo impotens labatur altera. Ex quo intestino bello exitiabili, cui naturam hominis obnoxiam cernimus, ex qua lucta carnis et Spiritus, quam sacrae paginae notant, et in qua materiae potissimum victoria cedit, nil nisi perturbatio, inconstantia, et temeritas consequatur, necesse est; inde feritas atque immanitas morum, proclivitas ad vitia et scelera, omnis denique vitae humanae imperfectio et calamitas originem trahit. Hac autem pectoris intemperie ac seditione sublata non modo cunctarum virium e mutua consensione augescit potestas atque efficacia, sed interna etiam tranquillitas, facilis promtusque omnium rerum usus prosperrimum vitae cursum praestat. Talem vero naturae humanae ad conflictum pronae consensionem, sane omnibus expetendam, haud secus obtineri posse, certum est, quam vitae humanae cultura, et perfectione, cuius parandae munus et officium sapientiae creditum esse diximus, quae cum singulas vires et facultates, hominibus coelesti munere concessas, pro sua quamque indole ac lege promit, expolit, atque colit, tum universas ad eundem finem communem animi ratione atque intelligentia definitum, mutua ope consequendum dirigit atque perducit.

Animi et mentis facultatem igitur ante omnia perficiendam esse liquet, quo et sagacitatem aciemque ad ceteras vires regendas idoneam consequatur, et constantiam, atque robur ad auctoritatem imperii in eas sustinendam sufficiens obtineat, et benevolentiam ac pietatem, ad obsequii promtitudinem ab iis impetrandam, adipiscatur.

Unde vero ad haec, ut oportet, paranda firmior, non dicam, spes, verum fides, opis adferri potest, quam a literarum et doctrinarum admimiculis, quae cunctae, atque solae omnino praestantiorem naturae nostrae partem contingunt, cuius ante omnia perficiendae severa necessitas sapientissimo cuique in confessum venit?

Quo nomine igitur, quaeso, venerari oportebit E u m, qui repagulis, quae diffundendo per universam patriam cognitionum lumini obsistebant, ruptis, ad omnes literarum fontes accessum viamque munivit? Nonne I d e m viris de gente nostra optime meritis, nonne Numinibus patriae beneficentissimis accensendus erit?

Talem vero maxime omnium se comprobavit Josephus de Ürmény, non gloriosis favorum in literatos derivandorum pollicitationibus, quae plerumque irritae linquuntur; non ambitiosa laudum ab ardelionibus et parasitis in patronos suos profundi solitarum aucupatione, quae ab ingenua viri gravissimi modestia longe abfuit; non sordidis munusculis et donariis, ad Maecenatis axioma, viliaque encomia redimenda destinatis, quam agendi rationem sancta morum simplicitas Viri Excellentissimi prorsus respuebat; — verum talem se vixisse ostendit factis praeclaris, atque illustribus monumentorum documentis; consiliorum solidae omnium rerum cognitioni et scientiae inter omnes cives suos propagandae aptorum magnitudine ac sapientia; summa ingenii contentione laboreque in his exequendis indefesso.

At vero quod haec tanta, tam grandia, excelsaque rerum molimina et animo concipere, et ad felicem exitum usque deducere licebat viro laudatissimo, id quidem praecipue mentis praeclara indoles, ingeniique vis, literarum studiis ab ineunte aetate assiduis exculta, doctrinarumque copiis aucta et exornata perfecit. Nam quid, obsecro, animus rudis et neglectus, quid mens cognitionum rerumque vacua praeclari cogitare, vel in bonum commune consulere posset? Permultos quidem audire licet, qui opibus, potentia, nataliumque splendore, etiam absque doctrina facilius omnia obtineri, pararique posse, fidenter affirment; neque desunt, qui, truncato doctissimi Tullii dicto suam imperitiam velantes, asserant, saepius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. Obvia sunt eorum exempla, qui studiorum assiduitatem, eruditionisque laudem inopes tantum, ut vitae alimenta mereantur, docere, naso adunco clament, divites, aut meliore loco natos, ut aiunt, tali cura molesta haud affligi oportere. At vero longe sapientius iudicavit Is, cuius memoria nobis in hac re quoque perenni exemplo ac solatio est. Josephus de Ürmény quippe a teneris, pro singulari benignitate naturae, ac vivacitate ingenii., summo ardore literarum disciplinas amplexus fuit, quibus et animi vires exerceret, acueret, ad rectum usum dirigeret, et mentem uberrimis rerum ac doctrinarum copiis, ad omnem vitae cultum necessariis, quantum per illius temporis modum rationemque licebat, instrueret. Ager hic natura ferax, vere novo, diligenti consitus cura, reliquae vitae proventum denunciabat uberrimum. Perbene memini, Viro Excellentissimo saepe iucundam omnino accidisse recordationem eorum, quae a se puero percepta, vulgi iudicio nullam pro vita communi fructum habitura videbantur; veluti fuit graecae linguae graecorumque scriptorum notitia, quam non primis tantum labiis eum degustasse, recitati frequenter e memoria permulti versus Homeri testatum fecerant. Nequaquam tamen haec seu supervacua seu nociva plane putabat; quam potius sicut alia cuncta iusto tempore rectaque ratione tractata ad omnigenam animi exercitationem et utilissimam occupationem, ad intelligentiae subtilitatem, et alacritatem acuendam ad rerum denique peritiam augendam valuisse sibi recte persvasum habebat.

Accedente igitur ad naturam adolescentis eximiam atque illustrem ratione quadam et conformatione doctrinae, non poterat non illud, quod Cicero laudat, nescio quid praeclarum ac singulare existere. Quo factum est, vt peracto industria singulari ac solertia scholarum curriculo; non, quod plerumque fit, literas abiiceret, doctrinarumque studia procul amandaret, sed viam earum beneficam expertus, easdem iusto appenderit

pretio amoreque continuo diligenter foveret. Quibus adminiculis non modo supra vulgus meritorium sese attolens, sua sublimabat consilia, exhilarabat tempora, ignorantiae nubila dispellebat, animi nobilitatem, humanitatemque admirandam firmabat, ac tuebatur; sed, quae culturae unaque humanitatis propria laus est, eadem emolumenta et beneficia in alios quoque quam plurimos derivare omni conatu adlaborabat. Praeclaram hanc et singularem indolem Josephi de Ürmény, pluribus publicis muneribus iam egregie perfuncti, cognoscens Augusta Maria Theresia Princeps sapientissima, pari voluntate gentem Ungariae sibi caram complexa, desiderio legis LXIV. anni M.DCCXXIII. explendae flagrans, Virum fiducia Regia apprime dignum, in consilia partemque curarum gravissimarum ad excelsum Dicasterium aulicum Vindobonam evocavit. Atque hic primum lustrandae, augendaeque literarum Universitatis Tirnaviensis, quae ad institutum Societatis Jesu adhuc pertinebat, provinciam sibi delatam, dein vero, abolita non multo postea Societate, negocium ordinem educationis institutionisque publicae in Ungaria sibi commissum intelligens, patentissimum patriae carissimae benefaciendi campum sibi aperiri videbat, quem alacri atque indefesso ingenii cursu, constantique industria emensus ita est, ut cuncta fere Eius consilia in hanc rem proposita et subministrata Divae Imperatrici ac Reginae approbationem, laudemque ferrent, propriae manus Augustae scripto aeternum memorando die V. Iulii M.DCCLXXVII. publice testatam. Avebat quippe Princeps magnanima gratiae suae et amoris in gentem Ungaram, cuius eximio vigori, bellicae virtuti, atque intemeratae fidei sublimis throni sui conservationem potissimum in acceptis grata referre solebat, illud stabile ac perpetuum relinquere monumentum, ut ingenia dilecti populi ad eum, quem politissimae in Europa nationes tunc iam tenebant, culturae gradum eveheret, optabatque curis olim erepta mortalibus etiam illud persentiscere solatium, Sua solicitudine tenera, liberalitateque augusta regeneratae, atque instauratae in Ungaria literarum culturae prima, eaque solida posita esse fundamenta.

Votis talibus, Matre Patriae dignissimis, explendis Josephus de Ürmény irrequietam navavit operam, cuius fructum eximium vidit Ungaria in „Ratione educationis, totiusque rei literariae, per regnum Ungariae, et Provincias eidem adnexas“, quae Vindobonae M.DCCLXXVII. typis vulgata, complurium doctissimorum illius aevi virorum iudiciis comprobata, postmodum aliis quoque Europae Regnis in conformanda re sua literaria, pro diversa adiunctorum ratione, saepe normam et amussim praebuit.

Continuata dehinc magnae, atque immortalis memoriae Imperatricis ac Reginae cura et solicitudo Regiam literarum Universitatem e priori sede, Tyrnavia, in magis opportunum locum transferendam spectabat. Quae res pariter consiliis, ut plurimum Josephi de Ürmény acta, ita feliciter cessit, ut supremum hoc Musarum domicilium in arcem Regiam, qua Buda, Regni metropolis, gloriatur, magno totius Ungariae applausu collocatum, uberrimo vectigali ac proventu auctum, cathedris, typographia, bibliotheca, museis, aliisque institutis quam plurimis instructum, auctoritate ac robore solennis diplomatis Regii, munificentiae et voluntatis Augustae splendidissimi, aeternumque memorandi documenti, interprete Josepho de Ürmény, firmatum, in amplissimum scientiae atque doctrinarum emporium instauraretur.

Eodem tempore ceteris quoque ludis lirerariis solerti procuratione simul prospectum erat, ut uberiores in dies fructus patriae pollicerentur. Condita seminaria, doctoribus et magistris formandis idonea, instituti convictus Regii educandis adolescentibus ad munera ampliora gerenda destinatis, stipendia egentioribus, ac ope publica dignis, constituta, pluraque alia mentis vitaeque cultus incitamenta suppeditata sunt, quibus literae arctioribus antea limitibus constrictae, nunc laetius florere coeperunt. Volupe omnino fuisse debebat Eidem harum institutionum Auctori atque administro meritissimo, quod dein Ipse fassus erat, qua paulo post ad lustrandas scholas quaesitori, seu commissario Regio experiri, quo zelo Professores cunctas officii partes expleverint, quo conatu iuventus scholastica, fide in Regem, amore in patriam plenissima, progressus in literis amplissimos facere adnisa fuerit; quo fervore summi reip. viri, institutis literariis praepositi, partem facultatum suarum ad assequendum eo celeribus publicae institutionis scopum, partim Professorum, partim in discipulorum exstimulationem lubenter ultro impenderint. Ita confirmatis experientia laeta consiliis tuto hoc ad literarum vitaeque cultum provehendum tramite, feliciter incedebat Josephus de Ürmény. Vir incomparabilis, quamdiu summam imperii tenente Augusto Imperatore ac Rege Josepho II. Rei literariae procurandae provinciam in excelso Aulico Dicasterio sibi creditam habebat. Eadem principia constanti veritatis persuasione subnixa, sapienter secutus est postea quoque, dum ortimi Principis, divi Leopoldi II. gratia et communi regnicolarum fiducia in Comitiis anni M.DCCXC. lege LXVII. negocium ordinandae educationis nationalis, ac Rei literariae in patria nostra Sibi denuo delatum, magna religione, peritia ac prudentia, systemate his desideriis convenienti eleborato, ac proposito, in quantum facta erat potestas, perficere conabatur.

Postquam serius a splendida Gubernatoris utriusque Galiciae statione ad eminentem Iudicis Curiae Regiae in Ungaria dignitatem, gratia et clementia, Augusti Caesaris et Regis Francisci II. feliciter regnantis, evectus, iterum anno MDCCCVIII. ad partes rei literariae procurandae, ac praesertim ad praesidium Regiae huius Universitatis, „Sibi iam olim, dum fundationale, quod vocant, eiusdem Diploma cum veneratione subscriberet, multum amatae atque aestimatae“ accessisset, pari studio et voluntate usque animatus nihil sanctius, pensiusque habebat Vir omni laudis genere dignissimus, quam ut dura temporum tristissimorum iniquitate marcescentem literarum florem, in Ungaria pristino vigori restitueret, quo humanitatis decor, rectus vitae cultus, rei denique publicae ac privatae prosperitas laetiora caperet incrementa. Quamobrem praecipue ad id efficiendum magnopere adnitebatur, ut viri literati, praesertim doctores publici, eam dignationem, aestimationemque consequantur, quam literis, bonisque artibus, quarum tradendarum duces ac magistri constituuntur, absque gravi publicarum rerum detrimento negari haud posse putabat. In quo quidem Ipse Praeses noster excellentissimus, pro ingenita Sibi humanitate, et animi magnitudine, exemplo anteivit, certe praeclaro aliis multis, qui viros doctos, quantumvis bene meritos, vix attentione dignos censent, ne dum honore quopiam afficiendos, aut meliore loco habendos arbitrantur.

Ad haec mox a principio auspicati muneris curam, operamque omnem in id convertens, ut supremi huius Athenaei sinceram, atque ab omni parte exactam rerum

cognitionem S i b i comparet, cuncta eius instituta partesque singulas pro iudicii sui acumine et sagacitate perlustravit, S i b i q u e singillatim scripto recenseri iussit. Exiud e multa rei literariae locupletandae adminicula, variasque institutionis perficiendae rationes, cum Senatu Academico, tum singulis Doctoribus, praesertim iis, quos institutis peculiaribus praefectos esse sciebat, proposuit, de quibus matura deliberatione censentes, suas quisque opiniones uberius exponerent. Quibus dein et eximia mentis acie, qua pollebat, et religiose, ut solebat, pensitatis, ante omnia de sulliciendis in literarum commoda mutationibus certa quaedam principia definiri ac stabiliri oportere, arbitrabatur, iis, qui rem literariam superiore auctoritate procurant, postea reapse, ut sancirentur, exhibita. Quorum tamen successum adhuc, velut omnem futuri temporis exitum, caliginosa nocte premit Deus! —

Quam multa denique alia, magni omnino ad literarum florem, ad vitae cultus augmentum, et ad salutem publicam momenti, Virum Excellentissimum provido sapientique consilio instituisse, ac suscepisse novimus; haud unquam alio sensu, quam sincero in patriam civesque suos amore, impulsum, ab ostentationis et ambitionis prurigine immunem, remotum a commodi proprii studio adeo, ut per totum, quo P r a e s i d i s Universitatis munere perfunctus erat, tempus 17. annorum, salarii ullam Partem unquam recipere generose sit vereccundatus!

At vero me tempus ante deficiet, quam laudis materies a P r a e s i d i s nostri desideratissimi meritis in literarum domesticarum, vitaeque cultum inter nos augendum et perficiendum depromenda. Utinam incredibilis modestia, et verecundia V i r i, nunc iam in beatorum numero adlecti, plurima beneficia et praeclare gesta sua, tacito abdita pectore, nostrae indagini non subduxisset. Nostrum iam est, Collegae aestimatissimi, Socii laborum dulcissimi, ceterique Auditores ornatissimi, quorum pectora sacro Musarum amore percita confidimus, nostrum est, ignominiosam levitatis, et incuriae, quae maxima saepe minimi pendit, notam a nobis abstergere; nostrum est, tantarum virtutum, tantorum meritorum in praecipua parte felicitatis publicae positorum memoriam grato animi sensu recolere, pia veneratione tueri, eoque pensius continuo illustrare, quo maiora inde nobis in hoc luctu communi refulgent solatia, quo plus inde spei conspicere licet, haec talia virtutum semina rerumque gestarum principia uberrimos olim laturos esse fructus! —

## Nro XVII.

### *Sermo D. Matthiae Nitray Consiliarii Regii positis speculae fundamentis A.* 1813.

Serenissime Caesareo-Regie Princeps, Archidux et Regni Palatine!

Ne communi hoc Europae populorum statu, qui ut dubius admodum pendet, ita et quosvis solicitos tenet, Te vero Benignum Protectorem, Mediatoremque nostrum vi muneris etiam occupat, — ne inquam longo sermone morer tua tempora; hunc unum

omnium, qui in partem rei literariae vocati in hac frequenti virorum corona adstamus, tacitum mentis sensum verbis etiam patefacere iusto eorum desiderio impellor.

Post ea namque, quae Augustae Domui Tuae fidelis Patria a Te iam ut Principe Iuventutis sibi pollicita est, ut Supremo Regni Magistratu annis referre meruit beneficia, in animis omnium, quibus bonae Artes, earumque progressus cordi sunt, aere perennius benevolentiae huius perstabit monumentum, quod videlicet inter tot curas tenendae, tuendaeque nunc cumprimis ab externis periculis reipublicae, ei etiam scientiae, amplius provehendae solicitudinem Tuam impenderis, quae uti sublimitate sua paucis penitius cognita, ad utilitatem tamen et gloriam Gentis apud exteros quoque constabiliendam est accomodatissima.

Metiremur autem id vel ex Benigno Tuo, quem grati veneramur, ad hunc locum adventu, nisi omnino etiam cognitum esset, Te a Rege, Optimo, Clementissimo, et id impetrasse, ut haec Uraniae sedes Regiae Scientiarum Universitatis impendio strueretur, et quaesitis peregre instrumentis quam selectissimis instrueretur.

Quorum ut digna recordatio ad posteros quoque transmittatur, perennatura donec suum manebit pretium litteris: Digneris Serenissime Caesareo-Regie Princeps hanc Tabulam, Sublimi Tuo conspectui substratam, in fabricae huius, sublimis aeque Scientiae Caussa excitandae, fundamentis figere; ac Tuo Auspicio scrutandis Astrorum motibus dicatam aedem consecrare, nos vero tanto Nomini Dignitatique devotos porro quoque Benigne protegere. VIVAT.

## Nro XVIII.

### *Sermo Excellentissimi Praesidis Antonii Cziráki Inauguralis.*

Munus Praesidis auspicor — Regiae Scientiarum Universitatis Hungaricae, benigno Augusti Caesaris et Regis Apostolici delectu mihi collatum — cum intimo perennaturae devotionis sensu; tantoque illustrius ego esse reputo novum hoc Regiae fiduciae documentum, quanto intensior illius est in egregiam patriae sobolis educationem solicitudo, quam nemo imprimis Vestrum, Viri Clarissimi! — nemo inquam, qui Hungarico censetur nomine, ignorare potest. — Mihi quidem ardens istud Clementissimi Domini mei desiderium nec semel, nec interdum, sed continuum sane per omnem, quam publicis servitiis denovi, aetatem et frequenter, coram etiam experiri licuit, ac venerari.

Novit quippe sapientissimus Caesar Scientia, et virtute internam civitatum tranquillitatem — tanquam totidem fulcris sustentari, — studiis bonarum artium, et dulces pacis fructus retineri, et bellorum calamitates propulsari — felici divinarum, humanarumque disciplinarum incremento, incrementa simul regnorum procurari, recta igitur tenellorum civium institutione salutem imperii, nationum beatitatem contineri.

In augustorum huiusmodi Consiliorum partem vocatus a Principe, qui nunquam sibi — ast populorum suorum commodis solum, — venturaeque posteritatis incolumitati vivit, exploratissimum teneo, quanta sit suscipiendae moderationis, delatique praesidii gravitas, — quam utinam et ingenio, et doctrinarum cognitione, et ipsis adeo

corporis viribus, diuturno labore, mentisque fatigatione iam iam attritis, sat digne sustinere valeam.

Mordax haec Cura cum hocce solenni aditu ad amplissimam istam Scientiarum, atque artium sedem coniuncta, — temperat — haud diffiteor — aliquantum eam voluptatem, quam iucunda praeteritorum recordatio non potest non suavissimam in praecordiis meis excitare.

Redit nempe in memoriam aetas, bene multis abhinc annis, retro acta, dum provido patris optimi iussu pro emetiendo Universae Iurisprudentiae stadio, in Regium hoc Musarum domicilium commigravi — videor adhuc mihi videre, dilectos condam sodales, eodem mecum tempore arenam litterariam decurrentes, et eos inter non paucos conspicuis nunc honoribus ac dignitatibus exornatos; — in animo, in ipsis quasi oculis versantur Magistri et Doctores nostri, — consummata legum peritia — multiplici eruditione, et integerrimi animi existimatione venerandi. — Sunt etiamnum horum e numero, atque ut diu sint, percupimus (reliquis ad superos translatis) unus alterve superstites. — queis in arcanis sacrae Themidis omnem, si quem tuli, profectum, me debere gratus profiteor. Offerunt se porro aevum illud, hocque praecedens repetenti, imagines et ornamenta summorum virorum. — Pauli Makó, — Georgii Pray — Ioannis Baptistae Horváth, Ludovici Mitterpacher, Stephani Katona, Georgii Sigism. Lakics, Iosephi Iacobi Plenk. Venceslai Trnka, Maximiliani Chiolich, Danielis Cornides, Michaëlis Szoretics. Caroli Wagner, Georgii Stahly, Stephani Schönvisner, Martini Schwartner, Pauli Kitaibel, pluriumque, qui cum inter nos agerent, cum in hac palaestra versarentur, morum gravitate, — amplitudine doctrinae, — operum vulgatorum praestantia, copia — varietate, meritis tandem de literaria republica immortalibus non modo coetui Academico laudatissime praelucebant; verum magnam per eruditum orbem celebritatem assecuti, Hungarici nominis gloriam insigniter provexerunt.

Haec tam clara, tam splendida maiorum Vestigia — digna profecto, quae Successores premere connitantur, vos, illustres Praesides, et Doctores cunctarum facultatum Clarissimi; strenua contentione aemulari, — si a proferendis exemplis vestra verecundia retineor, quis attamen erit, qui ambigat? quando Augusti providus erga iuventutem, atque erga literas amor vos et literis, et iuventuti sapienti iudicio praefecit. —

Quamvis praeterea et illud ultro compertum habeo, Vos aliquin optima voluntate praeditos, illa quidem perspicacia, usu amplius exercita, pollere, vix ut quidpiam subiici vobis possit, quod non ipsi prius conceptum meditatumque teneretis; quaeso tamen, ut ad ea audienda, quae ex muneris mei ratione de meo, vestroque confestim dicturus sum, mihi exigui temporis attentionem concedatis.

Excelsam iuxta ac plenam laborum sortiti sumus provinciam. — In nostra etenim fide ac vigilantia progressus et existimatio supremi huius litterarii emporii, imo, totius, qua late patet, Hungariae spes, utilitates, — gloria, — potissimum conquiescunt. — A nobis Ecclesia Omnipotentis pios doctosque Antistites, et Sacerdotes, — Rex fidos negotiorum publicorum administros, tribunalia integerrimos Iudices et Causidicos, — provinciae, urbes rectores, Magistratus idoneos, — vita et sanitas civium peritos in arte saluberrima Medicos — Cathedrae Doctores eximios — patria, quo charo nomine, quae-

quae mihi chara sunt, fido pectore universa complector, — probos, — excultos, sui nunquam immemores filios, qui sub alis, sub tutela nostra excrescant, iure optimo exspectat.

Cui sublimi destinationi, — si ex animo, quemadmodum oportet, — respondere avemus, sit nobis Princeps Religionis cura. Id namque bonorum omnium consensione dudum existimatum fuit, et agnitum, divino illo coeli deposito, — veram Christi Servatoris doctrinam intelligo — non modo vitae futurae, et aeternae, sed huius quoque caducae, adeoque omnis humanae felicitatis basim ac fundamentum constabiliri. — Ad istam proinde discipulis penitus implantandam sic semper intendamus, est necesse: ut teneris impressa mentibus — nulla aliquando seculi labe afflari, nulla inde vi eripi, nullis pravorum Consiliis evelli, aut interverti queat. — Quorsum quid esse potest opportunius, quam si nostra vivendi, agendique norma iuventutem Academicam ad probitatem absque simulatione sectandam, fugam autem et horrorem vitiorum luculentis exemplis invitet. — Scilicet nihil sanctissimis legibus — nihil pulcherrimarum praedicatione virtutum proficimus, nisi illarum sanctitati mores quoque, et actiones Moderatorum fuerint conformes.

Atque istud quidem commune est nostrum omnium officium, quibus educationis cura quantacunque sui parte incumbit. — Pubem attamen litterariam nobis a Rege, — a patria — a solicito parentum amore concreditam rite, neque erronee docere; eidem praecipua elementa disciplinarum, missis ambagibus, plene, solide — perspicue, — ordinate explanare — reserare fontes, — demonstrare viam, indicare auctores aetatis omnis in scientia, quam exponitis, versatissimos, — eius necessitatem, beneficia, elegantiam vividis adumbrare coloribus, similibusquo illecebris allicere, excitare, hortari, incendere auditores ad ingenium percolendum, Verbo ita eruditionis vestrae radios illorum intellectui infigere, ut lucem secuturis adferant seculis, — istud enim vero vobis proprium est, Professores Clarissimi et vere augustum officium.

Cedo equidem, scholasticis praelectionibus nequaquam finem illum esse praestitutum neque praestitui posse: Ut iisdem tirones apicem eruditionis attingant, quod cumprimis brevitas temporis studiis designati, — dein tradendorum tum copia, tum diversitas, aetas denique ipsa Academicorum nondum matura, nondum subacta, satis impedirent. Id nihilominus non haereo e communi sapientissimorum quorumvis, itaque et vestra gravissima sententia pronunciare; evitandum esse summopere, ne in solo doctrinarum cortice adhaerescant, ne taedio capiantur, ne animos despondeant, — ne desultorie per capita disciplinarum raptati confidant, se post encyclopaedicam quamdam, et umbratilem pervagationem ipsa iam sapientiae penetralia perrupisse; aut forte metam profectus sui omnem eo absolvi arbitrentur, si quae sine ruminatione memoriae tumultuarie ingesserint.

Quis hinc, si modo velit, non abunde intelligat? quam multae et variae doctorem publicum occupationes circumveniant, quibus destinatae collegio horae nullatenus sufficiant. — Num quid? continuatam, atque assiduam diligentiam impendere debet, diurnas nocturnasque vigilias, — modo ad limandam, augendam, vel ornandam disciplinam, quam profitetur; nunc ad compendium, vel rectiorem ordinem obtinendum; pe-

ne in dies evolvendis voluminibus, indeque conquirendis ad proprium studium accessionibus, quandoque etiam pro elaborandis doctis lucubrationibus consecrandas; quo istae in lucem subinde productae literas et patriam reddant illustriorem. —

Quae si nonnihil gravia sunt, — si molesta — si salebris referta, — anne citra difficultatem admittetis, Viri eruditissimi! iuventutem Academicam firmissimis illis placidae gubernationis vehiculis: amore — fiducia — observantia regere, et inflammare? Devitare, ut haud restinguantur nobilis illius candoris, honastaeque gloriae igniculi, qui genti nostrae adeo constanter propii fuere, ut in alteram Hungarorum naturam abiisse, et ceris quodammodo maiorum accenseri videantur. — Neve unquam eveniat, — quo nihil nobis posset evenire luctuosius — ingenui pudoris iactura, a qua felix, et solida institutio tantopere dependet.

At vos cuncta haec, tametsi ardua sint, in posterum quoque pro viribus, pro dignitate, omni tempore curaturos haud temere coniicio; quin vel ex vestra in Regem et patriam fide laeto ducor, agorque augurio. — Qui vicissim in adimplendis Praesidis officiis, nil seu industriae, seu alacritatis, sive studii in vestra merita abs me unquam patiar desiderari; quo arctior deinceps non tantum negotiorum, sed etiam animi mihi vobiscum intercedet coniunctio, hoc amplius propensum meum affectum, quem hactenus quoque novistis, in vos, vestrumque collegium factis firmare, et palam reddere gestio. — Quidquid idcirca a privata mea benevolentia, vel ex auctoritate praesidii pro tutela, commodis, honoribus, et ornamentis vestris proficisci uspiam poterit, tam promptum a me, paratumque praestolaminor, quam ego Vos vestrae destinationis studiosos in bonas litteras intentos, in prosperam iuventutis educationem expeditos, atque indefessos fore dispexero. Vos Praesides, Magistratus, Professores Regii, Regiaeque huius Scientiarum Universitatis universi! mihi in isto difficili regiminis genere Consilio, opera, auxilio adesse studete, —

Restat: ut vobis, Excellentissimis, Illustrissimis, ac ceteris omnium ordinum, omnisque conditionis hospitibus, nobilissimis item Provinciis, quas in Legatis suis coram video, gratias, quantas capere possum, maximas reddam; quod hunc diem praesentia vestra multo fecistis solenniorem, — quod tantum honoris Musis impertientes, novos ardoris stimulos alumnis et antesignanis addere volueritis, tamque luculentum amicitiae et benevolentiae testimonium pro admirabili humanitate vestra mihi tribuistis.

Vos autem, Auditores Academici! quos ab hodierno die pro filiis reputo, et paterno iam sinu complector, — in quibus spem florentem dulcis patriae nostrae intueor: utamini ea vos perficiendi oportunitate, quam post eversam clade Mohacsiensi Quinque-ecclesiarum Universitatem, a Magno Ludovico primo huius nominis Hungariae Rege fundatam, sanctissimorum Archi Praesulum Strigoniensium Nicol. Oláhi, Petri Pázmani, Emer. Losi, Georgii Lippai, et aliorum Regni Procerum aeternum veneranda in natale solum pietas inter ipsas eiusdem ruinas posteris, serisque nepotibus praeparavit.

Quam Diva Maria Theresia — oh immortale, vereque svavissimae recordationis nomen! quum ante dimidium seculum celeberrimum isthoc athenaeum constitueret, regiisque diplomatis communiret; dilectae sibi genti Hungarae in perpetuum materni amoris pignus dedicavit; — quam Imperatoris Francisci pii, felicis, Augusti Regis, no-

stri omnium clementissimi providentia largitur benignissime, — vobis denique tenerrima genitorum vestrorum solicitudo libens volensque adperuit. — Suspicite, diligite antesignanos vestros, memores semper — qua solertia, — qua promtissima voluntate illi se totos vestris progressibus impendant, quamque paterno plane affectu, saepe numero cum propriae valetudinis iactura, vestram operentur prosperitatem, — Colite religionem infucate, ut omnigenarum virtutum exempla in animis vestris sempiterna reddantur. Assvescite labori, — desidia procul fugata — ut mature, in ipso aetatis flore semina bonarum artium ingeniis vestris iniecta, — labentibus annis — in divitem subcrescant messem, atque utiles fructus refundant. — Alte infigite cordibus vestris flagrantissimum augendae publicae felicitatis desiderium, — ad quam promovendam celso aut inferiori loco geniti, — opimis vel tenuibus fortunis provisi, obligatione sacro-sancta obstringimur universi. — Estote suavia nunc parentum vestrornm gaudia, et olim digna Hungarorum progenies, quibus nihil unquam arduum erat, quod Regis obsequium, — patriae charitas, — quod gentis gloria sibi vindicavit.

## Nro XIX.

*Accesserunt : I. Pazmanus ad Regni SS. et OO.*

*Petrus Pazmanus in Comitiis Regni Proceribus et Ordinibus proponit argumenta contra exilium Iesuitis dictatum anno* 1607.

Dignam sapientia, dignam aequitate vestra, rem facitis, Proceres Inclyti, quod, tametsi quorumdum importunis accusationibus, fama, existimatioque nostra, proscindatur; nihil tamen durius statuere de causa nostra velitis, antequam (quod iure, ac more gentium fieri solet) alteram nobis aurem integram concedatis; quanta igitur maxima brevitate potero, demonstrabo, salvis Patriae libertatibus, et legibus, salva conscientia, salva anima, salvis denique Viennensibus articulis, acquiescere vos non posse eorum clamoribus, qui nos Hungaria proscriptos gravissima turpitudinis macula inurere satagunt. Hoc si ostendero, caussam mihi obtinuisse videbor. Gravi siquidem contumelia vos omnes a me affici arbitrarer, si longa persvasione aut precibus id apud vos contenderem, ut, quod ius ac fas, quod humana ac Divina iura postulant, in caussa nostra faciatis; dubitare enim, si id agerem, de integritate, aequitateque vestra, videri possem.

Principio igitur indicta caussa, nullius criminis accusatum, nedum oonvictum damnare, dulcissimaeque Patriae focis ac penatibus interdicere, cum summa infamia proscribere, quam praeposterum, quam ab Huugariae, immo ab illis ipsis naturae legibus, quas gentibus etiam immanitate barbaris impressas videmus, alienum sit, nemo vestrum non videt. Nam, quantum huiusmodi iniquitas Divini iudicii ultionem merito reformidare possit, praesertim, si non ab unius cuiuspiam privati iudicis cupiditate, sed totius Communitatis consensione, proficiscatur, nihil attinet dicere. Cum igitur nullius nos criminis convincere, sed, quid dico, convincere? immo nec accusare quidem hacte-

nus quisquam tentaverit: qua tandem ratione patiemini, in nostra sola caussa omnium legum ac iurium ordinem inverti? En adsumus, si quis ullius criminis reos accusare audeat, non defugimus iudicium: conscii enim nobis sumus, nihil a quoquam in nobis inveniri posse, quo exilium promereamur. Iactant fortasse inter symposia quaedam de nobis odiosa; (de quo enim bono haec, taliaque, non iactant?) sed, ubi ad probationes deventum fuerit, tunc intelligetis, somnia mera esse, quae iactant.

Non solum in Hungaria, sed in ipsa etiam Transylvania, adeo versati sumus, ut, tametsi Bocskaianis temporibus illinc pulsi simus, tamen Princeps Transylvaniae, (et quidem evangelicus) ne favorem suspicemini, sigillo ac syngrapha consignatum testimonium dederit, cuius ipsum authographum, apud me conservatum, cum vobis libuerit, producam, in quo his ipsis verbis testimonium dat innocentiae nostrae: „testificamur, eosdem Patres Societatis Iesu, ut bonos, et morum integritate graves, Viros, ex suis Collegiis, Bonisque, non ob ullum delictum, ac notae alicuius vitium, verum, ad instantiam Romanae et Catholicae Fidei contrariam opinionem sequentium, esse deturbatos." Hactenus Principis verba. Si igitur vel publicis malefactoribus, ex legibus omnium gentium, concessa est aequitas, ut, nisi convicti, puniri nequeant; quanto magis nostrae hanc innocentiae sperare a vobis gratiam nobis licebit.

*Secundo:* Esto, quod falsum est, verum esse concedamus, Iesuitam unum, atque alterum, et, si placet, etiam tertium, tale aliquid perpetrasse fateamur, ob quod Regno pelli ipsos, fas et aequum videri posset; quae tamen haec iustitia foret, totum Ordinem, regno Hungariae incorporatum, post tot annorum pacificam bonorum ac immunitatum possessionem, stationisque in publicis regni Comitiis occupationem; ob unius alteriusve facinus excludere? Si centum, aut eo plures Nobiles scelere se quopiam adstringant, si Cives aliquot flagitium patrent, num ideo Nobilitas omnis exscindenda? num Civitas tota subvertenda?

*Tertio:* Plurimi inter Iesuitas sunt, qui sanguinem, et a Baronibus, et a Nobilibus, ducant, et, ut de me hoc dicam, et literis, et possessione Bonorum, docere possum, trecentis abhinc, et eo amplius, annis Maiores meos Nobiles fuisse, plurimum pro Hungariae defensione sanguinem fudisse. Cum igitur leges Hungariae eam Nobilitati praerogativam concedant, ut, nec regia Maiestas, nec Regnum ipsum, proscribere quemquam possit, nisi accusatum, et convictum; qua fronte quis petere audeat, ut contra libertates Patriae nos Hungaria excludamur? De caeteris non habeo, quod dicam, de me illud libere profiteor, huic me libertati Hungaricae innixum, coram Deo, coram regia Maiestate, coram inclyto regno Hungariae, coram Orbe universo, protestari, nolle me vel latum ungvem hac in re a iuribus Nobilitatis recedere, nec vivum me, nisi legitime accusatum et convictum, Hungaria excessurum.

*Quarto:* Illi ipsi Viennenses articuli, quos urgeri ab adversariis video, adeo nihil patrocinantur, ut valde etiam innocentiam nostram protegant ac tueantur:

1.) Quia in art. primo habetur, ut omnibus Statibus liberum Religionis ipsorum exercitium absque ulla turbatione concedatur. Hic iam ab accusatoribus sciscitari lubet: Si regia Maiestas ediceret, e. c. ut omnes ludi moderatores, et praedicantes Lutherani, qui, aliunde acciti, nativi Hungari non sunt, regno pellantur; an non hic praedietae

libertatis praeiudicium creari censerent accusatores nostri, caelumque terrae miscerent, ac clamoribus, querelis, convitiis, aërem ipsum, quem trahimus. onerarent. Age igitur, Catholicos omnes adeamus, sciscitemur, turbari ne se in suae Religionis negociis arbitrentur, si Iesuitas eiectos Hungaria videant, quorum opera in erudiendis liberis ac nepotibus suis utuntur in Hungaria, maximis alias impendiis aliorsum eos amandaturi? Quos etiam cum caeteris Venerabilibus Ecclesiae Catholicae Sacerdotibus Religioni Catholicae tuendae ac ornandae destinarunt.

Quid, si hac tam indigna Iesuitarum proscriptione gravari se, Catholici fateantur, consequens profecto est, ut, a quibus proscriptio urgetur, id ab illis agatur, ut prior ille Viennensis articulus incumbat in spongiam, aeternumque obliteratus intercidat,

2.) Eodem ipso priori articulo Viennensi habetur, templa, ecclesiasque Catholicorum, per haec disturbia occupata, eidem rursus reddenda esse. Si eisdem restitui debent, ergo Sellyense, Thurocziense, aliorumque locorum templa, ademta Iesuitis per haec intestina dissidia, eisdem rursus reddenda sunt, et, qui eis reddi vetat, id agit, ut primus ille articulus Viennensis valido ictu concussus ruat.

3.) In sexto articulo sic habetur: Praepositurae tamen, et Abbatiae, maneant in statu et fundatione. Quodsi ita maneant, cui dubium esse potest, Praeposituram Thurocziensem Iesuitis cedere debere? Si enim alius quispiam rem occupat, in suo, quo antea fuit, statu, ac fundatione, non manebit. Si quidem Sacratissimi Imperatoris, ac Regis Hungariae, Rudolphi II. diploma habet, ut Iesuitae Praeposituram illam obtineant. Et hic igitur replico, eum, qui Iesuitas regno pellendos censet, Viennenses articulos evanidos fieri debere, contendere. Nec existimare possum, quidquam aliud iis sexti articuli verbis voluisse Status, quam, ut Praepositurae Abbatiaeque attribuerentur, quibus prima fundatione attributae sunt; et Benedictini, et Praemonstratenses, et aliorum Ordinum Monachi revocandi essent, adimendaque complura Bona ecclesiastica Baronibus saecularibus, ut ad primae institutionis formam revocentur. Denique, Sanctus Benedictus *a*) Venerabili Capitulo Strigoniensi adimendus, et alia plura beneficia immutanda forent. Deinde, qua ratione Praepositura Thurocziensis, *b*) a Bela IV. fundata, religiosae Familiae primum attributa fuit, postea vero, nemine reclamante, Reges Hungariae Praelatis saecularibus eandem contulere: ita par prorsus auctoritas penes Coronam regiam fuit, ut rursus Praeposituram illam religiosae Familiae conferat.

4.) In octavo articulo Viennensi ita regia Maiestas postulato regnicolarum quorumdam (neque enim hoc est totius regni votum) de eiectione Iesuitarum respondet, ut suis regiis iuribus inhaerere dicat, nec, quod semel placuit, displicere posse, tacite profiteatur; cui et nos innitimur, ut Suae Maiestatis donationem, semel factam, irritam fieri, nulla ratione consentiamus. Sed, ne abuti patientia videar, Inclyti Status et Ordines, si diutius tam liquidae, tam iustae, caussae patrocinium prosequar; illud solum a vobis peto, ut, cognita aequitate petitionis nostrae, non solum votis exitia nostra anhe-

---

*a*) Intelligitur Conventus et Locus credibilis S. Benedicti *de Iuxta Gron.*

*b*) Hodie pertinet ad Venerabile Capitulum Neosoliense.

lantium non acquiescatis; verum etiam cognitam innocentiam nostram testari velitis, articuloque conscripto nostrae innocentiae patrocinemini. Cuius vestrae aequitatis mercedem, ab illo iustitiae summo praeside Deo, exspectetis, de nobis vero omnia illa polliceri vobis poteritis, quae de Patriae amantissimis Civibus fas est polliceri. *a*)

Illustrissimarum Reverendissimarum
Dominationum Vestrarum

Humillimus Servus
Petrus Pázmány m.p.
Soc. Iesu SS. Theologiae Doctor.

## Nro XXI.

### *Drexelius ad Pazmanum.*

*Hieremias Drexelius, e Societate Iesu, Cardinali Opus suum bipartitum, sub titulo:* „Rosae selectissimarum virtutum etc.“ *dedicat, Monachii die* 1. *Iulii.* 1636.

Eminentissimo et Reverendissimo Principi ac Domino, Petro Pázmány: Ecclesiae Romanae Divi Hieronymi Illyricorum Presbytero Cardinali; Metropolitanae Strigoniensis Ecclesiae Archiepiscopo; eiusdem Loci Comiti Perpetuo; Ungariae Primati; Apostolicae Sedis Legato Nato; Cancellario et Secretario Supremo; Caesareae ac Regiae Maiestatis Consiliario Intimo, etc. Domino Clementissimo.

Dynastis quibusdam et Principibus Terrarum, quae ad Solem orientem Mari Indico Erithraeoque stringuntur, fama est, Maiorum nostrorum memoria, non aliunde Tributa annua, quam ex Floribus, pensitari solita. *b*) In iis Rosam, ex iure et more, primas tenuisse; ea, non oculos tantum, naresque, sed pavimenta quoque, cubiliaque regia, oppleri consvevisse. Addunt, qui haec tradidere: uni soli ex Regulis illis, Bisnagerensi Toparchae, cuius non usque adeo ampla Ditio est, tantum quotannis Rosarum Florumque provincialium ex censu obtigisse, ut ad aureorum nummûm quinque millia Fiscus anniversarius perveniret.

Si iam Te, Cardinalis Eminentissime, Dynastam et Principem agnovero, quod res est: si etiam Regem, in Sacris certe Pannonicis, quorum Sceptrum vibras; nihil aberravero: si Solis orientis Toparcham; ego, qui paullo magis occiduo uror Sidere, Te, sub Climate orientaliore, Solem propemodum ipsum, et alterum, merito suspiciam: si vero, et Clientem me tuum, Tributariumque profitebor, Homo licet exterus, et a

---

*a*) Quantos animi motus Libellus iste supplex in Comitiis excitaverit, perspicue docet apud KAZIUM in *Historia Universitatis Tyrnavien. S. I.* Lib. I. §. XIII. pag. 21. Repraesentatio pro Iesuitis Matthiae II. Imp. et Regi exhibita.

*b*) Ioannes Metellus, Epistola ad Antonium Augustinum, Episcopum Ilerdensem.

Pannonibus remotior: tamen multis id nominibus titulisque debebo. Quaeso Te, Princeps, praeter dotes caeteras, humanissime, ne pigeat, paucula de multis, sed ex alto repetentem Epistolam perlegere; neque blanditias, quas execraris, neque Laudes Tuas, quas fugis, metueris: dicam enim, quae voce clarissima, et ad aures etiam sepositissimas inter bellica tonitrua personante, Orbis de Te loquitur. In Gloria palam effulgente, ac divulgata, nullus insidioso palpo locus.

Excelsior est Mentis Tuae magnitudo, quam, ut Ceras, et fumosis reverenda Stemmatum Imaginibus Atria in triumpho suo ducenda censeat: rem, nisi propria virtute, nunquam propriam; et, si in degenerem inciderit Posteritatem, exprobrabili fulgore erubescendam. Sed respondere Maioribus, id vere magnum; adiicere insuper ad palmas, et plus ultra tendere, plus quam palmarium est. Dynastam Te (insistam enim, quoad fas, narrationis meae vestigiis) et Toparcham ex antiquo fatetur Comitatus omnis Bihariensis, paternum Tibi solum; et, si hic elinguis esset, Familia loqueretur, Maiorumque vetutissima Nobilitas, clara cum laude per seriem universam memorabilis. Hic Pater clarissimus, Nicolaus Pazmanus; hic Margarita Massaia, ex Marchionibus Massae Italicis, in Pannonium iam olim connubio transgressis: hic Avus paternus Ioannes, rebus gestis inclytus: hic abavus Andreas, Matthiae I. Ungarorum Regis munificentia locuples, suis meritis locupletior: hic Stephanus ille Pazmanus, tritavus, aut siquid ultra in sanguine excurrit; a Carolo, Rege Pannonum, pro tribus in Duello excussis dentibus, totidem Municipiis donatus. Ne ulterius numerem; per compendium transsultu facto, ad usque Stephanum illum, Ungarici Nominis et Sceptri primum, sanctimonia illustrissimum, respicio: in huius, non forti minus, quam pia Aula Pazmanum reperio, cum auxiliaribus copiis ab Germania inde usque digressum, et Divo Stephano Regi Suppetiarum adminiculis gratificantem: ut iam tum pro Sacris et Aris stare Pazmanica Domus condisceret, et inter Pannonicos Dynastas regia designatione, suaeque virtutis praemio locaretur.

Sequutus est, successu temporis, ad maturitatem generosa perducentis Principis splendor atque dignitas; quam Tu, in Sanguinem illustrem, Illustrissimus primus, intulisti. Iterum Te rogo, Eminentissime Cardinalis, ne me putes auribus dare Tuis, quod calamo dabo. Indignarentur hoc loco summa mihi Capita, nisi linguam pro veritate liberam gererem; tametsi Tibi, laudum Tuarum impatienti, displiciturам. Te ingenio, (ut in summa Panegyris Tuae copia siccissime tantum incedam) Te, inquam, ingenio praestantissimum, iudicio maturrimum, doctrina politissimum, eloquentia uberrimum, Theologia iuxta, caeteraque omni Literatura, etiam de pulpitis et prelo, dudum spectatissimum: rerum experimentis atque usu exercitatissimum, noluit in privato versari fama: protraxerunt in lucem Ungariae Magnates: ad Infulam principem evexit, ac sane propulit invitum, ipse Reipublicae Christianae Monarcha, Matthias I. Imperator Augustus; et in Cathedram Strigoniensem, Archiepiscopi Iure, illocavit totius Pannoniae supplex consensus; Roma Patriae Tuae precibus ad votum indulgente. Ita iam etiam, post Dynastam, in Te Principem, Virtutibus Illustrissimum, Tiara Reverendissimum, Danubius Tuus adspexit: et iam tum ad Pontum usque secundis rumoribus pervexit.

Quisquis meminit, quam iure Cineas *a*) Epirotes Romanae quondam Curiae Patres totidem in consessu uno Deos atque Reges nominaverit, Maiestatis splendore fulminatus: is profecto confitebitur, titulo multo potiore totidem Ecclesiae Reges dici posse Eminentissimos Romani Prytanei Purpuratos Cardinales. Ne in hoc solo Te superior esset, qui Te proxime antecesserat, F r a n c i s c u s F o r g á c h i u s, Cardinalis Strigoniensis, Vir, omni memoria memorabilior; allapsa est tot reliquis tuis Insignibus, non multo post, etiam Purpura Romana: et id, quod dudum eras, dici salutarique coeptus es, Eminentissimus. Hic (quamquam ante semper) ostendere, nescio, quo pacto, ad miraculum usque perrexisti, quantus in Te rerum Christianarum cardo verteretur; quam regie basiliceque, e veteris Ecclesiae maiestate, Galerum tractares, et supremae Curiae Senatorem ageres purpuratum. Tu vultu, Regibus pari, haereses terruisti: Tu pedo, sceptris aemulo, perfidiam profligasti: Tu svada, tribus Gratiis potentiore, Nobilitatem Pannonum potissimam ad Orthodoxos reduxisti: Tu Invictissimo Caesari, Tu Sanctissimo Pontifici, mores frontesque Popularium, antehac multum alieniores, longeque discolores, in concordem obsequii sensum vultumque redegisti: Tu, pro suggestu publico, inter Templa, cum Augustino Tullium, cum ostri maiestate concionis facundiam coniungendo, pascere verbis et exemplo, instituisti: Tu, Legatus toties amplissimus pro Augustalibus, pro Germanicae Ecclesiae emolumentis, coram ipsa Petri Cathedra Petrus fortiter sapienterque disseruisti; stupente Italia, gaudente Austria. Quid dicam? quod in Eminentissimis unice regium et augustum, hoc Tu, Sacrorum Pannonicorum Rex, praestitisti, atque etiamnum praestas: cum, morum integritate venerabilis, disciplinae rigore formidandus; honoris divini studio fervidus, Cleri Ungarici quam exactissimam formam instruis, legibus, censura, Synodis, disciplina, repurgatione. Tuis se oculis debet Metropolitana Dioecesis, quod sine maculis est: Tuae munificentiae, quod in Templis, quod in Coenobiis, quod in Collegiis, Gymnasiisque, tuo sumtu et impensis, Pietas atque Eruditio, etiam extra Ungariae limites, aut radicem novam agunt, aut ramos iam coeptos extendunt. Aedificiorum, ad regias pene expensas surgentium, testis est Aedes Cathedralis Tyrnaviae; Coenobium Divae Clarae Posonii; Asceterium Franciscanum in Arce nova: Iuventus Ungarica, sub Viennensis, Tyrnaviensisque Seminarii collecta tectis. Quae omnia, innumeraque alia, Coelitum promovendo Cultui magnifice instructa, Te potentem non minus, quam munificum, Sacrorum in Patria Tua Regem, Eminentissime Cardinalis, proclamant. Vide, quot titulis, Te Dynastam, Principem, Regem, Indicis illis Regulis superiorem, agnoscam!

Proximum est, ut me Clientem profitear Tuum, ac Tributarium. Caussae nonnullae privatae; caussae tamen publicae et plures et potiores. Inter publicas, mihique cum pluribus communes, numero: quod Societatem nostram, Religionum minimam, favore maximo dignaris. Sentiunt hunc animi Tui sensum singuli, quibus, sine delectu, sine discriminatione, ut quisque obuius est et indigus, benefacis. Sentiunt et universi in Coetus integros effluentem liberalitatem: Posoniense imprimis Collegium, Tua manu

---

*a*) Plutarchus in Pyrrho.

